S. THOMAE AQUINATIS

DOCTORIS ANGELICI O. P.

IN LIBRUM DE CAUSIS EXPOSITIO

cura et studio
fr. Ceslai Pera o. p.
cum introductione historica Sac. Petri Caramello
et praeludio doctrinali Prof. Caroli Mazzantini

Ta v * I\i

MARIETTI

1955

ROMAE

Nihil obstat.

Taurini, 7 Maii 1955.

Fr. Raymundus Verardo, O. P., S. *Th. Doctor.*
Fr. Aegidius Odetto, O. P., S. *Th. Lie.*

Imprimi potest.

Taurini, 9 Maii 1955.

Fr. Hyacinthus Bosco, O. P., *Prior Provincialis.*

Imprimatur.

Casali, 7 lunii 1955.

Can. A. Oddone, *Vic. Gen.*

i

ANNIBALIS MARIETTI

CATHOLICARUM LITTERARUM OBSEQUIO

DILIGENTISSIME QUI PROMOVIT

SUAE DOMUS EDITORIALIS DECUS

ET ANGELICI DOCTORIS OPERA

GRAPHICA ELEGANTIA IMPENSIUS CURAVIT

AD NOVISSIMAM HORAM USQUE

DUM ATRA CALAMITATE PERCUSSUS

DIE 11 IULII A. D. 1950

E VIVIS EREPTUS FUIT AETERNA LUCE DONANDUS

HONORI ET MERITIS

DICATUM

RAMENTA PAUPERIS

Quaedam occurrunt dicenda de huius operis editione, ne iustas iras sapientium incurram et scire quis possit rationem ad hunc novum laborem impellentem, supra vires operantis etsi non supra amorem veritatem quaerentis.

Unum quod in mente fixum remansit tamquam clarissimum luminis radium in tenebricoso domicilio, principium fuit in hoc libro *de Causis* prop. XV (124): « Omnis sciens qui scit essentiam suam est rediens ad essentiam suam reditione completa » ab Angelico Doctore memoratum (S. Th. I, q. XIV, a. 2, 1 a).

Inter sat magnas difficultates, quas in studio theologiae superare necesse, maximum solatium illa « reditio completa » praebere videbatur: introversio psychologica quae vel supplicium vel deformatio apparet aliquoties, mentis perfectio ponitur necnon vitae spiritualis optima fundatio.

Post triginta et amplius annos, cum de fontibus doctrinae S. Thomae in *Summa Theologiae* aliqua colligenda fuere, neo-platonica documenta rursus occurrerunt de quibus pauca dixi.

Sed nacta occasione *Summam contra Gentiles* legendi, in verba incidi quae animum fortiter pulsarunt.

Ibi enim (I, 26) legitur: « Unde et commentator in libro *de Causis* dicit quod Causa prima ex ipsa puritate suae bonitatis ab aliis distinguitur et quodammodo individuatur » (prop. IX, 91).

Ex hoc textu huius termini « commentator » valorem investigandi occasionem sumere necesse: « Commentator » quidem Ibn-Rushd ubique personat, sed « commentator in libro de Causis » quid significet ex modo loquendi S. Th. venandum erat.

Inde terminum rursus inveni in qq. dd. ubi post citationem ex libro *de Causis,* quandoque immediate subiungitur: « et commentator super eumdem librum » *(de Verit.* I, i s. c. 4); « in libro II *de Causis* super illa propositione: " omnis anima nobilis tres habet operationes " [III, 27], dicit commentator » *(ibid.* V, 9, 7 a); « et ibidem commentator dicit » *(de Pot.* VI, 3, 10 a); « et dicit ibi commentator » *(ibid.* VI, 6 s. c. 2).

Hic et alibi non agi de Ibn-Rushd manifestum est: ipse quidem « Commentator » per antonomasiam dicitur, sed commentator iste tantummodo libri *de Causis* doctrinam propositam exponens inducitur.

Quae de auctore huius libri Angelicus Doctor senserit, iudicare forsan quis poterit, si ea quae notat, attente percipiantur, ex quibus duplex compositionis elementum eruitur:

a) Ex'*Elementatione Theologica* Procli, aliquis Philosophorum arabum XXXII propositiones (9) huius libri, qui *de Causis* dicitur, excerpsit.

6) « Auctor huius libri » (54 et passim) ille videtur qui propositiones *exponit* (54 et passim) per *commentum* (111 — et passim — hinc « commentator ») quod dicitur *expositio* (360).

Priusquam huius libri expositionem aggrederetur, Angelicus Doctor communi opinione ductus « Philosophum » (Aristotelem) auctorem collectionis propositionum forsan cogitabat; caetera, « commentatoris » opus putabat.

Postea, vero, compositionis genesi detecta, duplex eius elementum ab eodem auctore in unum conflatum iudicare videtur (259).

« Commentator » autem libri *de Causis* novam notionem in eiusdem expositione adhibere videtur, quandoquidem sensum collectarum propositionum elicit, ope principii doctrinalis quod in Sacra Scriptura traditum, inde ad praeclarissimos islamitarum philosophos pervenit, media Corani doctrina theologica, et vocari posset *principium creationis* contra *emanatismi principium* apud Neoplatonicos et maxime Proclum vigens. Et hoc diligenter notandum. Nam Proclus suam doctrinam philosophico-theurgicam, undequaque collectans et in unum quodammodo redactam, triumphanti christianae synthesi vehementissime etsi incassum opposuit.

Postea vero huiusmodi doctrina crisin in islamitarum cultiorum mentem invexit, quod patet tum ex « commentatore » libri *de Causis,* tum ex his quae haud pauci rudiores inde perceperunt, nimis forsan materialiter, litterae insistentes, eiusdemque intellectum (78, 91 et passim) négligentes.

Ut *commentator* iste a *Commentatore* per antonomasiam apprime distinguatur graphice notare haud pigeat, maxime in textu *Summae contra Gentiles.*

Quae breviter dicta sunt, ex diuturna venatione collegi: nam totum librum *de Causis* cum expositione Angelici Doctoris diligenter perlegere debui et, ut facilius res mihi evaderet, transcribere placuit.

Inde factum est ut iuvenile illud desiderium fontes neo-platonicos orientales doctrinae S. Thomae plenius cognoscendi, aliqualiter iuxta vires implere datum fuerit. Si ergo aliquantulum utilitatis ex his evenire aliis quis iudicaverit, libenter quod « sine fictione didici sine invidia » communicare gaudeo.

Si autem, ut puto, meliora in promptu habent maiores, de hoc fortius gaudebo quia fructus augent laboris et veritas, a multis cognita et ad multos traducta, omnes lumine vitae laetificat.

Haec de occasione huius qualiscumque laboris dicta sunto. Caetera vero quae ad ipsum librum necnon expositionem referuntur adiicienda D. Petrus Caramello diligenter, ut assolet, curare non recusavit. Carissimus vero amicus noster et veritatis, Carolus Mazzantini in Universitate lanuensi historiae Philosophiae professor praeludium doctrinale adiecit, sicut et pro *Expositione in librum de Divinis Nominibus* componere libuit. Unde et pro charitate veritatis lex sacra viget: « funiculus triplex difficile rumpitur » *{Eccles.* IV, 12). Ambobus, vero, propter novum pretiosissimum amicitiae testimonium, sincero corde et exultanti, plurimas gratias ago.

Ut autem grati animi sensus Editori D. Marietti aliquo modo sensibili manifestentur, Annibalis Marietti memoriae hoc opus dicare placuit.

Fr. Ceslaus Pera 0. p.

Dabam Augustae Taurinorum die 12 mensis martii 1952
in festo S. Gregorii Magni.

Duo sunt quae P. Caramello collegit ad faciliorem huius libri intelligentiam necnon ad profundiorem quaestionum positionem percipiendam:

A) *Quae ad librum de Causis pertinent notitiae literariae, historicae, doctrinales.*

B) *De Anima islamica harmoniam spiritualem quaerente:*
a) *de Naturalisme mystico Ibn Masarra;*
b) *de Socialisme cosmico-politico Alpharabii.*

Multa quidem et difficiliora problemata inde exurgunt, sed pro modulo nostro collecta sufficiant: altiora potentioribus, libenter.

C. P.

A) Quae ad librum de Causis pertinent, notitiae literariae, historicae, doctrinales.

I. — CUINAM LIBER « DE CAUSIS » TRIBUENDUS SIT

i. — Libri *de Causis* apparitio inde a secunda medietate sacculi XII apud latinos scriptores signatur.

Alanus de Insulis (f 1203) in opere *De Fide catholica contra haereticos* librum *de Causis* citat sub titulo primigenio: *Aphorismi de essentia Bonitatis purae* et duo loca habet[1].

Rolandus de Cremona O. P. (f c. 1259) in *Summa de theologia et philosophia* (c. 1230) et Alexander Halensis O. F. M. (1180 f 1245) in *Summa Theologica* librum *de essentia summae vel purae Bonitatis,* sub titulo inde vulgato: *de Causis,* citant[2].

Illud igitur S. Th.[3]: *secundum Philosophum in libro de Causis* (XVII, 138), explicandum est eo sensu, qui ex documentis constat. Cum enim plura mss. librum hunc inter opera Aristotelis habeant — alia quidem sub titulo *Liber de Causis;* alia vero, adiuncto nomine, *Liber Aristotelis de Causis* vel, titulis cumulatis, *Canones Aristotelis de primo aeterno sive de intelligentiis sive de esse sive de essentia purae Bonitatis sive de Causis* — non *de*

!) *Anima est in horizonte aeternitatis* (II, 22), in l. I, c. 30 (ML 210, 332 C). *Res destructibiles sunt ex corporeitate* (XI, 102), in l. I, c. 31 (ML 210, 334 B).

2) « Tam Bardenhewer *{Die pseudo-aristotelische Schrift “ Uber das reine Gute ” bekannt unter dem Namen “ Liber de Causis* ”, Freiburg i. Br. 1882, p. 232) quam Minges *{De relatione inter prooemium Summae Alex. Halensis et prooemium Abbatis in* AFH, 6-1913-18 sqq.) titulum “ Liber de Causis ” ab Alexandro (= Summa) exortum esse censebant; ab eodem insuper, iuxta G. v. Hertling in Historisch Blatter 90 (1882) 719, primam diffusionem inter theologos opus accepisset.

« Utrumque hoc meritum nuper restitutum est Rolando de Cremona O. P. ab E. Filthaut (Roland v. Cremona, Vechta 1936, 81). Est tamen notandum quod ipsa *Summa* Rolandi parvam aut nullam habuit diffusionem ». Doctoris Irrefragabilis Alexandri de Hales Ord. Min. *Summa Theologica* ... edit. Quaracchi, 1948, t. IV, *lib. tertius.* Prolegomena: de auctoribus cit., p. XCVb, n. 9.

In Summa Halesiana, iuxta praedictos editores, opus citatur multipliciter: *Philosophus in libro de Causis* (I, 6lb, 76, 86b, 104b, 107, 492; II, 132; III, 17; IV, 986b) vel simpliciter *Philosophus* (I, 183, 484; II, 230b, Add. 503b, 730). « In solis tractatibus *de corpore humano* et *de coniuncto* liber insuper citatur sub titulis: “ Commentum super librum de Causis ” (II, Add. 502, 547), “ Liber de Intelligentiis ” vel “ Commentum super librum Intelligentiarum ” vel “ Commentator libri de Intelligentiis ” (II, Add. 646, 647, 657, 659). His namque titulis, licet inusitatis, ipse *liber de Causis* designatur non *de Intelligentiis* ps.-Avicennae vel ps.-Witclo neque *de Intellectu* Alpharabii vel Alkindi vel Alexandri de Aphrodisia ». *Ibid.,* p. XCVI.

3) I *Sent.,* dist. 42, q. 1, a. 2, 2 *sed c.*

Aristotele S. Thomas loqui censendus est, sed de *pseudo*-Aristotele seu de auctore Canonum libri *de Causis* eorumque expositione.

De qua re moderni scriptores insudant ut aliquid certi acquirere possint: dum enim Bardenhewer et Bédoret originem musulmanam defendunt, Steinschneider, Kaufmann, Guttmann et recentissime Masnovo auctorem hebracum dicunt.

2. — H. Bédoret S. I., qui diligentissime hanc quaestionem examinavit, duo statuit[1]: et versionem arabico-latinam, a Gerardo de Cremona factam, cum titulo: *Liber Aristotelis de expositione Bonitatis purae,* eandem esse textui in mss. tradito cum titulo: *Liber de Causis;* et huius *libri de Causis* seu *libri Aristotelis de expositione Bonitatis purae* auctorem probabiliter esse Alpharabium, qui *Elementatione theologica* Procli usus est.

Ex traditione mss. clarissimus Auctor argumentatur[2], qui praeterea testimoniis nititur Alani, S. Alberti, S. Thomae et Aegidii Romani. Alanus enim de Insulis, textum ex libro *de Causis* referens, ita librum illum nominat: *Aphorismi de essentia summae Bonitatis;* S. Albertus M. explicationem, quam *in opere de Causis et processu universitatis* (ante 1244) dederat de David iudaeo, in *Summa de creaturis* (1244-1246) omittit, Canones libri *de Causis* Aristoteli tribuens, expositionem vero Alpharabio; porro S. Thomas auctorem libri *aliquem philosophorum arabum* dicit[3]; Aegidius tandem in expositione libri *de Causis* (1290) de auctore huius operis scribit: ... *creditur a multis fuisse Alpharabium.*

Contra quae triplex testimonium affertur pro David-Avendauth: illud nempe Alberti M. in opere *de Causis et processu universitatis;* et praeterea quae habentur ex mss. Oxon. Bodl. Selden, 24: *Metaphysica Avendauth* et Paris. BN. lat. 14719: *liber de causis causarum editus a David et cum commento ab eodem edito.*

Cui difficultati H. Bédoret satisfacit, etiam suppositione facta nullius dependentiae inter se; in memoriam revocans ea quae in ms. Brugen. Bibi. 463 inveniuntur: ibi enim auctor libri *de Causis* Gilbertus Porretanus scribitur. Incertitudinem opinionum de huius libri auctore huiusmodi testimonia declarant[4].

Neque tandem praetermittendi sunt editores *Summae theologicae* Alexandri de Hales, qui, auctores citatos recensentes, anonymum auctorem libri *de Causis* indicant cum sequenti nota: « Librum *de Causis* ex Procli institutione theologica compilatum (probabiliter ab Alpharabi), in latinum vertit Gerardus de Cremona inter annos 1167-1187 Toleti sub titulo: *Liber Aristotelis de expositione Bonitatis purae* »[5].

Contra Steinschneider *(Catalogus librorum hebraeorum in Bibliotheca Bodleiana* 1852) cum Bardenhewer *(op. cit.),* in art. *L'auteur et le traducteur du Liber de Causis,* in *Rev. néoscholastique de Phil.,* t. XLI, 1938, pp. 519-533.

2) Dimidium circiter mss. *libri de Causis* titulum tale: *de essentia Bonitatis purae* vel aliquid simile habent absque auctoris nomine. Sex mss. Paris. BN. lat. 6318, 8802, 16082, 16084; Oxon. Bodl. mss. Canonici latini 291; Biblion. Richardi de Fournival n. 71, auctorem nominant canonum Aristotelem, expositionis vero Alpharabium: *Canones Aristotelis... expositae ab Alpharabio.* Praeterea, uno excepto ms. Paris. BN. lat. 8802, titulo: *de essentia purae Bonitatis,* alia aequivalentia adiungunt: *sive de puro aeterno sive de intelligentiis sive de esse;* ms. Bodl. et Biblion. Richardi de Fourn. ulterius *de Causis* ponunt.

Quinque mss. Paris. BN. lat. 16084, Biblion. Richardi de Fourn. n. 71, Oxon. Bodl. mss. Canonici lat. 291, Paris. Mazar. 3456, Lond. Brit. Mus. 12-D. XIV expresse eundem valorem dant titulis: *Liber de Causis* et *de essentia purae Bonitatis.* Ex his, quatuor primi auctorem libri Alpharabium indicant.

Tria mss. Paris. BN. lat. 6319, Rom. Vat. lat. 2984, Lond. Brit. Mus. 12-D. XIV explicite Alpharabium composuisse *librum de Causis* declarant.

3) N. 9.

4) Art. cit.

6) T. IV, *lib. tertius:* Prolegomena, p. XCV b.

Nemo est qui difficultates, forsan non tantum extrinsecas, huiusmodi attributionis ignoret. Valde tamen pensanda sunt testimonia de Alpharabio, quae probabilem quandam certitudinem ingerunt, licet non omnino dubitationes expellant.

3. — Inter humanae culturae praeclarissimos testes, qui Toleti textus arabicos latine vertere satagebant, Ibn Dâwûd et Gundissalinum eminere constat.

Iam ab anno 1085 toletana civitas, in Christianam libertatem strenuis viribus transiens, novitatem quandam spiritualem prae se ferebat, maxime cum archiepiscopus Raymundus de Sauvetât illius regimen suscepit (c. 1126 f 1151).

Philosophorum arabum perillustria opera tunc et in latinum versa patrimonium occidentalis culturae auxerunt, cuius incrementum archidiaconus Dominicus Gundissalinus et vir quidam, israelita genere Christianus fide, Ibn Dâwûd curare non desierunt.

Quis fuerit iste Ibn Dâwûd in rebus historicis peritiores quaerere conati sunt, P. Alonso[1] et P. Théry[2].

Ioannes hispanus, archiepiscopus Toletanus, ab alio Ioanne hispano probe distinguendus est: hic vero ad Christianam fidem conversus Ibn Dâwûd et libri *de Causis* auctor esse dicitur.

Huius opinionis causam apud nos haud immerito A. Masnovo suscepit. Hic enim, ex verbis Angelici Doctoris, quae compositorem libri *de Causis* tanquam auctorem indicant *erroris* circa creationem animarum mediantibus Intelligentiis seu Angelis[3], notat in mundum latino-catholicum hanc theoriam ex libro *de Causis* irrepsisse[4].

Iuxta cl. auctorem duo certa videntur: et librum istum arabice sub titulo *liber de Bonitate pura* compositum[5] et in linguam latinam a Gerardo Cremonensi (f 1187, Toleti) versum esse.

Quis vero fuerit auctor libri, A. Masnovo colligit ex testimoniis quae supra inveniuntur posita a H. Bédoret per modum argumenti contra ea quae ipse post Bardenhewer determinavit diligenter. Iudicium autem S. Munk[6] acceptat. Hic enim notat hunc librum a scholasticis saepe Aristoteli attributum, *ignotum fuisse philosophis peripateticis musulmanis,* eiusque auctorem iudaeum quendam *forsan* fuisse; saltem autem certum esse iudaeum quendam, David nomine, auctorem fuisse commenti super librum *de Causis.*

«Albertus Magnus ipsum David ex pluribus philosophis graecis et arabicis aphorismes collegisse supponit ». Sic pergit Munk, qui insuper notat librum ipsum posteriorem forsan esse libro qui « Fons vitae » dicitur: utcumque saltem neque XI saeculo notum neque doctrinas in ipso expositas ab Avicebron (= Ibn Gebirol) usurpatas fuisse.

4. — Hisce positis A. Masnovo, ut diligentius rem determinet, ad criticen internam libri *de Causis* procedit per examen *doctrinae circa creationem per mediationem intelligentianun.*

1) Ap. *Al-Andalus* 1943: *Notas sobre los traductores toledanos, Domingo Gundisalvi y Juan Hispano* et ib. 1945: *Las fnentes literarias del « Liber de Causis ».*

2) *Tolède grande ville de la renaissance médiévale,* Oran 1944.

3) II *Sent.,* dist. 18, q. 2, a. 2, ad I.

4) *Da Guglielmo d'Auvergne a S. Tomaso d'A.,* vol. III: *L'Uomo,* Milano 1945, pp. 17-28.

5) Ut constat ex responsione quaestionibus Friderici II (a. 1231. — Vide O. Bardenhewer, *op. cit.,* p. 49) et ex ms. arabico Leydensi (1197).

6) *Mélanges de Philosophie juive et arabe,* Paris 1859. Ed. altera Paris 1927, p. 259.

Ibi peculiarem caracterem detegit quo doctrina haec distinguitur a theoria emanatismi tum Alpharabii tum Avicennae et propter hoc ex libro *de Causis* motus quidam doctrinalis orsus dicitur in mundo latino, de creatione per medias potentias, qui deinde influxum Avicennismi subiit.

Auctor libri *de Causis,* qui nobis ex opere S. Alberti Magni *de Causis et processu universitatis* plenius innotescit[1]), ex dictis (pseudo-)Aristotelis, Alpharabii, Avicennae et Algazelis theoremata excerpsit et commento inlustravit[2]).

Porro elementa theoriae de creatione per potentias medias, doctrinae in libro *de Causis* traditae conformia, inveniuntur c. a. 1150 in mundo christiano-hispanico, speciatim vero toletano, qui cum mundo musulmano-arabico aliquid rationis habebat.

Hic apparet Dominicus Gundisalvi (Gundissalinus), archidiaconus Segobiensis, qui Toleti fuit cum archiepiscopo Raymundo de Sauvetât (c. 1126, † c. 1151), interpretum collegii institutore in illa urbe florentis 3). Gundissalinus autem in libro *de processione mundi* haec habet: *secundariae igitur causae, quae est instrumentum primae causae, prima est angelica creatura, secunda est motus coelorum, tertia est natura et deinceps rationalis anima et quaedam alia. Ministerio enim angelorum, dicimt philosophi, ex materia et forma novas cotidie creari animas, coelos etiam moveri*4). « Doctrina de creatione animarum per angelos — notat A. Masnovo — hic patrocinio philosophorum fulcitur non ut illius reiectio si-

1) S. Albertus M. in opere *de Causis et processu universitatis* (1. II, tract. 1, c. 1) loquens « de nomine quo antiqui appellaverunt librum de causis primariis » haec habet: « accipiemus igitur ab antiquis quaecumque bene dicta sunt ab ipsis, quae ante nos *David ludaeus* quidam ex dictis Aristotelis, Avicennae, Algazelis et Alpharabii congregavit per modum theorematum ordinans ea, quorum commentum ipsemet adhibuit... Pervenit autem ad nos per eundem modum et *physica* ab eodem philosopho perfecta; verum istum librum *metaphysicam* [v. ms. Oxon. Bodl. Selden 24, *Metaphysica Avendauth]* vocavit...

« Talem autem tractatum Alpharabius inscripsit *de Bonitate pura* ... Quinta ratio est quia, licet agatur hic de fluxu bonitatum a Causa prima in intelligentias et de intelligentiis in nobiles animas, ista tamen contractio non pervenit usque ad materiam et ideo non deficit usque ad malitiam et impuritatem ... Huiusmodi autem tractatum Algazcl vocavit *Florem divinorum* ». Ed. Jammy, t. V, pp. 563-564;

« H. Bédoret (art. cit., p. 533, n. 43) dubitans quaerit an revera Algazcl opus *Flos divinorum* scripserit. Responsio habetur in fragmento ab A. Masnovo excerpto ex Algazelis *Metaphysica (Algazel's Metaphysic a mediaeval translation,* edit, by Rev. J. T. Muckle C. S. B., Toronto 1933, p. 119). *Tractatus quintus* — « de hoc quomodo omnia habent esse a primo Principio et quomodo est ordo causarum et causatorum et quomodo omnia proveniunt ad unum qui est causa causarum » — incipit: *Tractatus iste quasi flos divinorum...* ». Vide A. Masnovo, *op. cit.,* p. 25, n. 1.

2) Librum vero, ut notat S. Albertus M., loc. cit., Avicennam secuti magis proprie *de lumine lumine* appellant, Aristotelem autem *de causis causatorum.*

3) H. Bédoret, *Les premières traductions tolédanes de philosophie, œuvres d'Alfarabi,* in *Rev. néoscol. de Phil.* 41 - 1938 -, pp. 80-81. — In prologo ad commentarium Avicennae *in librum* Aristotelis *de anima,* ex arabico in latinum translati ad petitionem Raymundi archicpiscopi toletani, translator qui « *loannes Avendehut Israelita philosophus* » vocatur, quaedam apponit valde notanda: « me singula verba vulgariter [= hispanice] proferente et Dominico archidiacono singula in latinum vertente » (R. Murari, *Il " De Causis " e la sua fortuna nel Medio Evo* apud *Giornale storico della letteratura italiana,* vol. XXXIV, 2 sem. 1899, p. 112; H. Bédoret, *Les premières versions tolédanes de Philosophie - Œuvres d'Aristote,* in ephem. supra cit., pp. 390, 391). Hinc Steinschneider *(Catal. libr. hebr. in bibl. Bodl.,* Berolini 1852-1860, col. 743) auctorem libri *de Causis* loannem istum Avendehut dicit, quem eundem considerat ac David ludaeum ab Alberto M. positum. Bardenhewer haud immerito, ut videtur, Alberti M. dictionem: « David ludaeus quidam » identitatem huiusmodi non consentire iudicat, cum S. Doctori optime notus fuerit Dominici Gundissalini cooperator, quem *Avendar* vel *Avendreth* nominat. Aliud quoque notandum venit, *Avendehut* esse *Ibn Dâwûd,* quo nomine pater loannis signatur (cfr. R. Murari, art. cit. p. 113). Identitatem vero a Steinschneider positam loannis Avendehut et David iudaei internis argumentis et sua auctoritate A. Masnovo fulcit.

4) Edit. Bülow, p. 51 (Beitrâge zur Geschichte der Philosophie des Mittelalters, Band XXIV, Heft 3).

gnetur, sed ut auctoris [Gundissalini] doctrina firmetur. Hinc cogitare possumus librum *de Causis* in primigenio textu arabico, ex toletana sede (« ambiente ») Gundissalini archidiaconi Segobiensis (1150), prodiisse eo vel magis quod rationes mediationis in creatione similem caracterem prae se ferunt tum in libro *de processione mimdi* tum in libro *de Causis,* dum e contra e rationibus philosophorum arabum elongantur... David ergo ille, qui se *philosophum* absque ulla haesitatione declarat, auctor est libri *de Causis,* quem Gerardus Cremonensis latinum fecit... Liber *de Causis* in sede toletana tentamen quoddam significare intendit quo cultura musulmana et cultura Christiana ex parte Christianorum elementorum propinquae fiunt et differentiam prae se ferunt. Tali modo consideratum, Gundissalini, Davidis et generatim scholae toletanae opus ditiorem nccnon altiorem significationem acquirit »

5· — Dubium adhuc remanet apud harum rerum peritiores de vero auctore libri *de Causis*[2]) ob difficultates quae occurrunt sive ex una sive ex altera hypothesi.

Quae de caractère pseudo-epigraphico huius libri *de Causis* dicta sunt, consonant his quae ex historia scimus de *Theologia Aristotelis.* Liber hic ab Al-Kindi (f c. 873), qui inter arabes primus philosophus maioris pretii fuit, ex Plotini *Enneadibus* [IV-VI] conflatus est3).

Aliunde constat auctorem quendam syrum e cultural! circulo iacobita-neoplatonico, quoddam excerptum ex Plotini Enneadibus IV-VI sectis et per opus disiectis, quibusdam omissis aliis vero christiane retractatis, Porphyrii fragmento adiuncto, syriace sec. VI vertisse 4). Agebatur sane de *Theologia,* quae sub nomine *Aristotelis* apud omnes philosophos musulmanes et inde apud plurimos Christianos doctores nota fuit.

Ex eodem circulo liber *de Causis* ex *Elementatione theologica* Procli ortum habuisse dicitur.

luxta P. Kraus tam *liber de Causis* quam *Theologia Aristotelis* primum traductorem, qui et glossas adiecit, habent in Oriente Christiano. Primam vero redactionem arabicam libri *de Causis* factam fuisse ante redactionem arabicam *Theologiae Aristotelis* affirmant et consentiunt auctores Introductionis ad Theologiam musulmanam δ).

Ex diligenti examine dictionis admittere datum est primaevam quandam versionem ad modum compendii, mediam inter opus originale graecum et versionem arabicam extitisse.

Opus originale graecum certe est *Elementatio theologica* Procli, in compendium Syrorum lingua redacta, sub nomine forsan Aristotelis et inde apud Arabes vulgata.

Unde conficere possumus originem duxisse canones illos vel theoremata, ex

x) A. Masnovo, *op. cit.,* pp. 26-27.

2) Cfr. L. Gardet-M. M. Anawati, *Introduction à la Théologie musulmane, Essai de Théologie comparée,* Paris 1948, p. 246, n. 2, 4.

3) Cfr. B. Russell, *Storia della filosofia occidentale,* vol. II: *La filosofia cattolica.* Vers. ital. L. Pavolini, Milano 1948, p. 161.

4) P. Kraus, *Un fragment prétendu de la recension d'Eustochius des œuvres de Plotin* apud *Rev. de Thistoire des Religions,* mars-juin 1936, p. 211, cit. A. Baumstark, *Geschichte der syrische Literatur,* Bonn 1922; vide L. Gardet-M. M. Anawati, *op. cit.,* p. 196, n. 2, 3.

δ) P. 246, n. 4. Hinc L. B. Geiger breviter opinionem H. Bédoret supra expositam in *Bulletin Thomiste* (t. VI, p. 139, n. 172) expendens, iudicium P. Kraus pluris facit, unde « Alpharabius nullo modo in considerationem venire potest, sive ut auctor sive ut collector ». Concedit tamen Alpharabium cognoscere potuisse librum qui, fere cum certitudine, prius editus fuit. Cfr. P. Kraus, *Plotin chez les Arabes,* in *Bull, de l'Inst. d'Egypte* 23 (1941), p. 263-295 et H.-D. Saffrey, *Sancti Thomae de A. super librum de Causis Expositio,* Fribourg 1954, pp. XXIII et n. 3.

'bus liber *de Essentia Bonitatis absolutae* — ita a potiori denominatus ex doctrina prop XX? XXI? XXII tradita — compositus fuit cum commentario per modum expositionis.

6 _ His positis, ex communibus locis neo-platonicis tum Plotini tum Procli, in *Theo-i ' Aristotelis* et libro *de Causis* retractatis et apud cultiores homines mundi orientalis, satis notos, haud difficulter intelliguntur quae similia invenire datum est apud Alpharabium (f 95°)> Avicennam (980, f c. 1037), Algazelem (1058, f un) necnon, inter praeclaros hebraeorum philosophos, apud Ibn Gebirol (1020 f c. 1058).

Critices internae testimonium cum testimonio critices externae a Bédoret notato, apprime pugnare videtur, si de prima redactione arabica huius libri *de Causis* agatur, quem idcirco Alpharabio tribuere admodum difficile videtur [1].

An vero omnino aliud excludatur ex quo explicari possit mss. traditio, peritiores videant maxime cum in codicibus Alpharabius non legatur auctor fuisse libri *de Causis,* qui Aristoteli tribuitur [2], sed *expositionis* in eundem librum.

7. — Ex his omnibus quae diligenter ex probatis auctoribus collecta sunt, quid certo concludendum sit, difficillimum esse unicuique manifestum.

Ne tamen haec qualiscumque inquisitio infecta maneat, aliquid ponam ex iis quae cl. P. Pera in quodam colloquio mecum habito sagaciter coniectando communicabat.

Recolendum est — quod scimus ex historia — doctrinam interioritatis ab Algazcle expositam et excultam, ab Almohadis acceptatam et vulgatam, scandalum suscitasse inter philosophos et theologos *Cordubenses,* quorum religionis species cultus exteriores actus fovebat et casus theologicos excribrabat.

Per « Tahâfut al-falasifah » — sic arabice inscribebatur opus illud quod apud scholasticos scriptores sub titulo « Destructio philosophorum » veniebat — Algazel *doctor communis* evasit [3].

Almohadae vero in Hispaniam transvexerunt et a. 1145 musulmani contra Almoravidas insurrexerunt [4].

Hinc valde probabile est excultiores homines societatis animum ad altiora vertisse et maxime in schola illa toletana, quae sub directione archiepiscoporum Raymundi de Sauvetât et loarmis (1151 f 1166) ab episcopali sede segobiensi translati, novas mundi spiritualis directiones intelligendi et sanandi, ut animorum harmonia fieret, absque dubio suo programmate providebat. Inde vehementissimus ille amor efferbuit qui ad « externos » philosophos islamicos animum Christianum vertebat non ut fides aliquid acquireret sub praetextu novitatis neve aliquid relinqueret sub timore detrimentum patiendi, sed ut cognitione humanae culturae *Christiana mens* validior fieret.

Operum, quae ex arabico idiomate in latinum vertuntur, prima classis pertinet ad Ibn-Dâwûd et Gundissalinum et continet scripta Alkindi *(de Intellectu),* Alpharabii *(de Intellectu, de Scientiis,* etc.), Avicennae, Algazelis et Ibn Gebirol.

1) L. Gardet-M. M. Anawati, *op. cit.,* p. 246, n. 4.
2) Paris. BN. lat. 6318, 8802, 16082, 16084; Oxon. Bodl. mss. Canonici lat. 291; Biblion. Richardi de Fournival, n. 71.
3) L. Gardet-M. M. Anawati, *op. cit.,* p. 72.
4) Cfr. T. Celotti, *Storia di Spagna,* Milano 1940, pp- 204-205.

IN

LIBRUM DE CAUSIS

EXPOSITIO

Altera vero classis Gerardo Cremonensi (i 114-1187) debetur et continet Aristotelis opera *(de Coelo et Mundo, de Generatione et Corruptione,* tres priores libros *Meteorologicoruni, posteriora Analytica* cum Themistii commentariis), Alexandri de Aphrodisia commentaria et quaedam opera, pseudo-Aristotelis librum *de Causis,* etc.

Quia vero apud Arabes Aristoteles erat « primus Magister », Alpharabius vero « alter xMagister » haud impossibile fuit inter cultiores homines opinionem ortam fuisse, qua huiusmodi metaphysica interioritatis cum auctoritate Alpharabii aliqualiter connccteretur, ut inde et valor philosophorum per Tahâfut Algazelis deiectus restaurari in pubblica aestimatione videretur.

Et ita duo valde sibi contraria quodammodo explicari vel saltem intelligi possunt: quomodo scilicet philosophi peripatetici musulmani librum hunc ignorarent et quomodo simul argumenta traditionis manuscriptae expositionem Alpharabio tribuerent.

8. — Unum est elementum quod animum pulsat in doctrina huius libri *de Causis,* hinc vero perplexitatem ingerit quoad mentem auctoris Christiani.

lacobitae enim — a lacobo Baradai (f 578), Severi Antiochensis patriarchae (465 f 538) discipulo nominati — monophysitae erant; quoad Trinitatem vero fidei Christianae doctrinam servabant.

Porro in libro *de Causis* non *Monotheismum* tantum sub forma rigidiori invenimus, sed et *subordinatianismum cosmicum* neo-platonicorum: quod quidem elementum si Arianismo favet, doctrinam Christianam destruit. Sub hoc respectu, auctor iacobita qui excerptum ex *Elementatione Theologica* Procli composuit, quaedam theoremata colligere potuit ab omni polytheistico errore purgata, sed et quae de *Intelligentia* posuit, de *Intelligentiis* seu de *Angelis* intelligere omnino necesse est.

Talis difficultas evanescit, si, c contra, excerptum illud elementorum hellenisticae culturae, in altera vel actuali arabica expositione exaratum, consideremus sub coranicae doctrinae influxu.

Tunc enim quae de *Monotheismo* in sua rigidiori forma concepto dicuntur, bene cohaerent cum neo-platonicorum doctrina de Uno. Quae vero de *Emanatismo* per diversos gradus realitatis ibidem inveniuntur, in expositionis commento arabico per doctrinam iudaeo-christianam de *creatione,* quam et Coranus recipit, aliquo modo corriguntur, ut optime ex Angelici Doctoris expositione declaratur[1]).

Sunt et alia quaedam capita doctrinae, quae manifeste sensum orientalem vitae continent in illa universali rerum subordinatione, quae pulcherrime in hoc libro exponitur. Unde quis conficere posset non doctrinam islamicam tantum in hunc librum *de Causis* influxum habuisse, sed et ipsam libri doctrinam vicissim haud spernendum influxum exercuisse in philosophiam arabice expressam ab islamitis.

Forsan, vero, similiter per coniecturam, quae excultiores homines, ut Steinschneider, Kaufmann, Guttmann, Munk aliique non pauci, novissime autem Théry et Masnovo, coacervaverunt ad solutionem huius quaestionis de auctore libri *de Causis,* ita intelligi vel explicari possunt ut Alpharabio liber iste tribuatur.

Quae autem S. Albertus M. de Davide iudaeo quodam dicit, si revera de Avendauth in toletano interpretum collegio Gundissalini auxiliatore agitur, originem *forsan* habent ex multiplici opera huius israelitae philosophi, qui scripta Alpharabii hispanicis nota

1) Nn. 31, 79-85; 147-148, 346-348.

fecit, quaedam quidem per translationem latinam Gundissalini, *quaedam vero per conversationem inter excultiores illius temporis scriptores.*

Tali modo explicari possunt tum attentio Gerardi Cremonensis ad librum *de Causis,* tum opinio circa libri auctorem a S. Alberto M. *audita* et in opere *de Causis et processu universitatis signata,* ex quo ad duo mss. transisse possibile est.

II. — UNDENAM S. THOMAS OCCASIONEM HABUERIT LIBRUM «DE CAUSIS» PERSCRUTANDI ET EXPONENDI

9. — Hic autem quaerendum venit undenam S. Doctor occasionem habuerit mysterium literarium et doctrinale huius libri *de Causis* pervestigandi.

Librum II Sententiarum exponens (1253-1254), quaerit S. Thomas: *«utrum anima rationalis sit a Deo mediantibus Angelis* » (dist. 18, q. 2, a. 2) et facile quisque intelligit praesentem quaestionem ultimam resonantiam esse theoriae potentiarum mediarum, cuius momentum in historia philosophiae et in doctrina Christiana manifestum est[x]).

Pulcherrimum articulum referre iuvat, ne de facili praetermittantur quae ibi exponuntur:

« Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est, res sub quodam ordine a primo Principio prodiisse *quidam philosophi* opinati sunt.

« Posuerunt enim a primo Principio quod Deus est, eo quod est unum et simplex, non potuisse immediate plura prodire, eo quod idem natum est facere idem [Arist., *De gen. et corr.,* II, 10: 336, a, 27-28] et ideo a Primo immediate procedit Intelligentia prima, in quam incidit, ex eo quod ab alio esse habet, quaedam pluralitas potentiae et actus et ita ab hac Intelligentia, secundum hoc quod intelligit primum Principium, dicunt effluere secundam Intelligentiam, quae est minoris actualitatis quam prima, cum causatum sit deficiens a sua causa essentiali; secundum autem quod intelligit se prout est in actu, fluit ab ea Anima orbis quam movet; et secundum quod considerat se quantum ad id quod est in ipsa potentia, fluit ab ea ipsa substantia orbis; et sic deinceps usque ad ultimam Intelligentiam, quae movet ultimum orbem, quam dicunt Intelligentiam agentem.

« Et ab hac, *dicit Avicenna (de Intellig.,* c. IV, divis. 3) effluere animas humanas et omnes alias formas substantiales in istis inferioribus.

« Et materiam generabilium et corruptibilium reducunt sicut in causam, in substantiam orbis; et diversas variationes, quae circa materiam accidunt, reducunt, sicut in causam, in motus coelestes; et omnes has causas medias sicut et primam ponunt agentia essentialia quae causant essentiam rei sine motu, non autem sunt causa fiendi tantum per motum sicut causae agentes naturales.

« Et ideo omnibus Intelligentiis attribuunt quendam modum creationis secundum quod eorum actio nihil praesupponit ex parte rei quae producitur, sed tantum ex parte agentis, cuius actio firmatur super actionem Causae superioris, ut sic sola actio primi Principii possit vere dici creatio, quae non firmatur in alterius actione, sed in ipsa firmantur ceterae actiones.

« *Haec autem positio debile habet fundamentum,* sicut etiam *Commentator* ostendit in

x) Vide C. Pera O. P., *Le fonti dei pensiero di S. Tommaso d'Aquino nella Somma teologica* apud S. Tommaso d'A., *La Somma teol.,* trad, e commento a cura dei Domenicani italiani: *Introd. gen.,* Firenze 1949, pp. 129-130; item C. Mazzantini, *Storia dei pensiero antico,* Torino 1949, p. 393.

XI *Metaphysic,* com. 30: quia cum dicitur actio de Deo et de rebus naturalibus est quasi aequivoce dicta.

« Quia in naturalibus agentibus actio sequitur ex necessitate formae, unde secundum unitatem formae oportet esse unitatem in effectu.

« Sed in divinis, actio sequitur intellectum et ideo secundum quod diversa ab uno possunt intelligi, ita diversi effectus ab uno immediate procedere possunt et secundum hoc multitudo a Deo processit prout se intellexit ut ideam plurium, idest ut participabilem diversimoda imitatione.

« *Ipsa etiam positio Veritati fidei non consonat*[1]), quae solum Deum creatorem annuntiat; in quo omnis idololatria tollitur, cui proculdubio maximum fomentum dicta opinio subministrat, unde secundum fidem non potest poni aliquid esse causa alterius post Deum nisi per viam motus et generationis et ideo omnium eorum quae per generationem non inceperunt, oportet Deum immediatam causam ponere, ut sunt Angeli, Animae, substantiae coelorum et materia elementorum et primae hypostases in omnibus speciebus.

« *Dicta etiam positio tollit honorem animarum sanctarum,* quibus promittitur Angelorum aequalitas [Matth. 22, 30] in consecutione ultimi finis, quod non posset esse si causa essentialis animae angelus esset, cum esse causati semper dependeat a sua causa essentiali. Sicut et Anselmus probat *[Cur Deus homo,* l. I, c. 5: ML 158, 365] quod reparatio humani generis per angelos fieri non debuit ne dignitati animarum derogaretur.

« *Sequeretur etiam aliud inconveniens* quod ultima beatitudo animarum non esset in divina fruitione, sed potius in fruitione angelorum: quia u'tima perfectio ad quam res potest pervenire est haec, ut coniungatur suo principio. Et ideo a philosophis ponitur ultimam felicitatem hominis esse in continuatione intellectus possibilis ad Intelligentiam agentem sive talis continuatio sit in hac vita, secundum quosdam, sive post hanc vitam, secundum alios ».

Primum argumentum pro theoria potentiarum mediarum ponitur ex libro *de Causis:*

«Videtur quod anima rationalis procedat a Deo mediantibus angelis. Primo, per hoc quod habetur in libro *de Causis,* prop. V [49], quia „ *Intelligentiae primae* influunt *formas* fixas *stantes*[2]), sicut est anima"...».

Quintum argumentum est iterum ex prop. Ill [29] eiusdem libri, in qua dicitur quod operatio intellectualis, quae est propria animae rationalis, convenit ei ex virtute Intelligentiae.

Sanctus Doctor ad primum respondet « *quod in hac materia auctoritates libri de Causis recipiendae non sunt, quia ille qui librum illum composuit, huius erroris auctor fuisse invenitur, nisi forte quis velit exponere, quod est praeter nostrum propositum* ».

«Ad quintum dicendum quod si intelligatur anima participare operationem intellectualem ab Intelligentia hoc modo quod potentia intelligendi insit animae per virtutem Intelligentiae, haereticum est et redit in dictum errorem... ».

Fieri non poterat quominus Angelico Doctori, quaestionem in isto articulo positam habenti, dicta libri *de Causis* occurrerent, cuius auctoritate fautores theoriae potentiarum

Cfr. *Cont. Gent.,* II, 43, n. 1193 (ed. Pera), ubi legitur: « Sunt autem quidam *moderni haeretici* qui dicunt Deum omnium visibilium creasse materiam, sed per aliquem angelum diversis formis fuisse distinctam ». Hic S. Doctor confirmat quae scripserat in Commento super l. *Sent.;* imo severius profert iudicium. Vide A. Masnovo, *op. cit.,* p. 11.

2) "... quae non destruuntur ... Intelligentiae autem secundae imprimunt formas declives separabiles, *ut est anima* ». Quod bene notandum! De cetero videas quae ex ista propositione ab auctore libri *de Causis primis et secundis* ponuntur cap. VI, edit, de Vaux, p. m, ubi legitur « declines ».

mediarum nitebantur. Ipse vero, qui validissimis utique rationibus quaestioni negative respondendum esse ccnsuit, neque auctoritates libri illius recipiendas esse indicavit.

10. — Serius in Qq. dd. *de Potentia* (1267-1268), eadem vi, respondit: « in hoc *auctoritas illius non est recipienda* » (q. 3, a. 4, ad 10).

Hic, Sanctus Doctor quaestionem examinat quoad eius fundamentum: « quaeritur *utrum potentia creandi sit alicui creaturae comnunicabihs vel etiam actus creationis* ». Antequam vero doctrinam tradat, positionem historicam describit:

«... quorundam philosophorum fuit positio quod Deus creavit creaturas inferiores mediantibus superioribus, ut patet in libro de Causis et in Metaphysica Avicennae et Algazelis.

« Et movebantur ad hoc opinandum propter quod credebant quod ab uno simplici non posset immediate nisi unum provenire et illo mediante ex uno primo multitudo procedebat. Hoc autem dicebant ac si Deus ageret per necessitatem naturae, per quem modum ex uno simplici non fit nisi unum.

« *Nos autem* ponimus quod a Deo procedunt res per modum scientiae et intellectus, secundum quem modum nihil prohibet ab uno primo et simplici Deo multitudinem immediate provenire, secundum quod sua sapientia continet universa. Et ideo secundum fidem catholicam ponimus quod omnes substantias spirituales et materiam corporalium Deus immediate creavit, haereticum reputantes si dicatur per Angelum vel aliquam creaturam aliquid esse creatum. Unde Damascenus dicit: *quicumque dixerit Angelum aliquid creare anathema sit [De fide orth.,* II, 3: MG 94, 873 B].

« *Quidam* tamen *catholici tractatores* dixerunt quod, etsi nulla creatura possit aliquid creare, communicari tamen potuit creaturae ut per eius ministerium Deus aliquid crearet. *Et hoc ponit Magister* in 5 dist. IV libri *Sententiarum* ».

Hunc textum *Magistri* inspicienti, statim apparet quaestionem ibi tractari *de re sacramentaria.*

« Hic quaeritur *quae sit illa potestas quam Christus sibi retinuit et potuit dare servis.*

« Haec est, ut *plurimi volunt,* potestas dimittendi peccata in baptismo.

« Sed potestas dimittendi peccata quae in Deo est, Deus est.

« Ideo, *alii dicunt* hanc potestatem non potuisse dare alicui servorum... *Dicunt enim:* si hanc potentiam alicui dare potuit, *potuit et dare creaturas creare,* quia non est hoc maioris potentiae quam illud.

« Ad quod *dici potest* quia potuit eis dare potentiam dimittendi peccata, non tamen ipsam eandem qua Ipse potens est, sed potentiam creatam qua servus posset dimittere peccata, non tamen ut auctor remissionis, sed ut minister, nec tamen sine Deo auctore...

« Item etiam: *posset Deus per aliquem creare aliqua, non per eum tanquam auctorem, sed ministrum cum quo et in quo operaretur,* sicut in bonis operibus nostris Ipse operatur ei nos: nec Ipse tantum nec nos tantum, sed Ipse nobiscum et in nobis. Et tamen in illis agendis ministri Eius sumus, non auctores. Ita ergo potuit dare servo potestatem dimittendi peccata in baptismo »[1].

11. — Hanc eandem analogiam p. de Vaux invenit in libro *de Anima* Dominici Gundissalini c. VI, in quo philosophorum argumenta ponuntur quibus animas humanas a

1) *De Sacramentis,* l. IV, dist. 5, n. 3.

Deo non immediate creatas esse probatur: « hoc autem quod philosophi *animas non a Deo, sed ab Angelis creari probant, sane potest intelligi,* scilicet non Dei *ministerio,* sed *Angelorum.*

« Item cum dicunt: Deus creat animas, intelligendum est auctoritate non ministerio, *sicut dicitur de Christo: hic est qui baptizat, dum sacerdos baptizat;* sed Christus auctoritate non ministerio, sacerdos autem ministerio tantum, non auctoritate... qui enim in agendo aliquid non auctoritate, sed ministerio utitur, ministrando utique superiori obsequitur et ideo *angeli creatura anima non dicitur, sed Dei, cuius auctoritate creatur...»*[1].

Quae quidem perpendens A. Masnovo qua par est diligentia[2], concludit in Sententiis Petri Lombardi quoad hanc doctrinam haberi Gundissalini influxum.

Facile quis notabit confluentiam doctrinae Augustini de valore Sacramentorum cum placitis neo-platonicae philosophiae ab Avicenna aliisque in theoria causarum mediarum elaboratis. Hunc autem Avicennae influxum in doctrinam Gundissalini optime illustrant E. Gilson et M. M. Gorce nec tamen huius loci est rem amplius declarare. Sufficiat recolere quae maioris momenti videntur in opere Gundissalini, qui aptat et interpretatur doctrinam Avicennae et iuxta illius doctrinam animae philosophiam construit. Radicaliter quidem theoria Avicennae transformatur maxime quoad principium illuminationis animae immediate a Deo, ita ut « Gundissalinismus appellari potuerit Augustinismus aviccnnizans »[3].

Sub hac luce, ni fallor, optime intelliguntur verba S. Thvmae in art. quaest. disp. *De Potentia* supra citato, in quo historicas opiniones describens, dicit: « *quidam* tamen *catholici tractatores...* et *hoc ponit Magister».* E quibus verbis patet hanc opinionem quorundam catholicorum tractatorum acceptatam, positam fuisse a Magistro (f 1160) in libro Sententiarum (c. 1150).

Sed si quis diligentius II *Sent.* dist. 18, q. 2, a. 2 et *de Pot.,* q. 3, a. 4 perlegerit, notabit S. Thomam loquendi modo aliquatenus indeterminato ibidem usum fuisse: quo forsan significatur iam tum, cum scripta illa exararet, Angelicum Doctorem dubitasse num ab illis *catholicis tractatoribus* et ab ipso Magistro liber *de Causis* bene intellectus fuisset. Vere ne auctor libri illius docuit Intelligentias esse creatrices substantiae animarum?[4].

Pluribus annis mens Angelici Doctoris hoc dubio vexata est; unde et rem pressius considerare certo desideravit. Quod praeterea patet ex illa veritatis magis magisque pervestigandae, collatis etiam aliorum auxiliis, quadam necessitate, quae animum S. Thomae ab intus perurgebat; cuius necessitatis praeclarum documentum legimus in *Expositione* l. I *Eth.,* lect. II, n. 133: « Eorum, quae bene se habent ad aliquid circumscribendum [vel notificandum] videtur tempus esse quasi adinventor vel bonus cooperator: non quidem quod tempus per se ad hoc aliquid operetur, sed secundum ea quae in tempore aguntur. Si enim aliquis tempore procedente det operam investigandae veritati, iuvatur ex tempore

1) Apud R. de Vaux O. P., *Notes et Textes sur l'Avicennisme latin aux confins des XII-XIIIe siècles,* Paris 1934, p. 146, n. 2.

2) *Da Guglielmo d'Auvergne a S. Tomaso d'A.,* vol. III, Milano 1945, p. 28, n. 1.

3) M. M. Gorce, *L'essor de la pensée au moyen-âge,* Paris 1933, p. 28. — Sed notandum est in libro pseudo-Avicennae *de Intelligentiis* syncretismum Christianum distinctius quam apud Gundissalinum apparere.

4) Ad eandem doctrinalem directionem forsan pertinet et nota Angelici Doctoris in hac expositione (79): « hoc autem quod hic (31) dicitur quod Causa prima creavit esse animae mediante Intelligentia, *quidam male intelligentes* existimaverunt velle auctorem istius libri quod Intelligentiae essent creatrices substantiae animarum ».

ad veritatem inveniendam et quantum ad unum et eundem hominem qui postea videbit quod prius non viderat, et etiam quantum ad diversos, utpote cum aliquis intuetur ea quae sunt a praedecessoribus inventa, et aliquid superaddit. Et per hunc modum facta sunt additamenta in artibus, quarum a principio aliquid modicum fuit adinventum, et postmodum per diversos paulatim profecit in magna quantitate, quia ad quemlibet pertinet superaddere id quod deficit in consideratione praedecessorum »[1]).

Et bene noverat S. Thomas munus aliquod esse S. Theologiae Doctoris, studia perpetuo *renovando,* homines adiuvare ut, relictis falsis opinionibus, quae ad tempus vincere possunt, ad veritatem perveniant vel reducantur. « Destruuntur enim studia veritatis per diversas mutationes in his inferioribus accidentes: sed quia mentes hominum naturaliter inclinantur ad veritatem, cessantibus impedimentis, renovantur studia, et homines tandem perveniunt ad opiniones veras quae prius fuerant: opiniones autem falsas non necesse est renovari »[2]). Stimulus autem quo perpetuo studia renovantur sapiens est et bene ordinata dubitatio [3]), cuius generis ea est quae hic venit consideranda: num scilicet Auctor libri de Causis Intelligentias esse creatrices substantiae animarum revera docuerit.

III. — DE PROCLIANAE « ELEMENTATIONIS » INTERPRETATIONE LATINA

12. — Cui quidem dubio solvendo Angelico Doctori maximum praestitit adiumentum versio latina quam fr. Guillelmus de Moerbcka O. P. confecit operis philosophi neo-platonici, Procli nempe, cui titulus est graece *Στοιχείωσι, Θεολογική,* latine vero, ex ipso Guillelmo *Elementatio theologica.* De qua igitur versione aliquid dicendum est.

In fine codicum invenitur haec memoria: « completa fuit translatio huius operis Viterbii a fratre Guillelmo de Moerbeka ordinis fratrum Praedicatorum XV Kal. lunii anno Domini MCCLXVIII [h. e. 18 maii 1268] »[4]).

[1]) Notandum *Expositionem in X libros Ethicorum ad Nicomachum* eo fere tempore ab Angelico factam esse quo *Expositio in librum de Causis.*

[2]) *In l. 1 de Coelo et Mundo,* lect. 7, n. 77. *Expositio in libros de Coelo et Mundo* post *Expositionem in librum de Causis* probabilius composita est. Vide infra p. 15, n. 7. — Circa ea quae notat S. Thomas, *loc. cit.:* « opiniones falsas non necesse est renovari », vide quae infra, p. XL, dicit cl. C. Mazzantini: «Et hoc modo... vincerent quidem — *aliquo modo et tempore* — fanatici...».

[3]) Cfr. *In III Met.,* lect. 1, nn. 338-345.

[4]) luxta M. Grabmann {*Guglielmo di Moerbeka O. P., il traduttore delle opere di Aristotele,* in *Miscellanea Historiae Pontificiae,* vol. XI, Romae 1946, p. 147) *Elementatio theologica* his codicibus conservatur:

In bibliotheca municip. Erfurt:
1) Codex F. 27 (saec. xiv),
2) Codex F. 40 (saec. xiv),
3) Codex Q. 290 (saec. xiv);
In bibliotheca nationali Vindobonensi:
4) Codex lat. 368 (saec. xiv);
In bibliotheca Vaticana:
5) Codex lat. 2419 (c. 1200),
6) Codex lat. 4426 (saec. xiv),
7) Codex lat. 4567 (saec. xiv);
In Collegio Balliol Oxonii:
8) Codex 113 (saec. xiv);
In Libraria Peterhouse Cantabrigiensi:
9) Codex 121 (saec. xm).

Quaeri potest qua ratione motus Guillelmus de Moerbeka librum istum Procli latinum fecerit, cum Viterbii apud curiam pontificalem Clementis IV officio poenitentiarii fungebatur.

R. Klibanski supponit fratrem Guillelmum actum fuisse ad Proclum ex quodam influxu personali a traditione procliana in Graecia adhuc virenti in eum derivato; ex influxu vero S. Thomae ad Aristotelem animum vertisse. At A. Birkenmajer, possibilitatem huius graeci influxus non negans, *saltem versiones Elementationis theologicae et Commentarii super Timaeum Platonis,* solummodo ad instantiam fr. Thomae absque dubio factas fuisse notat. Quod probant *expositio S. Thomae* super librum *de Causis* necnon *epistola Universitatis Parisiensis* post mortem Angelici Doctoris [1]).

Eruditissimis viris contradicere non ausim. Liceat tamen aliqua notare, ore tenus aliquando ex p. Pera accepta, quae Magisterii Ecclesiastici magnificentiam et magnanimitatem perpulchre inlustrant, ut manifeste constat ex cultural! activitate tum fratris Guillelmi tum fratris Thomae in Athenaeo Pontificio tunc temporis, etsi viatorie, Viterbii florentis.

Recolendum est a. 1248 « ex Iberorum lingua in armenam linguam » translatum fuisse librum hunc, « qui Elementum est et Caput theologiae, auctore Proclo Diadocho platonico philosopho a Simone inutili presbytero monacho... in terra Armcnorum apud Iberorum monasterium quod vocatur Plendzahankh »[2]).

Insuper, notandum est anno 1240 Fratres Ord. Praed. Hugucinum, lacobum, Bonaventuram, Rubinum, Petrum, Bernardum, Lambertum et Guischardum in Georgiam missos a Gregorio IX apud reginam Russudanam, domum in Tiflensi civitate habuisse [3]). De fratre Guischardo *Cremonensi,* Vincentius Bellovacensis scribit ipsum mores Tartarorum a Georgianis didicisse, «inter quos... per annos VII conversatus fuerat».

Anno 1256 b. Humbertus de Romanis, Magister Generalis O. P., activam vitam missionariorum admiratus, haec de fratribus in Georgiam missis scribit: « Fratres nostri, magnae auctoritatis et mirabilium viri virtutum, qui iam (inter) Georgianos in remotissimis partibus Orientis XVIII annis et amplius vitam asperissimam *(pie)* duxerunt, suis litteris cum charitatis ardore repletis et exemplis mirificis nostram miserabilem inertiam reprehendunt »[4]).

Gemitus est iste non animi depressi vel deprimentis, sed ad maiora anhelantis et exhortantis: nam revera nihil adinvenire est mirabilius vita foecundissima quae illis temporibus floruit, ut documenta testantur, tam in orientalibus quam in occidentalibus partibus, sive quoad culturae sive quoad apostolatus opera.

Nil mirum igitur si, ex relationibus quae tunc vigebant, maxime missionariorum cura, inter Occidentales et Orientales, notitias omnes, quae patrimonium culturae humanae respicere cognoscebantur, plurimi faciebant veri societatis Christianae amatores.

Hac suppositione facta, facilius intelligere datum est rationem qua motus fr. Guillelmus de Moerbeka ad instantiam omnium, quibus cordi erat huiusmodi pretiosum patrimonium, versionem *latinam,* post versiones hibericam et armenam, ipse primus inter occidentales conficere aggressus est, haud forsan nesciente Summo Pontifice Clemente IV,

[1]) Apud M. Grabmann, *op. cit.,* p. 153.

[2]) Vide Fr. Hausherr S. L, *Doutes au sujet du « divin Denys »* in ephem. *Orientalia Christiana Periodica* II, 1936, p. 490, ex E. Tisserant, *Bibliothecae Apostol. Vaticanae ... Codices Armeni,* Romae 1927, p. 145.

[3]) M. TâMARATI, *L'Eglise Géorgienne,* Roma 1910, p. 430.

[4]) B. Humberti de Romanis, *Opera de Vita Regulari,* vol. II, Romae 1889 - *Epistolae,* Va, p. 502.

certo autem annuente fratre Thoma de Aquino, qui mente profundissima novas quaestiones volvebat.

Alicuius momenti videtur notitia quam Fr. Pelster S. I.1) in quodam pervetusto codice libri dc *Causis* invenit: « *Proculus* collegit proposiciones libri *de Causis* ex dictis quorundam philosophorum, Alpharabius vero fecit commentum »2). .Quia vero codex iste ad dimidium saec. XIII pertinet, concludi posse videtur Angelicum Doctorem traditionem hanc plenius confirmasse 3) non vero primo invenisse 4). In altero codice Paris. BN. lat. 6319 in margine ad primam propositionem legitur: «commentator huius libri fuit alpharabius vel *procrus theoraricus* secundum alios »5).

IV. — QUAENAM S. THOMAS EX COLLATIONE LIBRI « DE CAUSIS » CUM « ELEMENTATIONE THEOLOGICA » DETEXERIT

13. — Cum igitur iam S. Thomas *Elementationem theologicam* Procli in versione latina fr. Guillelmi de Moerbeka perlegere potuit, et librum *de Causis* examini critico subiicere, adeoque sententias in ipso contentas recte intelligere eiusque Auctoris mentem profundius penetrare, ipsi possibile evasit. Quod quomodo evenerit, paullo pressius investigandum est.

Certum est Expositionem super librum *de Causis* factam fuisse cum secunda vice Angelicus Doctor Parisios rediit ibique (1269) commoratus est per aliquot annos usque dum denuo Italiam petiit (1272) 6).

Duo adhuc certa sunt. Tunc temporis acriter pugnabatur de quaestionibus maximi momenti. Ex una parte, foannes Pecham, verbis ampullosis ct tumidis, *de unitate formae substantialis in homine* cum Angelico Doctore disputabat (c. 1270); ex alia parte, ipse Angelicus Doctor opus *de unitate intellectus contra Averroistas* scribebat, ut sanam doctrinam *de anima intellectiva* hominis a pravis interpretationibus defenderet.

Sed iam inde ab annis, quibus Petri Lombardi *Sententias* interpretatus fuerat (1252-1254), quaedam occurrerant ex Avicenna quae rursus examini subiicienda erant.

Citationes S. Thomae in Commento super libros I et II *Sententiarum* ex operibus Avicennae *de Intelligentiis* et *de Fluxu entis* cum eius doctrina in *Metaphysica* tradita con-

1) *Beitrage zur Aristotelesbeniitzung Alberts des Grossen* in *Philosophisches Jahrbuch* 46, 1933, p. 462.

2) Ex cod. Vat. lat. 2984.

3) N. 9.

4) Apud Fl. Bédoret, *art. cit.,* p. 523 et not. 16 ex Fr. Pelster, *art. cit.,* p. 462, not. 2.

5) Apud H. Bédoret, *art. cit.,* p. 527.

6) C. Fabro in suo praeclaro art. « *Tommaso d'Aquino* » huius libri expositionem a. 1269-73 ponit *(Enciclopedia Cattolica* XII, 256; quoad momentum huius op. in « Formazione dei Tomismo » cfr. *ibid.,* col. 263) ct tunc statim acris pugna inter « Artistas » parisienses ct « Theologos » apparet.

R. Verardo *(Introd. Generalis in omnia S. Thomae opuscula* in vol. *Opuscula theologica* I, 19543 p. XI) a. 1269-72 praefert; ct, ex diligentioribus inquisitionibus H.-D. Saffrey (cfr. *op. cit.,* pp. XXXIII-XXXVI) hanc expositionem super librum *de Causis* factam fuisse Parisiis a. 1272, primis mensibus, antequam scilicet Angelicus Doctor in Italiam reverteretur, concludendum esse apparet.

Quod quidem haud res improbabilis et peritioribus videri potest. Est autem qui pressiori gressu venationem prosequitur et Expositionis tempus in altera medietate a. 1271; locum, autem, interpositum Commentario in lib. *A* Metaphysicorum Aristotelis [in Expositione *ubique* XII Metaphys. (84, 241, 278, 289, 344) dum *antea* (I-II, q. 5, a. 6; *Cont. Gent.* III, *44,* n. 2215) XI Metaphys. citatur], quocum ratione materiae arcte connectitur, et Commentario in *de Coelo et Mundo,* saltem conjecturaliter, inveniri suspicatur (haec nobis cursim communicavit P. Marc O, S. B., ex abbatia Quarreriensi, epist. 15 nov. 1954).

sonare videntur; bene tamen notat p. de Vaux huiusmodi citationes haud facile reperiri in tractatu qui *de Intelligentiis* seu *de Causis primis et secundis* sub nomine Avicennae venit[1]). Concordant quidem quoad substantiam doctrinae, at non videtur Angelicus Doctor eas ex isto libro sumpsisse.

Duo ergo certa apparent: citationes ex libro *de Intelligentiis* referuntur ex opere quod non est liber *de Causis primis et secundis;* hic autem liber non est opus Avicennae, sed cuiusdam philosophi, iuxta placita doctrinae Avicennae theologizantis: qui igitur *pseudo-Avicenna* nuncupatur.

Nihilominus haud ignotum fuisse opus hoc possibile remanet, eo quod doctrina tradita valde periculosa apparet, maxime ob elementa diversa iuxta posita, quae opinionem communem ingerere potuerant hunc librum « *de Causis* primis et secundis » eandem doctrinam continere ac librum *de Causis*[2]).

Revera, pseudo-Avicennae liber *de Causis primis et secundis,* inter alia multa ex Avicennae *Metaphysica,* ex Dionysio Areopagita, ex Augustino et Ioanne Eriugena excerpta, plurima ex libro *de Causis* simul miscens, omnia interpretatur tali modo ut constituatur « *metaphysica Avicennismi latini* »[3]). Sive enim loquamur de « augustinismo avicennizante », ut placet E. Gilson, sive de « avicennismo latino », ut mavult R. de Vaux, semper habemus coram oculis documentum aliquod, in quo emanatismum neo-platonicum tanquam elementum perturbans, maxime quoad theoriam illuminationis, in psychologia invectum fuisse omnibus constat.

Inde necessitas ex hoc documento, quod est liber *de Causis primis et secundis,* ad studium et expositionem libri *de Causis,* transeundi, ut problemata, quae sive in Commento super librum II *Sententiarum* sive in quaest. *de Potentia* in disputationem deducta fuerant, tandem solverentur.

14. — Ex collatione libri *de Causis* cum *Elementatione theologica* Procli quaedam maximi momenti revera detecta sunt.

Ex hac versione S. Thomas, qui simul Viterbii aderat cum fr. Guillelmo, novum elementum positivum ad originem libri *de Causis* determinandam, nisi ipse primus invenit, certe plenius probavit.

Unicum documentum ex quo liber *de Causis* compositus fuit est *Elementatio theologica* Procli, in qua *omnia quae in hoc libro continentur, multo plenius et diffusius continentur*[4]).

Hinc sequitur, si aliqua inveniuntur communia vel affinia opinionibus philosophorum arabum, ex isto documento in *Metaphysica* ab Alpharabio maxime per theoriam Intelligentiarum penitius exculto, sufficienter explicari posse.

De cetero, similitudo vel identitas doctrinae, peculiari charactere insignitur, ut patet ex ipsa expositione Angelici Doctoris, licet forsan aliquando sensus doctrinalis interpretatio novum quid prae se ferat.

Et ex hac parte, prout aliquando cl. p. Pera mihi communicabat, aliud quippiam in expositione Angelici Doctoris colligi potest haud forsan spernendum.

Op. cit., p. 64.
2) Huius confusionis aliquod signum esse potest modus indeterminatus loquendi quo in II *Sent.,* dist. 18, q. 2, a. 2 et maxime in Qq. dd. *de Potentia,* q. 3, a. 4, Angelicus Doctor utitur, praecipue si cum expositione critica sub n. 79 posita, conferatur.
3) Cfr. R. de Vaux O. P., *op. cit.,* p. 73.
N. 9.

Etenim, in epistola b. Humberti iam supra citata haec leguntur: « in hispanicis partibus fratres qui iam multis annis inter Saracenos in arabico studuerunt, non solum laudabiliter in lingua proficiunt; sed, quod est laudabilius, *ipsis Saracenis ad salutem cedit cohabitatio eorumdem,* ut patet in pluribus qui iam baptismi gratiam susceperunt »[1].

Haec autem valde notanda sunt pro origine *Summae contra Gentiles* determinanda; at impossibile non est huiusmodi considerationem missionariam et pro expositione huius *libri De Causis* signanda valere.

Sic, enim, melius intelligitur quare *theologia neo-platonica* Procli, ope principii creationis in *theologiam islamicam* quodammodo retractata, novo examini subiiciatur ut inde *theologia humana* limpidius effulgeat in synthesi nova Christianae culturae.

Ita enim, secundum quod mihi datum est intelligere, pulcherrime et efficaciter fundamenta metaphysica cuiuslibet religiosae doctrinae illustrantur et quaecumque vera sparsim inveniuntur, in unum collecta animum disponunt ad divinae Veritatis contemplationem ulterius adipiscendam.

Quae valde imprudenter aliqui ex catholicis, sive in interpretatione Aristotelis per Commentatorem sive in expositione doctrinae religiosae per Avicennam, acceptaverant, maximam confusionem idearum secum tulisse nemo est qui ignoret: inde autem quamcumque actionem sive scholasticam sive apostolicam suis propriis viribus destitui, omnibus patet.

Radicitus huiusmodi quaestiones tractando, Angelicus Doctor omnibus bonae voluntatis viris succurrit et « elavem scientiae » reverenter accipiens ipse quidem in veritatis sacrarium introit, eos vero qui ingredi cupiunt in sanctuarium Dei peramanter invitat et suscipit confidenter.

V. — DE INSTRUMENTIS QUIBUS UTITUR S. THOMAS IN EXPOSITIONE LIBRI « DE CAUSIS »

15. — Ad tantum opus perficiendum duo sunt instrumenta quibus Angelicus Doctor utitur in hac expositione: synthesis philosophica Aristotelis et synthesis theologica Dionysii Areopagitae quae nova quadam synthesi philosophica et ipsa fulcitur, ope *principii creationis* constructa, unde theoria Potentiarum mediarum excluditur[2].

Circa quod principium recolendum est humanam sapientiam suis viribus de facto ad ipsum non pervenisse. Philosophorum doctrinas expendens qui, prout dicit S. Augustinus[3], aliquid tale de Deo senserunt, ut in Illo inveniretur *et causa subsistendi et ratio intelligendi et ordo vivendi,* S. Thomas quendam progressum diligenter notaverat[4]; neque Graecos, ut Platonem et Aristotelem, sed *alios* « profundius ad rerum originem »[5] ingressos esse et se « ad considerandum ens in quantum est ens » erexisse[6] signaverat. Principium igitur creationis in patrimonium humanae culturae de facto e S. Scriptura invectum esse S. Thomas bene noverat; sicut et noverat ex eodem principio doctrinam Platonis et Aristotelis mirabiliter perfici atque compleri, qua res fieri actu *per esse* clare affirmantur[7].

[1] *Op. cit,,* p. 502.
[2] Nn. 72, 94.
[3] *De Civit. Dei* VIII, 4 (ML 41, 228-229). Textus citatur a S. Thoma, *de Pot.* 3, 5.
[4] *De Pot.* 3, 5; *Gont. Gent.* II, 37 (n. 1130); *Summ. Theol.* I, 44, 2.
[5] *Contra Gent.,* l. c.
[6] *Summa Theol.,* l. c.
[7] Dum e contra neo-platonici, ex coincidentia entis et cogitationis (cfr. *En. V,* 1, 8; V, 9, 5), affirmabant res fieri actu *per cognitionem;* item cognitionem fieri per illuminationem superioris agentis.

Porro theoria Potentiarum mediarum contra principium creationis manifeste repugnat; unde Dionysius negat esse « aliquas essentias et hypostases separatas quae sint principia rerum et creatrices earum »[1]: solus enim Deus, utpote « esse supersubstantiale », est « principium et substantia et causa quod omnia existentia sint »[2].

Sive ergo agatur de doctrina philosophica priorum neo-platonicorum, sicut distinctius explicat p. Pera in editione Expositionis S. Thomae in librum beati Dionysii *de Divinis Nominibus,* sive de eadem doctrina tractetur a posterioribus philosophis neo-platonicis exculta et maxime a Proclo, sicut modernis auctoribus placet, hoc omnino certum est auctorem Christianum libri *de Divinis Nominibus* radicalem purificationem theologiae humanae, ope principii creationis perfecisse.

Concordantia Auctoris *libri de Causis* cum Dionysio[3] quoad novam metaphysicam sub duplici respectu considerari potest: unus communis est illis qui monotheismum profitentes doctrinam creationis immediate affirmare videntur[4], *quamvis non ita distinctim, ob varias interpretationes cosmicarum rerum;* alter proprius est Dionysii et huiusmodi novae metaphysicae constitutionem tangit, unde Angelicus Doctor scribit: « *secundum* sententiam Dionysii, *quam videtur sequi auctor huius libri* »[5].

Ne prima exaggerata putentur, S. Thomas mentem Auctoris diligenter inquirit et quae *aliquo modo* possunt habere veritatem, notat[6]; unde in superficie litterae sistendum non est.

Altera vero inepta nemo dicet qui, versionem syriacam Sergii a Resaina († 536) aliorumque auctorum scholia et commenta syriaca considerans, haud difficulter viam deteget qua doctrina Dionysii ad arabes philosophos pervenire potuit.

Si enim iuxta P. Kraus indicium, auctores syri e circulo iacobita-neoplatonico excerpta tum ex *Elementatione theologica* Procli in librum *de Causis* tum ex Plotini Enneadibus in *theologiam Aristotelis* confecerunt, ut supra iam expositum est, haud difficulter influxus Christianae theologiae realiter efficax detegitur.

VI. — DICTORUM SUMMA COLLECTIO

16. — Ad conclusionem igitur huiusce commentarioli properantes, paucis resumamus quae hucusque dicta sunt.

S. Thomas prae manibus habet librum *de Causis,* « quem constat de arabico esse translatum »[7]. Habet etiam prae manibus versionem latinam *Elementationis theologicae* Procli neo-platonici, quam fecit fr. Guillelmus de Moerbeka. Ex collatione duorum librorum concludit librum *de Causis* ab aliquo philosophorum arabum ex libro Procli excerptum fuisse[8].

Ex alia parte in libro *de Causis* doctrinam creationis clare affirmatam invenit[9], quae

[1] S. Th. Aq., *In l. b. Dionysii De div. Noni.,* n. 933 (ed. Pera).
[2] Id., *ibid.,* n. 932 (ed. Pera).
[3] Nn. 62, 84.
[4] Nn. 82, 101, 348.
[5] N. 121.
[6] N. 85.
[7] N. 9.
[8] *Ibid.*
[9] Nn. 82, 101, 348.

procul dubio a theologia neo-platonica provenire non potest, sed unice a « Biblia » per « Coranum » et inde per Philosophos « islamitas ».

Doctrina vero creationis cum theoria Potentiarum mediarum stare non potest, ut patet per Dionysium, quem videtur sequi Auctor libri *de Causis* [1].

Unde hunc Auctorem male intellexerunt qui existimaverunt illum voluisse intelligentias esse creatrices substantiae animarum [2].

Quo fit ut S. Thomas dubium solvat quo iam inde a primis annis magisterii sui angebatur circa originem et sensum huius libri, quem aliqui ex catholicis ad fulciendas theses erroneas usurpabant.

Nemo est qui non videat momentum conclusionis, ad quam Angelicus Doctor pervenit. Genuinum sensum et valorem libri *de Causis* patefaciens, hunc librum a sectatoribus Averroismi et Avicennismi, « tanquam ab iniustis possessoribus », in usum suum « vindicat » [3] et sic tutius defendere potest tum multiplicationem intellectus in singulis hominibus (contra Averroistas) tum unitatem formae substantialis in unoquoque (contra Avicennizantes), ideoque veram et sanam doctrinam de hominis natura servare.

VII. — CONCLUSIO

17. — Elementa in synthesin doctrinalem assumpta in ipsa quodammodo « remissae » [4] manent et naturaliter a composito absolvi desiderant ut omnem vim suam atque virtutem, etsi mensura debita praetermissa, reaccipiant redeantque, prout dicit E. Gilson [5], « ad suum locum naturalem »: quod fere in historia philosophiae evenire solet.

Nil igitur mirum si neo-platonica elementa, quae S. Thomas, librum *de Causis* excipiens et, ubi opus fuerat, emendans, in suam synthesin doctrinalem vindicaverat, apud quosdam philosophos et theologos, haud pari sensu critico praeditos, postea praevaluerint: sicut, v. gr., apud Theodoricum Teutonicum O. P. († c. 1310), cui adseribendum est — inter alia — opusculum quoddam *de Causis,* — deperditum quidem [6].

Namque, si opera quae exstant huius Auctoris perlegimus, *Elementationem theologicam* Procli et librum *de Causis* in ipsa influxum haud spernendum exercuisse sat clare deprehenditur; ac Theodoricum, licet ope synthesis aristotelico-thomisticae quidquid male audire possit corrigere conetur, doctrinis, quae libris illis exhibentur, plus aequo inhaerere nec parum delectari evidenter apparet.

Theodorici doctrinae sedulo attendendum videtur quia, ut ex historia philosophiae constat, hic Auctor magnum influxum exercuit in Bertholdum de Morsburgo O. P. — auctorem *Expositionis in Elementationem theologicam Procli* (initio saec. XIV), typis adhuc mandandae, in qua Theodoricus expresse citatur, et cuius mentionem faciet, cum laude,

Nn. 72, 94, 121.

2) **N. 79.**

3) Cfr. Aug., *De Doctr. Christ.,* II, 40 (ML 34, 63) cit. a S. Th., *Summ. Theol.,* I, 84, 5C.

4) Cfr. *Summ. Theol.,* I, 76, 4, 4m.

5) *La philosophie au moyen âge,* 2 éd., Paris 1947, p. 519.

6) Circa Theodoricum Teutonicum vide E. Krebs, *Meister Dietrich (Theodoricus Teutonicus de Vriberg). Sein Leben, seine Werke, seine Wissenschaft* in Cl. Baeumker, *Beitrage zur G. der Phil, des Mittelalters,* t. V, Münster i. Westf., 1906; Ueberweg-Geyer, *Grundnss der Gesch. der Phil.,* t. II, Berlin 1928, pp. 554-560; Et. Gilson, *La philosophie au moyen-âge, 2 éd.,* Paris 1947, pp. 519-524; P. Glorieux, *Thierry de Freiberg* in *Diet. Théol. Cath.,* t. XV, col. 611-613.

Nicolaus Cusanus (1401-1464) in opere *De docta ignorantia* —, in Ioannem Eckhardt O. P. (1260-1327) et in Ioannem Taulerum O. P. (1300-1361)[1].

Haec omnia recoluisse inutile non videtur, utpote quae, ni fallor, valde iuvare possunt ad intelligendum valorem et momentum *Expositionis,* quam Divus Thomas perfecit, huius libri *de Causis.*

« Necesse est — ut scribit Angelicus [2]) — accipere opiniones antiquorum, quicumque sint... Et hoc quidem ad duo erit utile. Primo, quia illud quod bene dictum est ab eis, accipiemus in adiutorium nostrum. Secundo, quia illud, quod male enunciatum est, cavebimus ».

Haec est aurea regula, qua ductus Angelicus Doctor quidquid in libro *de Causis* verum invenit, adeoque *pretiosum,* libenter suum facit et mirabiliter illustrat; quidquid vero falsum aut minus rectum, adeoque *periculosum,* respuit aut emendat: longe prudentius ac alii qui, doctrinis neo-platonicis capti, plus minusve intemperanter eas ante ipsum exceperant [3]) aut, post ipsum, excipient.

B) De Anima islamica harmoniam spiritualem quaerente.

Ut ea quae supra n. 7 indigitavimus de doctrina interioritatis diligentius percipiantur, paucas notitias subnectere placet quae ad Ibn Masarra et Alpharabium referuntur.

Praeclarissimorum philosophorum conatus ut synthesis quaedam spiritualis constitueretur, humanam rationem et fidem (islamicam) harmonice componens, veluti quaedam culturalis hereditas apparet, haud certe spernenda.

Primo igitur de Ibn Masarra; secundo de Alpharabio aliqua notanda occurrunt, maxime quia saepius veluti *commentator libri de Causis* dicitur.

1) Cfr. Et. Gilson, *op. cit.,* p. 524; P. Glorieux, loc. cit.

2) *In Aristotelis l. de Anima,* ed. tertia, Taurini 1948, l. I, lect. 2, n. 30; cfr. *In Metaph.,* Taurini 1950, l. II, lect. i, n. 287-288.

3) Rogerius Baco (c. 1210-c. 1292) hic recolendus venit, qui scripsit — inter alia — « *Quaestiones in librum de Causis* » (vide *Opera hactenus inedita Rogerii Baconis,* fasc. XII: *Quaestiones supra librum de Causis nunc primum edidit Robert Steele, collaborante Ferdinando M. Delorme O. F. M. Accedit liber de Causis a Roberto Steele dentio recognitus.* Oxonii e typographeo Clarendoniano. Londoni apud Humphredum Milford MCMXXXV). Philosophus ille, O. Fr. M. alumnus, doctrinis traditionalibus Ordinis sui ab Alexandro Halensi et S. Bonaventura traditis adhaeret, sed in Psychologia, instantibus erroribus averroisticis, theorias platonico-augustinianas nova induit forma. Baco, ut notat R. Marcone O. S. B. (*Historia philosophiae,* vol. II, Romae 1914, p. 265), « admissa duplici experientia: externa et interna, putat experientiam internam habere septem gradus illuminationis divinae, qua Deus intellectum nostrum ad scientiam acquirendam illustrat. Haec illuminatio divina fit per intellectum agentem, qui intellectum possibilem ad actum cognitionis excitat. Intellectus possibilis est spiritualis et est substantialiter multiplicatus in hominibus, intellectus vero agens est extra homines, unus pro omnibus et est ipse Deus, quatenus illuminatione sua seu virtute sua intellectus possibiles ad cognitionem determinat ». Haec theoria Averroismo affinis videtur, revera tamen (ut pergit p. Marcone *ibid.*) ab Averroismo radicitus differt. Nam Baco agnoscit in hominibus intellectum possibilem seu animam spiritualem substantialiter multiplicatam, cum averroistae id negent. Doctrina Baconis circa cognitionem est potius affinis veteri doctrinae platonico-augustinianae. Vide B. Nardi, art. *Bacone Ruggero* in *Encicl. ital. V,* 1930, p. 824b; item art. *Bacone Ruggero* in *Encicl. catt.* II (1949), pp. 670-675.

a) *De Naturalisme mystico* l) *Ibn Masarrae.*

Muhammad Ibn Masarra al-Yubâlï Cordubae in Hispania a. 883 (Hcgirae 269) natus est. In islamica religione enutritus, inde ab adolescentia, patris cura, philosophiae operam dedit. Ante vigesimum aetatis annum patre orbatus, in quendam eremum secessit, ubi asceticam vitam amplexatus, meditationibus vacare coepit ac discipulis instituendis, qui ad secreta capienda eius methodi esotericae initiati essent.

Sed paulatim aliqua suspicio de eius orthodoxia exorta est. Vulgo namque ferebatur et divinum concursum ad actus liberae voluntatis (iuxta placita mu'tazilitarum) et poenas inferni negare; immo vero praecipua capita philosophiae Empedoclis Agrigentini, pantheisticae quidem vel paene atheae, discipulos docere.

Ideo patria discedere coactus multas Orientales terras peragravit et Mecam religiosissime invisit, ubi aliquandiu commoratus est.

In Hispaniam tandem reversus, iterum in eremum suam, apud Cordubam, secessit, unde doctrinas a recta islamica fide aliquatenus deflectentes diffundere denuo inchoavit, aperte quidem, cum solis discipulis secretius loqueretur, aliter autem sub allegoriarum velamine.

Ab aliis veluti magister et dux vitae spiritualis, ab aliis vero ut haereticus habitus, laboribus, meditationibus et asceticis austeritatibus consumptus, nondum quinquagenarius obiit die 20 octobris a. 931 (Hegirae 319).

Huius praeclari philosophi scripta deperdita sunt; doctrinam ergo indirecte tantum cognoscimus ex iis quae a doctoribus islamicis (al-Sahrazürï praesertim et al-Sahrastani) tradita sunt.

Constat igitur Ibn Masarra ardentissimum propugnatorem fuisse philosophiae empcdocleae vel potius cuiusdam systematis syncretistici, quod Agrigentini nomine et auctoritate ornatum, elementis e neoplatonismo gnostico praesertim collectis aliquis forsan Alexandrinorum lucubraverat.

Theoremata praecipua a philosopho et mystico Nostro proposita haec erant:

1. Creator, qui est Esse primum et ineffabile, absoluta gaudet simplicitate.

2. Ab Ipso quinque substantiae per emanationem procedunt: Materia prima, Intellectus, Anima, Natura, Materia secunda.

3. Materia prima essentialiter componitur ex *Amore* et *Discordia, ex* quibus et substantiae simplices ac spirituales et substantiae compositae atque corporeae procedunt. *Amor* proprietas est Animae universalis, *Discordia* vero Naturae.

4. Animae particulares, quae ab Anima universali per emanationem procedunt, ad quattuor classes reducuntur: sunt enim vel vegetativae vel animales (vitales) vel rationales vel intellectuales.

5. Anima humana, quae corpori praeexistit, a beatitudine originaria culpa quadam collapsa, indiget redemptione; redemptionem vero consequitur quatenus a iugo vanitatis

*) Sic enim denominari potest systema huius Philosophi. Vide quae infra, p. XXXIX, a C. Mazzantini dicuntur de *cosmismo mystico* vel *mysticisme cosmico,* quem Arabismus, ope invadentis « Astrologismi » introduxit. — Circa fortunam Astrologiae apud Arabes vide M. Camozzini, in art. *Astrologia,* apud *Enc. Catt.* II (1949), 237.

et superbiae, simulationis et invidiae et ceterarum passionum corporearum ope asccseos et virtutis liberata, digna fit quae ad unionem cum mundo spirituali perveniat et in mysteria divinae sapientiae ingrediatur.

Uti patet, in hac doctrina quaedam sunt ab Empedocle revera deprompta, sed multo plura a Neoplatonicis.

Inter quinque supra signata, theorema characteristicum Philosophi nostri secundum est, *quinque* videlicet *substantiarum.*

Ad servandam fidem islamicam, Ibn Masarra Deum non poterat Unum appellare, ad mentem Plotini (cuius insuper doctrina nimis aperte pantheismum redolebat); unde posuit *Creatorem,* supra et extra seriem emanationum existentem. Inde loco *Unius* plotiniani posuit *Materiam primam.* Haec autem prima hypostasis longe distat ab illa materia universali corporea quae, sive apud Plotinum sive apud Ibn Masarra, in hypostaseon hierarchia ultimum gradum tenet; et appellatur ab Ibn Masarra sive *fons* aut *elementum* sive *hyle* aut *materia* («hayuli » — per simplicem transcriptionem vocis graecae: *νλη},* et quidem *prima* (ad aequivocationem vitandam: materia enim universalis corporea est etiam *hyle,* sed *secunda}.*

Profecto etiam Plotinus posuerat in mundo intelligibili quandam materiam spiritualem veluti specierum sive substantiarum incorporearum substratum (cfr. *En.* II, IV, i). Illa vero materia spiritualis non erat substantia in hierarchia principiorum entis actualiter existens, sed potentiale quiddam.

E contra apud Ibn Masarra materia prima qua talis habet actualem realitatem et est effectus primus sive prima Creatoris emanatio.

Haec doctrina de quinque substantiis (quae procul dubio pantheismum materialisticum sapit) Auctorem vita superavit eiusque vestigia per multa saecula datum est apud nonnullos philosophos invenire.

Neque tantum a philosophis islamicis et mysticis Orientalibus excepta est, sed et in philosophiam iudaicam atque Christianam influxum non spernendum exercuit χ).

b) *De Socialismo cosmico-politico Alpharabii.*

Ne traditionem manuscriptam omnino negligere videar, aliquid de Alpharabio dicendum occurrit non ad traditionis confirmationem per doctrinam utrobique expositam — quod manifeste supra vires apparet —, sed ut tegentibus facultas detur breviter digesta inveniendi quae a peritioribus de illo scripta sunt, quaeque inutilia non videntur ad solutionem problematis libri *de Causis* penitius investigandam.

Alpharabius sive Avemasar vel Abumazar aut Albumazar — vulgo: Al-Fârâbi abü Nasr Muhammad ibn Muhammad ibn Tarkhan ibn Awzalagh — unus ex musulmanis philosophis clarissimis, arabice *al-mu ʻallim ath-thânï* id est « alter magister » post Aristotelem, qui primus fuit, appellatus est.

In Turkestan apud Wasig, loco civitatis *Fârâb* (serius Utrâr) seu ad sinistram ripam Sir Daryâ circiter 420 40' lat. N. natus est; Damasci in ragiab 339 Heg. (in fine a. 950 vel initio a. 951) octuagcnario maior vita functus est.

De his omnibus, dilucide et copiose, disseruit M. Asin Palacios, *Obras escogidas,* I, Madrid 1946, pp. 1-219: *Ibn Masarra y su Escuela. Origenes de la Filosofia Hispano-musulmana.*

Prima iuventute transacta, turearum genere ortus, in Mcsopotania, speciatim vero Baghdad moratus est, ibidemque sub directione cuiusdam medici christiani Iohanna ben Hailan educationem suam perfecit; quo tempore studiorum socium habuit Abu Bisr Matta, religione Christianum, linguarum interpretem (terdjuman).

Studiis totus incumbens sub fine a. 330 (mense septembri 946) in Syriam (Aleppum et Damascum) se contulit, ubi reliquam vitam transegit, brevi mora in Aegypto intermissa.

Arabice plus quam centum libros et opellas composuit de philosophia, mathesi, astronomia, medicinali arte, alchimia theorica, musica. Musicae peritissimus, plures libros maioris pretii et aestimationis de mathematica theoria musicae et instrumentorum musicalium scripsit, doctrinis graecis orientalem artem primus ipse illustrans.

Ex multis philosophicis scriptis, quaedam sunt commenta vel adnotationes vel compendia librorum Aristotelis et Alexandri de Aphrodisia *(Methaphysica* et *de Anima),* quaedam vero sunt opera originalia; paucissima, omnia fere opuscula, ad nos usque pervenerunt et plura adhuc inedita manent vel in hebraicis versionibus medii aevi tantum servata sunt.

Alpharabius intimiori sensu religioso praeditus doctrinas aristotelicas cum neo-platonicis necnon cum islamicis dogmatibus coniunxit: quo in opere perficiendo haud parum ea ductus fuit opinione, qua apocrypha scripta quaedam, inter Arabes sub nomine Aristotelis posita, authentica putavit; unde factum est ut, v. gr., creationem ex nihilo necnon existentiam poenarum et praemiorum in vita futura ab Aristotele traditas esse existimaverit.

Considerans absurditatem infinitae seriei possibilium (contingentium), quorum unumquodque existentiam ab alio possibili habeat, Alpharabius cum Aristotele pervenit ad affirmationem necessario Existentis vel Primi Principii aut Primae Causae, Dei scilicet, qui est « *wagib-al-wagiud* » Avicennae et « Necesse-Esse » Scholasticorum medii aevi.

Sed et per aliam considerationem ad idem pervenit: ex eo enim quod res existentes essentiam (waAzjryaA-quidditas) habent ab existentia (ZzziwzyyaA-ipseitas, individualitas) distinctam, harum altera ex seipsa alteri coniungi nequit, unde ad Principium illud, in quo essentia non est aliquid distinctum ab existentia, necessario pervenitur. Ut bene notat E. Gilson [1]), dies memoranda in historia philosophiae dies illa fuit, in qua, omnium primus, realem distinctionem inter essentiam et esse Alpharabius affirmavit. Rcquidemvera philosophus ille, quippe qui principiis est nco-platonicis imbutus, pronus est ad docendum existentiam, utpote in essentia non inclusam, nonnisi accidens esse. Quod nimis est; et nova metaphysica reformatio necessaria erit quam peraget S. Thomas, qui in sua l. IV *Met.* expositione, lectione 2a [2]), diligenter notabit: « Esse rei quamvis sit aliud ab eius essentia, non tamen est intelligendum quod sit aliquod superadditum ad modum accidentis, sed quasi constituitur per principia essentiae ». Quibus verbis proprie positio Avicennae corrigitur, a positione Alpharabii non multum dissimilis [3]).

x) *La philosophie au moyen-âge,* 2e éd., Paris 1947, p. 348.

2) N. 558.

3) Vide Et. Gilson, *op. cit.,* p. 349. Recolenda sunt quae scribebat Thomas de Vio, Caietanus, O. P., in suis *Commentariis* in opusc. S. Th. Aq., *De ente et essentia:* « Avicenna, *Alpharabius* et Algazel, ut testatur Albertus in Postpraedicamentis *[Liber de Praedicamentis,* tract. VII, c. 9: ed. A. Borgnct, t. I, p. 289], opinantur quod ens non conveniat naturae absolute sumptae. Unde dicunt hanc consequentiam non valere: " Homo est substantia: ergo homo est ens ", eo quod ens significat aliquid additum essentiae rei, quod non est de eius ratione, quod expresse etiam de Avicenna refert

In modo considerandi divinitatem et divinam providentiam influxus neo-platonici et coranici manifesti apparent. Inter alia, iam non est aristotelicus conceptus ille quo non solum tanquam primum amatum vel desideratum, sed et primum Amans Deus cogitatur.

Deus, absque hoc quod ab aliqua causa sibi externa motus fuerit, mundum ex nihilo semel tantum creavit, aeternumque in futurum fecit; creatio non fuit in tempore, in quantum scilicet tempus rebus connectitur, quarum nexum constituit: unde ante mundum existere non potuit.

Una existentiae rerum causa, Dei scientia et voluntas, aeterna est. At quia ex Uno absoluto multitudo directe oriri nequit [1]), inde Alpharabius ex neo-platonismi placitis suum systema subsequentium emanationum spiritualium excogitavit, ab omni pantheismi labe expurgatum, distinctionem radicalem Dei a mundo in scriptis suis affirmans simulque negans res ab Eo derivari per viam naturalem quin cognitionem rerum causandarum Ipse habeat.

Ex Primo ergo existentia secundi emanat, qui est substantia incorporea immaterialis et est prima Intelligent!arum, quae formas existentes ab aeterno in mente Dei mundo dispensat.

Ex ipso, inquantum intelligit vel cogitat Primum, necessario oritur existentia tertii seu alterius Intelligentiae; inquantum vero scipsum intelligit, existentiam producit primi Coeli sive ultimae (nonae) sphaerae coelestis, a luna incipiendo.

Porro tertius, Primum intelligens, tertiam Intelligentiam producit; et seipsum intelligens stellarum fixarum sphaeram causal.

Et ita gradatim aliae Intelligentiae abstractae et a materia immunes exsurgunt necnon septem planetarum ptolemaicorum sphaerae, quarum novissima luna est.

In mundo sublimari tantum adsunt entia variationi subiecta[2]). Cosmogoniam hanc Avicenna excepit[3]).

Aristotelem secutus, Alpharabius docet aeternitatem mundi, quem igitur Deus durations prioritate non praecedit, sed naturae, inquantum scilicet ex materia ab aeterno existente, ab aeterno formam sive mundum educit, quo sensu tantum Creator appellari potest. Ut patet elementa aristotelica (theoria de sphaeris coelestibus deque earum motu, de aeternitate mundi, etc.) cum nco-platonicis (theoria emanationis) syncretistice Alpharabius commiscet[4]).

In quaestione de universalibus, Alpharabius, iuxta ea quae iam Al-Kindi (f 873) docuerat, realismum temperatum tradit, qui scholasticorum sententiae consonat, cum triplici illorum existentia *ante rem, in re, post rem;* sed a realismo temperato quodammodo

Commentator IV *Met.,* com. I1l *[Aristotelis ... Opera ... : Averrois Cordubensis in ea opera ... Commentaria,* t. VIII, Venetiis 1552, f. 32l'] et X *Met.,* com. VIII [ed. cit., *ibid., f.* I2ir]. S. Thomas autem ... super IV *Met.,* lect. 2 [nn. 556-560] et super X, lect. 3 [n. 1981] expresse in hoc reprehendit Avicennam; unde sententia eius non est censenda eadem opinioni Avicennae, licet *difficile sit* videre in quo differat ab ea, cum ipse teneat nullum aliud a Deo esse ens per suam essentiam, sed per aliquid additum suae essentiae; et expresse dicat in *Quodlibeto* II (q. 2, a. 1) ens non esse praedicatum essent tiale; et in I *Contra Gent.* (c. 26, n. 238 sqq.) dicat ens non cadere in conceptu substantiae, quod es- genus generalissimum » *{In « De ente et essentia » D. Th. Aq. Commentaria,* ed. M.-H. Laurent O. P.. Taurini 1934, c. 4, n. 56, p. 87). Quomodo solvi possit *difficidtas,* iuxta Caictanum, lege *ibid.* — Cfr. R. Hamui O. F. M., *La filosofia di Alfarabi* in *Riv. di filos, neoscql.,* XX, 1928, p. 69.

1) Vide S. Th. Aq., *In II Sent.,* dist. 18, q. 2, a. 2c (supra cit., p. XVI).

2) Cfr. R. Hamui, *art. cit.,* p. 73-74.

3) Cfr. S. Th. Aq., *In II Sent.,* dist. 18, q. 2, a. 2c (supra cit., p. XVI); *Contra Gent.,* II, 42, n. 1191.

4) Cfr. R. Hamui, *art. cit.,* p. 74-75.

deflectere videtur, cum effatum illud reiciat: « singulare sentitur, universale intelligitur » ac teneat singulare formaliter in intellectu existere, licet materialiter sumptum obiectum sit perceptionis sensibilis (intuitionis), universale e contra, licet qua tale ad intellectum pertineat, existere tamen in sensu sive intuitione, quatenus in singulari immanens est: *tmiversalitas nempe et concretio duo sunt,* iuxta Alpharabium, *characteres conceptusx).*

Aliquid porro hic dicendum occurrit de doctrina Alpharabii circa intellectum, cuius quidem doctrinae summa capita iam apud Al-Kindi (saec. IX), sed et radices apud Alexandrum Aphrodisium (II-III saec.) reperire licet2).

De hac re quid senserit Alpharabius colligendum est ex eius tractatu *De intellectu et intellecto,* cuius editionem criticam non ita pridem clarissimus E. Gilson summa diligentia parabat, simul et doctrinam in ipso contentam accurate expendens 3).

Praetermissis enim quibusdam significationibus huius vocis « intellectus », quae minus ad rem faciunt, Alpharabius intellectum quadrifariam dividit: « unus est intellectus in potencia, alius intellectus in effectu, alius intellectus adeptus, alius est intelligencia agens »4).

Intellectus *in potentia* « uel est ipsa anima, uel est pars anime, uel uirtus aliqua ex uiribus anime, uel aliquid cuius esscncia apta est abstrahere quiditates omnium que sunt, et formas eorum a suis materiis et ponere omnes illas formam sibi ipsi uel formas sibi ipsi »5).

Porro intellectus *in effectu* habetur, habitis iam in anima formis eorum quae sunt. Tunc enim « fit ipsa cssencia intellectus in effectu » 6). « Cum enim acquiruntur in ea intellecta que ipsa abstrahit a materiis, tunc illa fiunt intellecta in effectu que, priusquam abstraherentur a suis materiis, erant intellecta in potencia, sed cum abstrahuntur, fiunt intellecta in effectu et fiunt forme illi essencie. Ipsa enim cssencia non fit intellectus in effectu nisi propter ea que sunt intellecta in effectu, sed hoc quod ipsa sunt intellecta in effectu et quod ipsa est intellectus in effectu, unum et idem est. Sensus enim huius nostre diccionis qua dicimus quod ipsa est intelligens, non est aliud nisi quia intellecta fiunt forme illi ut ipsa sit ipsa eadem forma »7).

Sed, cum praeterea in universo dentur formae « non in materiis »8) et ideo immediate intelligibiles — unde et intellectus eas abstrahere opus non habet —, « fit esse earum, secundum quod sunt intellecte, intellectum secundum, et hoc esse earum tale est quale

x) Cfr. Id., *ibid.,* p. 79. — Modernorum recole theoriam de universali concreto!

2) Quoad Alexandrum, vide Et. Gilson, *Les sources gréco-arabes de l'augustinisme avicennisant* apud *Archives d'hist. doctr. et lilt, du moyen-âge,* IV, 1929, pp. 7-22; quoad Al-kindi, eundem Auctorem, *ibid.,* pp. 22-27.

3) Liber Alpharabii *de intellectu et intellecto,* ex arabico in latinum a Ioanne Hispanico conversus et saepius, una cum operibus Aphrodisii *De intellectu et intellecto* et Al-kindi *De intellectu,* mss. traditus, scriptoribus medii aevi sat notus erat. Legitur etiam in editione gothica operum Avicennae a. 1508.

Editionem criticam primum curavit Et. Gilson apud *Arch, d'hist, doctr. et litt. du moyen-âge,* tomo nota praec. cit., uti appendicem art. *Les sources,* etc., pp. 115-126. Idem Auctor, qui etiam eiusdem operis versionem gallicam lucubravit, *ibid.,* pp. 126-141, doctrinam in ipso contentam in corpore praedicti art. exposuit, *ibid.,* pp. 27-38.

4) Ed. Gilson, apud *Archives* ..., p. 117, ll. 81-82.

5) Ed. cit., p. 117, ll. 84-88.

6) Ed. cit., p. 118, ll. 115-116.

7) Ed. cit., p. 118, ll. 117-125.

8) Ed. cit., p. 120, l. 183.

erat antequam intelligerentur hac intellectura »1), inquantum scilicet esse quod habent in seipsis eiusdem ordinis videtur esse ac illud quod habent in intellectu eas apprehendente 2). Istarum vero complexus formarum, quae non habent in mente aliud esse ab eo quod habent in re, obiectum est intellectus *adepti*3). Sed neque illae formae possunt perfecte intelligi nisi postquam omnes formae quae abstrahi debent, aut saltem plures ex iis, intellectae fuerint: tunc enim solummodo fiunt formae pro intellectu nostro et, quatenus in ipso recipiuntur, vocantur intellectus *adeptus4).*

Igitur «intellectus adeptus est quasi subiectum illis et intellectus adeptus est quasi forma intellectui in effectu; intellectus uero in effectu est quasi materia et subiectum intellectui adepto et intellectus in effectu est quasi forma illi essencie, illa vero essencia est similis materie, et hinc incipiunt forme descendeer usque ad formam corporalem ylealem et hinc incipiunt eleuari quousque separentur a materiis paulatim cum modis separationis superantis se »5).

Formae intelligibiles ordine quodam perfectionis et immaterialitatis ita inter se connectuntur, ut ab infima, quae aliud non est ac ipse intellectus adeptus, gradatim ascendere possis ad summam, ad *Intelligentiam* scilicet *agentem.*

Haec autem Intelligentia agens, licet ultima sit sive infima in ordine intelligcntiarum separatarum, primum perfectiora intelligit dein minus perfecta; dum e contra intellectus in potentia primum imperfectiora apprehendit et solum postea perfectiora. Ideo vero Intelligentia agens formas, quas praehabet in seipsa, materiae conferre potest, quia perfecta est, neque sane potentiam suam exercere potest nisi illas ipsas conferendo. Quas autem formas materiae contulit, eas nimirum a materia abstrahere valet atque *intellectui in potentia* imprimere, ipsum intellectum faciens *in effectu:* et sic tum formas tum intellectum ipsum statui formarum separatarum approximat « quousque acquiratur intellectus »6), quousque scilicet producatur intellectus *adeptus.* « Et sic substantia anime hominis uel homo cum eo per quod substanciatur, fit propinquius ad intelligentiam agentem et hic est finis ultimus, et uita alia, scilicet quia ad ultimum acquiritur homini quiddem per quod substanciatur et acquiritur perfeccio eius ultima, quod est ut agat in alteram aliam accionem per quam substancietur, et hec est intendo de uita alia »7).

Quamvis autem Intelligentia agens semper sit in actu, materiam et subiectum, in quae agat, praeparata non semper invenit, imo quandoque aliquod extra illam adest impediens: quo fit ut « primum principium omnium eorum que sunt »8) dici non possit. Unde in eius substantia est aliquis defectus. « Id autem in cuius substanda est defectus, non habet in se sufficiendam ad hoc ut non sit suo esse aliud principium, et ut sit res cuius esse sit per seipsum ita ut esse eius non sit ab alio a se. Sequitur ergo necessario ut sit aha causa que adiuuet in dando sibi materiam in quam agat »9). Ceterum Intelligentia agens imperfectior est Intelligentia suprema, quae est motor primi coeli. Haec autem Intelligentia, utpote causa alicuius formae materialis, animae scilicet primi coeli, necnon

1) Ed. cit., p. 120, ll. 192-194.

2) Vide p. 135, n. 7.

3) Ed. cit., p. 120, l. 182.

4) Ed. cit., p. 121, ll. 202-206.

5) Ed. cit., p. 121, ll. 207-213.

6) Ed. cit., p. 123, ll. 305-306.

7) Ed. cit., p. 123, ll. 307-312.

8) Ed. cit., p. 124, ll. 345-346.

9) Ed. cit., p. 124, l. 350 - p. 125, l. 354.

alicuius formae immaterialis, Intelligentiae scilicet moventis sphaeram subsequentem, stellarum nempe fixarum, simplex non est. Multo minus igitur simplex est Intelligentia agens. Et ideo supra omnes Intelligentias agnoscendum est «principium omnium principiorum et principium primi eorum que sunt et hoc est intelligcncia quam ponit Aristoteles in littera in libro de metaphysica. Unumquodque autem illorum eciam intelligencia est, sed ille est intelligencia prima et primum quod est et uerum primum et unum primum, sed hec alia non fuerunt intelligencie nisi per illud, secundum ordinem »[1]).

In hoc fibro Alpharabii *de intellectu et intellecto* duo praesertim, iuxta E. Gilson[2]), notanda sunt.

Et primum, Alpharabius Deum accurate distinguit non solum ab Intelligentia *agente,* sed etiam a *suprema;* qua via posteriori saeculo procedet Avicenna, totus incumbens, ut compertum est, in radicalem distinctionem affirmandam inter Deum et primum motorem atque in impossibilitatem declarandam argumentis stricte physicis existentiam Dei demonstrandi. Quod praetereundum non est. Dubitari enim potest utrum Aristoteles intellectum agentem substantiam separatam posuerit necne; at, si substantiam posuit separatam, haec substantia certe Deus est. Pro Alpharabio e contra, Intelligentia agens infra Deum est, Deus autem, ipsam transcendens, actualitate perfecta, immutabiliter, in scipso gaudet.

Neque minus praeterea digna est quae consideretur Alpharabii doctrina de intellectu adepto, quo via nobis aperitur ad unionem cum Deo ineundam, inquantum scilicet per intellectum adeptum, intellectus in effectu, mystico quodam contactu, Intelligentiis separatis adhaeret et per ipsas Deum attingit. Quod sane aristotelicum non est, licet forsan aristotelicum ab Alpharabio putetur, sed potius emanatismum neoplatonicum sapit; quoquo tamen modo nobilissimis adspirationibus illius philosophi bene respondet, qui, utpote quadam praeditus mystica propensione, trans cognitionem mere intellectivam, e sensibus primitus acceptam, possibilitatem cuiusdam propheticae cognitionis affirmare intendebat.

Si duos scriptores arabes Hispaniae Ibn Tufail (f 1158) et Averroen (f 1198) audire velimus, Alpharabius ad praedictam unionem saltem in senectute se perventurum sperabat; an vero de facto pervenerit, valde dubium est.

Ceterum haec unio pro electis et inter electos summum bonum in vita futura erit: tali modo philosophia Alpharabii doctrinam islamicam de vita futura purificat ab humanis expressionibus coranicis.

Quae sit via tendendi ad beatitudinem philosophia moralis docet. Porro Alpharabii Commentaria in libros *Ethicorum* amplius non habemus. Nihilominus e scriptis quae exstant huius philosophi, colligere possumus illum, quoad summa philosophiae moralis capita, plene cum Aristotele consentire.

Sed maioris momenti videtur esse Alpharabii doctrina politica.

Homo, iuxta illum, subsistere non potest neque perfectionem consequi nisi per vitam socialem: ex ipsa enim naturae suae multiplici indigentia, inclinatur ad societatem cum aliis hominibus ineundam, quorum auxilio plenam evolutionem sive physicam sive intellectualem sive moralem assequi possit.

Societas autem humana alia est perfecta alia vero imperfecta.

[1]) Ed. cit., p. 126, ll. 392-397.
[2]) *Art. cit.,* pp. 37-38.

Perfecta porro triplex est: summa, media, infima. Summa est humanitas ipsa, quatenus politice coadunata; media vero est natio; infima tandem, civitas. Societas imperfecta est vicus et etiam domus.

Bonum perfectum illud est quod *civitas* — non autem societas imperfecta — per se primo obtinere potest: imo *civitas virtuosa,* in qua, sicut in corpore vivente, partes ad operationes vitae perfecte peragendas mutuo se iuvant. Et sicut in corpore vivente primum vivens est cor, ita et in civitate caput adesse debet sive princeps, qui membra seu cives dirigat atque gubernet. Princeps autem homo perfectus esse debet; quod si nullus invenitur adeo perfectus ut solus tali munere fungi possit, duobus vel tribus vel etiam pluribus officium civitatis gubernandae demandetur, qui una simul tantum sapientiae et virtutis attingant quantum sufficit ad bonum commune perfecte procurandum.

Civitati virtuosae opponuntur *indocta* (quae scii, in ignorantia versatur), *depravata,* atque illa *quae falsis opinionibus detinetur.* Prior illa est quae veram beatitudinem ignorans, illam quaerit in rebus particularibus (ut sunt voluptates atque divitiae), quae scii, bonae videntur et revera non sunt; altera autem est illa quae, licet veram beatitudinem non ignoret. eodem tamen modo se gerit ac civitas indocta; tertia denique illa est quae vero beatitudinis conceptui falsa permiscet.

Porro in hac doctrina politica summa attentione dignus videtur *afflatus mysticus* quo tota penetratur ac vivificatur: civitatis enim virtuosae finis est, iuxta Alpharabium, non tantum bonum temporale civium, sed et aeternum procurare et animas electorum perducere ad regnum spirituum, in quo, post mortem, eo excellentiorem locum atque maius gaudium consequentur quo altiorem in hac vita cognitionem speculativam obtinuerint [1]).

Neque praetereundum est in hac politica theoria, in qua platonica et aristotelica elementa permixta inveniuntur, civitatem perfectam atque summam praeprimis laudari, in qua scilicet tota humanitas politice coadunetur: quod platonicum denique est. Neque mirum videatur huiusmodi doctrinam, utpote a mente islamica, in theocratiam, prout historice constat, valde propensa, nullimode dissonam, a nobilissimo turearum philosopho saec. IX traditam esse, qui societatem populorum et nationum sub uno principe coadunatam aspiciebat atque futuram exoptabat.

Alpharabii influxus in Avicennam (980-1037) aliosque philosophos orientalis partis mundi islamici sat fortis fuit; aliquantulo minor, praeterquam quoad Logicam, in illos partis occidentalis. In theologia scholae ash'aritae plures Alpharabii doctrinae simul cum interpretationibus quibusdam rerum quae in Corano tanguntur de altera vita acriter oppugnatae fuerunt v. gr. ab Al-Ghazâli (f c. mi) in percelebri opere quod inscribitur *Destructio philosophorum.*

A scriptoribus latinis et hebraicis medii aevi Alpharabius saepe citatur; eius notabili opere *de enumeratione scientiarum* (ishâ al-culüm) sive de earum ordine et materia Dominicus Gundissalinus usus est pro suo opere conficiendo *de divisione Philosophiae.* Et aliud opus *de intellectu et intellectis* in latinum translatum viris studiosis satis notum fuit[2]), sicut supra dictum est.

[1]) Cfr. *Contra Gent.,* III, 41-45.
[2]) Vide C. A. Nallino in *Encicl. ital.,* XIV, 1932, pp. 797-798. — Quoad translationes operum Alpharabii in linguam latinam per Dominicum Gundissalinum adiuvante Avendauth vide H. Bédoret, *Les premières traductions tolédanes de Philosophie* in *Rev. néoscol. de Philosophie* 1938, pp. 80 sqq.

Haec omnia, licet pressius exposita, momentum systematis philosophici ab Alpharabio lucubrati, satis ostendunt. Hellenismus enim et islamismus in ipso non solum primum se iuxta positos invenerunt, sed et in praeclaram synthesin redactos, in qua unum et multa, esse et fieri, intellectum et intellectus, necessitas ct libertas, mundus physicus et mundus moralis pulchre inter se conveniunt: quod certe virum ingenio praestantem, inio insignem philosophum, Alpharabium fuisse demonstrat Q.

D. Petrus Caramello.

x) Quoad Alpharabium cfr., inter alia:

1 - G. Quadri, *La filosofia degli arabi nel suo fiore.* Vol. I: *Dalle origini fino ad Averroè,* Firenze 1939. Vol. II: *Il pensiero filosofico di. Averroè,* Firenze 1939. Lege vol. I, c. IV, ubi de Alpharabio. — Huius operis G. Quadri extat versio gallica: *La philosophie arabe dans VEurop- médiévale des origines à Averroès,* trad, de l'italien par R. Huret, Paris 1947.

2 - E. Gilson, *La philosophie au moyen-âge,* 3e éd., Paris 1947, PP· 347-350.

3 - R. Hamui O. F. M., *La filosofia di Alfarabi,* in *Riv. di fil. neoscol.,* XX, 1928, pp. 54-88,

4 - J. Karam, *«La Ciudad virtuoso » de Alfarabi,* in *Ciencia tomista,* 1939, pp. 95-105.

5 - A. Cortabarria O. P., *Las Obras y la Filosofia de Alfarabi en los escritos de San Alberto Magno,* in *Ciencia tomista,* 1950, pp. 362-387; 1951, pp. 81-104.

PRAELUDIUM DOCTRINALE

Iampridem, amico C. Pera aliqua scribenda promiseram *de legendo opere quod* « liber de Causis » *inscribitur, hodie;* sive: *de synthesi hellenico-christiana, ut veritate perenni et fundamento indefinitae liberae indaginis humanae, in legendo u. s. exemplificata et exercitata.*

Et quidem libenter promissa perfecissem nisi multiplicitate officiorum et minus firma valetudine impeditus fuissem quominus, capitulum, cuius supra posita verba titulum praestant, secundum propositum redigerem.

Sed tamen aliquo modo x) explicare titulum — eiusque duplicem formulationem — paucis hic verbis conabor tamquam praeludium doctrinale huius praeclari operis.

In quo, duo consideranda videntur: textus libri *de Causis* et Angelici Doctoris expositio. Unde, *cum utrobique Hellenismus speciali quodam modo lucem suam effundat et veluti radii solis utrinque replicentur,* considerandum est.

I — *Replicatio Hellenismi mediaevalis in libro de Causis:* reflectitur enim ibidem lux veritatis, sed non tam intime penetrat, unde diligentius « *conatus ad* » observatur.

II — *Replicatio Hellenismi in doctrina metaphysica Expositionis libri de Causis:* ibi enim lux illa vitalis veluti corporificatur et est veluti extensio libri *Λ* Metaphysicae Aristotelis.

III — *De « Philosophia Christiana ».*

I — *Replicatio Hellenismi mediaevalis in libro de Causis.*

« Liber de Causis » insigne est documentum « Hellenismi mediaevalis », mediatione culturae arabicae in culturam occidentalem (quae ipsa, ab origine, erat « hellenico-christiana ») revertentis. Et repraesentabat amorem ct desiderium « veritatis », naturaliter ct inseparabiliter cum « salutis » amore et desiderio coniunctum: veritas enim ipsa est salus et salus est plenitudo veritatis.

Quia « veritas »2) dicitur revelatio *τον* esse — ut Scholastici dicebant — naturalis per rationem, supernaturalis per revelationem; sacro charactere insignita, estque divino-humana; utroque modo, obiectum voluntatis naturalis et electivae; finis et gaudium, hu-

ξ) Modo ampliore, in multis scriptis praecedentibus hoc ipsum exponere et confirmare conatus sum; cfr. v. gr. *La Filosofia nel filosofare umano. - Storia dei Pensiero antico,* Torino, Marietti, 1949; *de Synthesi doctrinali Dionysii Areopagitae,* ad modum introductionis *in Librum b. D. A. de divinis Nominibus Expos.* S. Thomae Aquinatis, Taurini, Marietti, 1950, pp. XXV-XXXV.

-') Verum = *ἀληθε [a priv. ληθ, λαΒ, λανθάνω,* cfr. *lat.* latco] = *non absconditum,*

mana virtus et felicitas; theoria quae, praecise ut est theoria, amanda est[1]); praxis praecise ut theoria est facienda; et lux est orientativa totius praxeos humanae, psychophysicae, ut dicitur, personalis et politicae.

Hellenismus est emergentia et thematizatio (ut ita dicam) rationis humanae ut revelantis, in suis ipsis limitibus, immensitatem ipsius esse et eius indefinitae, inexhauribilis veritatis, in *κόσμῳ* praesentis et informantis, ultra *κόσμον* in ulterioritate indefinita resplendentis et quasi vertiginose adtrahentis (dulcem quamdam angustiam vel potius augustam et horrificam dulcedinem generantis). Simul, vero, certe (demonstrative) manifestat veritatem supremam (et unitatem inclusivam totius esse) et innuit existentem ut personam [2]).

Hellenismus est humanismus ontologicus thematizatus: *λόγο* cosmicus et ultracosmicus, in *λόγῳ* humano, per virtutem (demonstrabilem) *λόγου* divini, naturaliter revelatus.

Christianismus (non deformatus, ut saepe et hodie quidem saepius miserabiliter accidit [3]), in horridum quemdam et dishumanum fanatismum fidcisticum) est revelatio supernaturalis ope eiusdem *Λόγου* divini, veritatum aliquarum inaccessibilium (per evidentiam intrinsecam) et aliquarum etiam accessibilium humanae indagini: cum gratia, quae ad assensum movet et consensum.

Sed uterque aperit non claudit horizontem indaginis: et quidem liberae indaginis personalis, virtute rationis individualis uniuscuiusque personae humanae, ontologicae (uniuscuiusque, et ontologicae uniuscuiusque suo modo personali; aperit, inquam, horizontem indaginis, in tempore citra mortem et (modo diverso, sed tamen analogo) in aeternitate vel potius in aevo, ultra mortem.

Vita terrestris, naturalis et supernaturalis, iam est caelestis (tota caelestis, suo modo, prout est positiva) et ope sapientiae et virtutis cognoscitur et amatur ut talis et consequenter, novo modo et plenius, efficitur caelestis in sua ipsa terrestritate; vita caelestis, naturalis et supernaturalis, conservat elevando vitam terrestrem, eius confirmando et consolidando positivam terrestritatem.

Ut alibi dixi, Athenaeum iam est, suo modo, Paradisus [5]) (non mera praeparatio ad Paradisum); — Paradisus est integraliter perfectum, suo modo, Athenaeum [6]).

1) Ab unoquoque spiritu et consequenter ab unoquoque homine, ne uno quidem excepto — qui ad usum rationis pervenerit: certe, modo et gradu diverso, secundum modum et gradum *culturae* quae valorem habet intrinsecum et ab omni homine participatur et a studiosis — ab unoquoque in sua specialitate — modo speciali, et a philosophis et a theologis modo universali (qui, aliquo modo, iterum est specialis). Et unicuique suum studium ipsum est salus et consequenter dirigit voluntatem ad salutem humanam integralem.

2) Cfr. ex. gr. Prop. IX (90-91); Expos. 233-235.

3) Haud enim desunt qui ut « Deum Christianum » extollant, Dei notionem quam tradunt Philosophi omnino horrescunt ac si nil veritatis contineat. Angelicus Doctor e contra reverenter Platonis, Aristotelis, Plotini, Procli, Dei notiones colligit, pretiosam veritatem detegit, in synthesim collocat Christianae Philosophiae et ad synthesim Catholicae Theologiae mittit.

4) Utor termino « ontologico » prout a nonnullis modernis philosophis et praecipue ab Heidegger, distinguitur ab « ontico », ad designandam talem naturam quae essentialiter est revelativa *τον* esse in eiusdem naturae *λόγῳ: anima quae intelligendo fit omnia.*

Homo quidem, secundum Heidegger, talem habet naturam ct ab eodem philosopho designatur ut *Dasein,* hoc sensu; non mera realitas « ontica » (Seiend).

5) Cfr. *infra,* nn. 1-5; inde, vero, notatio de Philosophorum intentione (n. 7) et de programmate altioris culturae (n. 8). Quae interponitur observatio (n. 6), patet.

6) Cfr.: *Il contributo della Grecia alia metafisica classica,* meam relationem, scilicet, in « Congresso Filosofico promosso dalla Società italiana per gli Studi Filosofici e Religiosi », 25-27 ottobre 1953; in « *Rivista di Filosofia Neoscolastica*» a. XLV, 1953, fasc. 6, nov.-dic. pp. 495-519, speciali modo, p. 518.

II — *Replicatio Hellenismi in Doctrina metaphysica Expositionis libri de Causis.*

In tarda antiquitate, pretiosa illa « Ontologia » hellenica antiqua, in Platone et Aristotele culminanti, exemplarique modo (determinato et inexhauribili) systematizata — differentiis non obstantibus, immo conferentibus ad unionem et profundiorem harmoniam — quamvis substantialiter servetur, veluti patrimonium doctrinale, tamen aliquo modo detrimentum patitur ab excessivo « cosmismo » et consequenter ab excessivo « mysticismo ».

Ambo quidem pretiosa noscuntur in quantum opportune nova suppeditabant contributa et aspectus manifestabant; Arabismus, vero, ope invadentis « Astrologismi », introducebat cosmismum quemdam mysticum vel mysticismum cosmicum.

Et haec, rursus, pretiosa suo modo elementa, sed periculose quae obscurant « Ontologiam » noscuntur et consequenter Humanismum (bene et semper, in tempore et in aeternitate, « cosmicum », sed inseparabiliter « ultracosmicum » et « theologicum »).

Revelatio Christiana movebat ad restaurandam « Ontologiam » hellenicam, salutem ipsam et viam ad ulteriorem salutem, secundum distinctionem quae iterum est unio et profundissima harmonia.

Hoc fecit, viam sternens ad melius faciendum, Thomas Aquinas. Et hoc, modo typico, etiam in commentario ad librum *de Causis,* confutando creationem per causas cosmicas intermedias [1]).

Servat tamen et explicat [2]) possibilitatem hierarchiae cosmicae et suae collaborationis indefinitae et indefinite variae ad perficiendum opus creationis [3]) (in mente Thomae, certe, indefinitate ista inexhauribili, solum aliquo modo latente).

In ista hierarchia cosmica temporaliter et aeternaliter remanet, ab ipsa tamen emergendo, homo in sua indagine theoretica et in sua practica decisione, in libera veritate cosmice in Deum, virtute Dei naturaliter et supernaturaliter praesentis, possessive tendente, Deum tendentialiter (intentionaliter) possidente.

r) Cfr. *infra* nn. 79-84.

2) Cfr. *infra* nn. 85, 342-348.

3) Cfr. *infra* n. 224. Cfr. *Eutyphro* passim ex capp. XV-XVI; cura (Θεραπεία) ut ministra (?ἵπ//ρετικί) — cap. XV; 13 d) deorum, de « collaboratione » intelligenda est ad « mirificum opus » *{ηάγκαλον εργον* — cap. XVI; 13 e) perficiendum (cfr., si libet, C. Mazzantini - Platone, *Eutifrone,* Milano 1940, p. 54, n. 59; item: *Eutifrone,* Torino 1945, p. 83, n. 37).

Quae ex S. Paulo (I *Cor.* III, 9) et Dionysio A. *(Coelest. Hier.,* cap. Ill, § 2 - MG. Ill, 165 B) Angelicus Doctor in *Libro de Veritate Catholicae Fidei contra errores Infidelium* seu *Summa contra Gentiles,* lib. Ill, cap. 21 (2023) colligit, nota sunt. Ubique confirmatur quod supra dixi: «uterque aperit, non claudit horizontem indaginis ».

De Θεραπεί ι ut *cultu* designata, cfr. August., *de Civit. Dei,* lib. X, cap. 1, n. 2 (ML. 41, 278); *In Boet., de Trinit.* lect. 1, q. 1 (3a) a. 2 c *(Opusc. Theol.* II pp. 344-345); *Contra Gent.,* lib. Ill, cap. 19 (2913); II-II, q. 81, a. 1 ad 4: hoc sensu, θεραπεία est *θεοσέβεια* et ut talis ab Augustino et Thoma examinatur in suo valore proprio (cultuali) ex quo spiritualis collaborationis liberrimae sensus exurgit.

III — *De « Philosophia Christiana ».*

Contra Brehier 1) et contra Heidegger 2), dicendum est existere « Philosophiam Christianam »:

si, « Philosophiae » nomine, designatur Humanismus ontologicus *(sive* Ontologia humana, humaniter, secundum rationem humanam revelans veritatem; *sive* existentia hominis, ut ita dicam, veritativa; *sive* veritas in homine, naturaliter et intentionaliter existons);

si, « Christianismi » nomine designatur plenitudo supernaturalis (naturam servans et elevans) humanitatis et, consequenter, sapientiae et virtutis, Philosophiae et Moralitatis.

Sed si Philosophia tollit veritatem, tollit seipsam; si Christianismus tollit hominem, tollit scipsum.

Et uterque, cum dignitate et libertate tollit felicitatem humanam. Et hoc modo (libera nos Domine!) vincerent quidem — aliquo modo et tempore — fanatici, sed non vinceret Philosophia, non vinceret Christus, non vinceret *Λόγο* , naturaliter et supernaturalitcr illuminans, liberans, dirigens, beatificans rationem humanam, hominem rationalem.

Qui tamen vincit, nam Veritas est fortior 3).

Carolus Mazzantini

Prof. ord. *Historiae Philosophiae* in Universitate lanuensi;
Prof. add. *Historiae Philosophiae Mediaevalis* in Universitate Taurinensi.

1) Cfr. ex. gr. *Histoire de la Philosophie,* t. I, 2, p. 495 (Paris, Presse Universitaire de France 1948, in recentiore impressione, cum prima impressio facta sit a. 1932). Sed antea (1931) in relatione apud « Société Française de Philosophie » magis explicite hoc affirmaverat.

2) Cfr. ex. gr.: *Einführung in die Metaphysik,* Tiibingen, Niemeyer 1953, p. 6.

3) *Quodlib.* XII, q. 14, a. 1.

CONSTRUCTIO LIBRI DE CAUSIS EX ELEMENTATIONE THEOLOGICA PROCLI

Ut autem constructio libri de Causis diligentius percipiatur eiusque connexionem cum « Elementatione Theologica » Procli pressius ostensam habeamus, duo quaerenda manent:

A) *Quaenam sit Delineatio schematica « Elementationis Theologicae » Procli Diadochi;*

B) *Quomodo propositiones « Elementationis Theologicae » in libro de Causis compingantur.*

A) Delineatio schematica " Elementationis Theologicae „ Procli Diadochi.

1. — Quia liber *de Causis,* excerptus ex *Elementatione Theologica* Procli Diadochi (9), ab Angelico Doctore critice exponitur per quadraginta et novem propositiones ex ipsa *Elementatione* depromptas, iuxta versionem Guillelmi de Moerbeka, has propositiones subnectere optimum visum fuit ad pleniorem intelligentiam doctrinae.

Et quia versio Moerbekiana praesto non fuit, ideo graeci textus a Dodds critice publici iurisfacti versionem appono, quindecim propositionibus adiunctis, quae tali signo * notantur.

Propositiones istae in integrum ponuntur quia saepe saepius Angelicus Doctor, doctrinam Procli in expositione quae sequitur datam refert, unde facilius et perspicacius idearum nexus percipitur, integris documentis allatis: facilis enim suppositio est, verbis suis Angelicum Doctorcm indicare propositionem, quam unusquisque in integrum legere poterat in versione Moerbekiana. Ex istis quadraginta et novem propositionibus in expositione libri *de Causis* citatis, una et altera bis referuntur (XV, 190, 302; CXVI, 66, 464), inde prima vice ponuntur, postea vero lectorem simpliciter monemus. Ut autem uniuscuiusque propositionis locus in *Elementatione Theologica* diligentius perspiciatur, huius schematicam delineationem subnectere placet.

2. — *Titulus στοι.χείωσι. θεολογική* operis characterem signat et doctrinam notat; ex opposito, alium characterem et diversam doctrinam *Οεολογικαl στοιχειώσει* Hierothei *(de div. Norn.,* edit. Marietti, Taurini 1950 n. 60, 190; 87, 246) praebent.

3. — *Ad significationem terminorum* quod spectat, Angelicus Doctor « de *Theologicis Stoichiosibus,* idest *divinis obscuris commentis* » (190) exponit. Quae expositio a translatione Ioan. Scoti derivatur: « secundum theologica sua *obscura commenta* »; « in collectis ab eo theologicis *obscuris commentis* » (S. Dionysii A. ... *Opera* — quae quidem extent — *omnia,* quintuplici translatione versa et Commentariis D. Dionysii a Rikel *carthusiani* nunc iterum diligentissime editis elucidata... Coloniae ex officina Haeredum loannis Quentel anno Christi nato 1556 ... pag. 412); significatio ista et in paraphrasi abbatis Vercellensis legitur *(ibid.,* pag. 437).

Alibi vero *(de div. Nom.,* edit, cit., n. 87), Ioan. Scotus « theologica ... elementa » vertit *(op. cit.,* pag. 439) et est diligentior translatio, quae ideo recolenda fuit, quia statim ac de Procli « *Elementatione Theologica* » sermo apud auctores occurrit, de « *Theologicis Elementis* » Hierothei a Dionysio compositis ad normam Procli suspicio oritur, quae inde critice in

thesim vertitur. Utrobique autem de « *Elementatione Theologica* » seu Alphabetario vel Syllabario theologico agitur; quoad usum vero termini, considerandum est Epicurum (Diog. Laert., X, 44), Eudromum (z7>z'iZ.,VII, 39) et Poseidonium in patrimonium humanae culturae illum invexisse constat (Dodds, *op. cit.,* pag. 187).

4. — *Ad doctrinam « theologicam »* quod attinet, Elementatio procliana *theologiam quae est pars philosophiae* tractat prout omnes, qui Aristotelis « *philosophias theoreticas* » in « mathematicam, physicam, theologicam » partitas norunt, haud ignorant. Elementatio autem theologica a magistro Dionysii ad usum familiarem seu scholae monasticae concinnata, *doctrinae revelatae in Scriptura Sacra* « exposuit quasdam determinationes *conspicaces* idest ex magna difficultate et intelligentia acceptas *et comprehendentes multa in uno* universali » *(de div. Norn.,* edit. cit. n. 250), unde Dionysius in huiusmodi doctrina tradenda suam navavit operam.

Quae inde sequuntur, pro modulo meo proposui a peritioribus pensanda, si libeat *(ibid.,* pag. 60-61; 80-81). Nunc vero breviter recolenda censui quia, in expositione *critica* huius libri *de Causis,* Angelicus Doctor doctrinam manifestat ex *Elementatione Theologica* Procli, sententias vero Theologia Dionysii rimatur quae a Hierotheo originem ducit.

5. — *Delineationem schematicam* « Elementationis Theologicae » proclianac, ex diligentiori analyst D. Dodds, referre placet *(op. cit.,* pp. 187-294) clarissimo Prof. C. Mazzantini « singula verba vulgariter proferente et » me « singula in latinum vertente ».

— I —

A) De Uno et de Multis (prop. 1-6).

B) De Causis (prop. 7-13):

1. Causa est superior effectu (7).
2. Unitas et Transcendentia Boni sive Causae finalis (8): est distincta a bonitate et dependentium et per se sufficientium principiorum (9-10).
3. *Unitas et Transcendentia Causae Efficientis* (11):
   — Excipio prop. †1 in I prop, *de Causis.*
4. *Identitas Boni et Causae Efficientis* (12):
   — S. Th. cit. prop. 12 in IX prop. *de Causis* (210).
5. Identitas Boni et Unius (13).

C) De Gradibus Realitatis (prop. 14-24).

α) *Verticalis stratificatio realitatis:*

1. Datur Ens immobile et per se mobile (14).
2. *Ens per se mobile* habet conscientiam reflexam (17) et per consequens *est incorporeum* (15) *atque independens a corpore* (16):
   — S. Th. cit. prop. 15 in prop. VII (190) et XV (302) *de Causis.*
   — cit. prop. 16 in prop. XV (303).
3. *Nihil est in effectu quod non sit primo in Causa* (18):
   — S. Th. cit. prop. 18 in prop. Ill (80) *de Causis.*

Ergo Anima ut principium per se motus in corporibus, ipsa primo est per se mobilis (20).

4. Primitivus character uniuscuiusque gradus est permanens et universalis (19). Hinc Intellectus non pertinet primo Animae (20).
5. Dantur quatuor Gradus: Corpus, Anima, Intellectus et Unum (20).

b) Generalis structura realitatis in unoquoque Gradu:

1. Ut Unum et Multa (21-2).
2. Ut Trias: Imparticipabilis, Participabilis, Participantis (23-4).

D) De Processu et Reditu (prop. 25-39).

α) *Processus.*

1. Lex Emanationis (25).
2. Lex imminutae Donationis (26, 27).
3. Lex Continuitatis (28, 29).
4. Lex Immanentiae (30).

è) *Reditus.*

1. Reditus repetit motum Processus (31-4, 38).
2. Trias Immanentiae, Processus, Reditus (35).
3. Reditus est reintegratio nobilitatis amissae in Processu (36, 37).
4. Tres gradus Reditus (39).

E) De per se Subsistente (prop. 40-51).

1. Per se subsistens existit (40).
2. *Identicum est cum τω εν ἑαυτω* (41):
   — Excipio prop. 41 in prop. XV *de Causis.*
3. *Est quod est capax conscientiae reflexae* (42, 43):
   — Excipio prop. 42 in prop. XV *de Causis.*
   — S. Th. cit. prop. 43 in prop. XV(304).
4. *Est aeternum:*
   j *primum argumentum* (45, 46)
   jj *secundum argumentum* (47-9):
   — S. Th. cit. prop. 45, in prop. XXV (405) *de Causis;*
   — cit. prop. 46 in prop. XXVI (412);
   — cit. prop. 47 in prop. XXVIII (422);
   — cit. prop. 48 in prop. XXVII (417).
5. *Est sine tempore in existentia sua, non necessario in sua activitate* (50, 51):
   — S. Th. cit. prop. 51 in prop. XXIX (435) *de Causis.*

In hac sectione, prop. 44 non est logice suo loco; videtur tamen introducta connexionis causa quam tota sectio sustinet *cum argumento de immortalitate animae, cui prop.* 44 *unum gradum praebet.*

— S. Th. cit. prop. 44 in prop. XV (305) *de Causis.*

F) De Tempore et de Aeternitate.

1. Natura existentiae aeternae et aeternae activitatis (52).
2. Aeternitas et Tempus ut hypostases transcendentes (53).
3. Aeternitas et Tempus ut « mensurae » (54).
4. *Interminabilis duratio in Tempore distincta ab aeterna existentia* (55):
   — S. Th. cit. prop. 55 in prop. XXX (443) *de Causis.*

G) De Gradibus Causalitatis (prop. 56-65).

1. *Prima membra seriei causalis maximam habent efficaciam* (56-7):
   — S. Th. cit. prop. 56 in prop. I (15) *de Causis;*
   — cit. prop. 57 in prop. I (15).
   * Hinc initium sumit liber *de Causis.*
2. Relatio multiplicitatis ad causalem efficaciam (58-62).
3. Distinctio principiorum participabilium ut sunt permanenter aut contingenter participabilia (63).
4. Distinctio substantiarum ut sunt per se completae aut incompletae (64).
5. Distinctio trium modorum existentiae (65).

H) De Totis et Partibus (prop. 66-74).

1. Quatuor typi relationis (66).
2. Tres species totius (67-9).
3. *Relatio universalium et specialium characterum* (70-2):
   — Excipio prop. 70 in prop. I *de Causis.*
4. Relatio totalitatis ad esse et formam (73-4).

I) De Relatione Causarum ad suos effectus et de Potentia (prop. 75-86).

1. Causae transcendunt suos effectus (75).
2. Variabilitas in effectu correlata est ad mobilitatem in causa (76).
3. Relatio « potentialis » ad « actuale » (77).
4. Duo sensus « Potentiae » (78, 79).
5. *Applicatio relationis corporum ad incorporea* (80-3):
   — S. Th. cit. prop. 83 in prop. XV (306) *de Causis.*
6. *Doctrina de infinitis « Potentiis »* (84-6).
   — Excipio prop. 84 in prop. IV *de Causis.*
   — S. Th. cit. prop. 86 in prop. IV (108).

J) De Esse, de Limite et de Infinitate (87-96).

1. *Relatio Entis et Aeternitatis* (87-8):
   — Excipio prop. 87 in prop. II *de Causis;*
   — S. Th. cit. prop. 88 in prop. II (51).

2. *Limes et Infinitas ut sunt constituentia Ens et ut Principia substantiva* (89-93):
   — S. Th. cit. prop. 89 in prop. IV (107) *de Causis;*
   — cit. prop. 92 in prop. XVI (317);
   — cit. prop. 93 in prop. XVI (322).
3. *Relatio* (a) *perpetuitatis (b) unitatis* (c) *corporeitatis, ad infinitatem* (94-6):
   — S. Th. cit. prop. 95 in prop. XVII (330) *de Causis.*

K) Theoremata supplementaria ad Causalitatem etc. (prop. 97-102).

1. *Relatio terminorum primorum vel « imparticipabilium » ad seriem quam ipsi generant* (97, 99-100):
   — Excipio prop. †00 in prop. IV *de Causis.*
2. Verae Causae sunt « ubique » et « nullibi » (98).
3. *Trias Entis, Vitae et Intellectus* (101-3):
   — Excipio prop, †oi in prop. IV *de Causis.*
   — S. Th. cit. prop. 102 in prop. XVIII (337);
   — cit. prop. 103 in prop. XII (274).
4. *Datur terminus intermedius inter aeternum et temporale* (104, 106-7):
   — S. Th. cit. prop. 106 in prop. XXXI (453) *de Causis.*
   — cit. prop. 107 in prop. XXXII (459).
5. Perpetuum distinguitur ab immortali (105).
6. *Principia regulantia relationem inter superiores et inferiores ordines existentiae* (108-112):
   — S. Th. cit. prop, m in prop. XIX (350) *de Causis.*

— II —

L) De divinis « Unitatibus » seu « Diis ».

1. *Characteres generales Unitatum* (prop. 113-27):
   — S. Th. cit. prop. 115 in prop. XXII (376) *de Causis;*
   — cit. prop. 116 in prop. Ill (66);
   — cit. prop. 116 in prop. XXXII (464).
   — Excipio prop. †20 in prop. XX;
   — excipio prop. †21 in prop. XX.
   — S. Th. cit. prop. 122 in prop. XX (361);
   — cit. prop. 123 in prop. VI (162).
   — cit. prop. 127 in prop. XXI (369).
2. *Relatio « Unitatum » ad Universum Entis* (prop. 128-50):
   — S. Th. cit. prop. 129 in prop. Ill (70) *de Causis;*
   — cit. prop. 134 in prop. XXIII (384);

— cit. prop. 138 in prop. IV (97);
— cit. prop. 142 in prop. XXIV (396).

3. Characteres specifici serierum particularium « Unitatum » (prop. 151-9).
4. Classificatio « Unitatum » iuxta Principia quae possunt illa participare (prop. 160-5).

M) De Mentibus seu Intelligentiis (prop. 166-83).

1. Classificatio Intelligentiarum iuxta Principia quae illas participant (166).
2. *Characteres generales quos prae se ferunt νοϋ et νοερά είδη* (167-80):
   — S. Th. cit. prop. 167 in prop. XIII (285) *de Causis;*
   — cit. prop. 169 in prop. II (57);
   — cit. prop. 171 in prop. VII (183);
   — cit. prop. 172 in prop. XI (259);
   — cit. prop. 173 in prop. VIII (203);
   — cit. prop. 174 in prop. XI (259).
   — Excipio prop. *175 in prop. V.
   — S. Th. cit. prop. 177 in prop. X (238).
3. *Classificatio Intelligentiarumparticipabilium ut sunt θεῖοι et νοεροί, cum transitu ad animas* (181-3):
   — Excipio prop. *181 in prop. V *de Causis.*
   — S. Th. cit. prop. 182 in prop. V (132);
   — cit. prop. 183 in prop. V (132).

N) De Animabus (prop. 184-211).

1. *Classificatio Animarum* (184, 185):
   — Excipio prop. *184 in prop. V *de Causis;*
   — excipio prop. *185 in prop. V.
2. *Characteres generales Animarum qua talium: earum Esse, Vita, Cognitio et participatio per vehicula* (186-97):
   — S. Th. cit. prop. 186 in prop. XV (307) *de Causis;*
   — cit. prop. 191 in prop. II (59).
   — Excipio prop. *193 in prop. XIV;
   — excipio prop. *194 in prop. XIV.
   — S. Th. cit. prop. 195 in prop· XIV (295).
3. Periodicitas Animarum (198-200).
4. *Characteres et mutuae relationes inter classes Animarum* (201-4):
   — S. Th. cit. prop. 201 in prop. Ill (64) *de Causis.*
5. Descensus particularium Animarum et Doctrina de vehiculis (205-11).

B) De modo quo Propositiones " Elementationis Theologicae „ in libro de Causis compinguntur.

Possibile est, ut quidam autumant, auctorem huius libri *de Causis,* praecedenti sylloge ex *Elementatione Theologica* compacta usum fùisse, et ex illa suas propositiones confecisse et explanasse, novum characterem doctrinae proclianae imprimendo, ut manifestum videtur.

Iuxta S. Thomam (9) excerptus fuit liber *de Causis* « ex praedicto libro Proculi » nec ex eius verbis quidquam colligi datum est ex quo quaestionem de origine mediata vel immediata solvi possit. Aliud consideratione dignum, huiusmodi est quod breviter tangimus.

Quae Proclus Diadochus, « quasi per modum sigillatim » considerantis veritates de primis rerum causis (8-9), in summam redegit, aptissima visa sunt ad synthesim aliquam constituendam novo valore ditatam, ut patet librum *de Causis* inspicienti.

Ut autem facilius constructio huius libri percipiatur, post schematicam delineationem *Elementationis Theologicae,* aliqua de ordine propositionum in hoc libro subnectere placet, cum « omnia quae in hoc libro continentur, *multo plenius et diffusius* » contineantur in *Elementatione Theologica* (9).

I. *Propositionem praemittit quasi quoddam principium totius operis* (1-18):
Ad intelligentiam eorum quae sequuntur, pono prop. *XI de prima Causa;
— i = LVI (15, 24);
— 2-5 = LVII (15, 29);
— 6-11 – *LXX

II. *Superiora Entia in triplici gradu esse docet: ante aeternitatem, cum aeternitate, post aeternitatem* (19-26):
— 19 = LXXXVIII (51);
— 24 = *LXXXVII
CLXIX (57);
— 26 = CXCI (59).

III. *Quomodo Anima participat quod est Primi et quod est Secundi, ostenditur* (27-36):
— 27 = CCI (64);
CXVI (66, 464);
CXXIX (70);
XVIII (80).

IV. *Distinctionem secundi gradus scilicet Intelligentiae ostendit* (37-48):
— 37 = CXXXVIII (97);
*CI
*C
— 42 = LXXXIX (107);
*LXXXIV
LXXXVI (108).

V. *Agit de distinctione Animarum secundum differentiam Intelligentiarum* (49-56):

*CLXXXI
— 49 = CLXXXII (132);
CLXXXIII (132);
*CLXXV
*CLXXXIV
*CLXXXV

VI. *DeCausa Prima* (57-63):

— 57 = CXXIII (162).

VII. *De Intelligentia quantum ad sui substantiam* (64-71):

— 64-67 = CLXXI (183);
— 68 = XV (190; 302).

VIII. *Declarat modum quo cognoscit Intelligentia et superiora et inferiora* (72-78):

— 72 = CLXXIII (203).

IX. *Ostendit quid sit supra Intelligentiam* (79-91):

— 79 – XII (210).

X. *Ostendit communiter qualiter cognoscat alia a- se* (92-99):

— 92-93 = CLXXVII (238).

XI. *De Cognitione qua Intelligentia cognoscit res aeternas* (100-102):

— 100-101 = CLXXII (259);
CLXXIV (259).

XII. *Qualiter Intelligentiae quae sunt res sempiternae mutuo se intelligant* (103-108):

— 103-104 = CIII (274).

XIII. *Quomodo Intelligentia intelligat seipsam* (109-114):

— 109 = CLXVII (285).

XIV. *De Anima secundum habitudinem quam habet ad alia determinant* (115-123):

— 115 = CXCV (295);
*CXCIII
*CXCIV

XV. *Ostendit qualiter Anima se habeat ad seipsam* (124-128):

XV (302; cfr. 190);
XVI (303);
XLIII (304);
XLIV (305);
*XLI
*XLII
— 124 = LXXXIII (306);
CLXXXVI (307).

XVI. *Ostendit quod omnes virtutes infinitae dependent a prima infinita Virtute* (129-137):

— 129 = XCII (317);
— 131 = XCIII (322).

XVII. *Ostendit quomodo magis vel minus Ei assimilantur* (138-142):

— 138 = XCV (330).

XVIII. *Ostendit universalem dependentiam rerum a Primo* (143-148):

— 143 = CII (337).

XIX. *Ostendit diversum gradum appropinquationis ad Primum* (149-154):

— 149 = CXI (350).

XX. *Ostendit modum universalis regiminis Causae primae ad regendum* (155-161):

CXX
CXXI
— 155-156 = CXXII (361).

XXI. *Ostendit sufficientiam Dei ad regendum secundum Dei abundantiam* (162-165):

— 162 = CXXVII (369).

XXII. *Ostendit sufficientiam Dei ad regendum secundum Dei excellentiam* (166-171):

— 166 = CXV (376).

XXIII. *De regimine Secundae Causae scilicet Intelligentiae* (172-175):

— 172 = CXXXIV (384).

XXIV. *Quomodo divinum regimen diversimode participetur a diversis manifestat in generali* (176-180):

— 176-178 = CXLII (396).

XXV. *Ostendit substantias quasdam esse ingenerabiles* (181-186):

— 182-183 = XLV (405).

XXVI. *De Incorruptibili* (187-190):

— 187 = XLVI (412).

XXVII. *De conditione corruptibilis* (191-193):

— 191 = XLVIII (417).

XXVIII. *De diversitate substantiarum secundum simplicitatem et compositionem* (194-198):

— 194 = XLVII (422).

XXIX. *Ponitur propositio conversa primis* (199-202):

— 200 = LI (435).

XXX. *Ponit ordinem temporalium ad invicem* (203-209):

— 203 = LV (443).

XXXI. *Manifestatur ordo aeternorum ad invicem* (210-213):

— 210 = CVI (453).

XXXII. *De conditione substantiae quae est media inter aeternitatem et tempus* (214-219):

— 214 = CVII (459).

— 217 = CXVI (464; cfr. 66).

Si alicui schematismum libri *de Causis* cum delineatione *Elementationis Theologicae* comparare placeat, statim «principium totius operis» (10) derivatum a sectione G «*de Gradibus Causalitatis* », 1: «*prima membra seriei causalis maximam habent efficaciam* », perspicit, unde valde diligenter nexum geneticum in expositione notatur inter prop. I *de Causis* et prop. LVI-LVII E. Th.

Quae ad doctrinam pertinent prop. II *de Causis* excerpta ex sectione J « *de Esse, de Limite, et de Infinitate*», i: «*relatio Entis et Aeternitatis* », videntur. Inde ex sectione M « *de Intelligentiis* », 2: « *characteres generales* » necnon ex sectione N « *de Animabus* », 2: « *characteres generales* » doctrina formatur.

Ut cuique manifestum est textum et expositionem I et II prop, legenti, non omnia quae ad libri *de Causis* compositionem pertinentia in E. Th. inveniuntur, ab Angelico Doctore notantur, sed praecipue quae ad intelligentiam doctrinae necessaria videntur, diligenter excipiuntur.

Cetera comparative prosequi et determinare in redactione libri *de Causis* inserta vel in eiusdem libri expositione notata supra vires manifestum. Peritiores tale studium ad huiusmodi notionum progressus cognitionem valde conferens assumere haud contemnent, immo libenter prosequentur. Nobis, iuxta virium mensuram, quoddam subiungere liceat ad modum schematismi ex quo facilius perspicere datum sit elementa colligere quae tum ex libri *de Causis* expositione tum ex *Elementatione Theologica* occurrunt deprompta.

Elementatio Theologica.	*Liber de Causis.*
G) *De Gradibus Causalitatis.* i. prima membra seriei causalis maximam habent efficaciam: 56-57.	I Propositio - quoddam principium totius operis: in expos, cit. propositiones 56-57.
J) *De Esse, de Limite et de Infinitate.* 1. Relatio entis et aeternitatis: 87-88.	II Propositio - distinguuntur Entium gradus: ante aeternitatem, cum aeternitate, post aeternitatem: in expos, cit. prop. 88.
M.) *De Mentibus seu Intelligentiis.* 2. Characteres generales quos prae se ferunt νου et νοερά εἴδη: 167-180.	— : in expos, cit. prop. 169.
N) *De Animabus.* 2. Characteres generales animarum qua talium: 186-197.	— : in expos, cit. prop. 191.
4. Characteres et mutuae relationes inter classes animarum: 201-204.	III Propositio - anima participat quod est Primi et quod est secundi: in expos, cit. prop. 201.
L) *De divinis « Unitatibus » seu de « diis ».* 1. Characteres generales Unitatum: 113-127.	— : in expos, cit. prop. 116.
2. Relatio « Unitatum » ad Universum Entis: 128-150.	— : in expos, cit. prop. 129.
C) *De Gradibus Realitatis.* *a)* Verticalis stratificatio realitatis: 3. Nihil est in effectu quod non sit primo in causa: 18.	— : in expos, cit. prop. 18.
L) *De divinis « Unitatibus » seu de « diis ».* 2. Relatio « Unitatum » ad Universum Entis: 128-150.	IV Propositio - Distinctio secundi gradus: — : in expos, cit. prop. 138.
J) *De Esse, de Limite et de Infinitate.* 2. Limes et Infinitas ut sunt constituentia Ens et ut principia substantiva: 89-93.	— : in expos, cit. prop. 89.
I) *De Relatione Causarum ad suos effectus et de Potentia.* 6. Doctrina de infinitis « Potentiis » 84-86.	— : in expos, cit. prop. 86.
M) *De Mentibus seu Intelligentiis.* 3. Classificatio Intelligentiarum participabilium: 181-183.	V Propositio - de distinctione animarum secundum differentiam Intelligentiarum: in expos, cit. prop. 182-183.
L) *De divinis « Unitatibus » seu de « diis ».* 1. Characteres generales Unitatum: 113-127.	VI Propositio - de Causa Prima: in expos, cit. prop. 123.
M) *De Mentibus seu Intelligentiis.* 2. Characteres generales quos prae se ferunt νου et νοερά εἴδη: 167-180.	VII Propositio - de Intelligentia quantum ad sui substantiam: in expos, cit. prop. 171.
C) *De Gradibus Realitatis.* *a)* Verticalis stratificatio Realitatis: 2. Ens per se mobile est incorporeum: 15.	— : in expos, cit. prop. 15.
M) *De Mentibus seu Intelligentiis.* 2. Characteres generales quos prae se ferunt: 167-180.	VIII Propositio - modus quo cognoscit Intelligentia superiora et inferiora: in expos, cit. prop. 172.
B) *De Causis.* 4. Identitas Boni et Causae efficientis: 12.	IX Propositio - quid sit supra Intelligentiam: in expos, cit. prop. 12.
M) *De Mentibus seu Intelligentiis.* 2. Characteres generales quos prae se ferunt: 167-180.	X Propositio - qualiter cognoscat alia a se: in expos, cit. prop. 177. XI Propositio - de cognitione qua Intelligentia cognoscit res aeternas: in expos, cit. prop. 172; 174.
K) *Theoremata supplementaria.* 3. Trias Entis, Vitae et Intellectus: 101-103.	XII Propositio - qualiter Intelligentiae mutuo se intelligant: in expos, cit. prop. 103.
M) *De Mentibus seu Intelligentiis.* 2. Characteres generales quos prae se ferunt: 167-180.	XIII Propositio - quomodo Intelligentia intelligat seipsam: in expos, cit. prop. 167.
N) *De Animabus.* 2. Characteres generales Animarum: 186-197.	XIV Propositio - de Anima secundum habitudinem ad alia: in expos, cit. prop. 195.
C) *De Gradibus Realitatis.* *a)* Verticalis stratificatio Realitatis. 2. Ens per se mobile est incorporeum (15) atque independens a corpore (16).	XV Propositio - qualiter Anima se habeat ad seipsam: in expos, cit. prop. 15, 16.
E) *De per se subsistente.* 3. Est quod est capax conscientiae reflexae: 42, 43.	— : in expos, cit. prop. 43. 44.
I) *De Relatione Causarum ad suos effectus.* 5. Applicatio relationis corporum ad incorporea: 80-83.	— : in expos, cit. prop. 83.

N) *De Animabus.* 2. Characteres generales Animarum qua talium: 186-197.	— : in expos, cit. prop. 186.
J) *De Esse, de Limite et de Infinitate.* 2. Limes et Infinitas ut sunt constituentia Ens et ut principia substantiva: 89-93. 3. Relatio perpetuitatis, unitatis, corporcitatis ad infinitatem: 94-96.	XVI Propositio - omnes virtutes infinitae dependent a prima infinita Virtute: in expos, cit. prop. 92, 93. XVII Propositio - quomodo magis et minus Ei assimilantur: in expos, cit. prop. 95.
K) *Theoremata supplementaria.* 3. Trias Entis, Vitae et Intellectus: 101-103.	XVIII Propositio - universalis dependentia rerum a Primo: in expos, cit. prop. 102.
6. Principia regulantia relationem inter superiores et inferiores ordines existentiae: 108-112.	XIX Propositio - diversus gradus appropinquationis ad Primum: in expos, cit. prop. m.
L) *De divinis «Unitatibus» seu de «diis».* i. Characteres generales Unitatum: 113-127.	XX Propositio - modus universalis regiminis Causae primae ad regendum: in expos, cit. prop. 122. XXI Propositio - sufficientia Dei ad regendum secundum Dei abundantiam: in expos, cit. prop. 127. XXII Propositio - sufficientia Dei ad regendum secundum Dei excellentiam: in expos, cit. prop. 115.
2. Relatio « Unitatum » ad Universum Entis: 128-150.	XXIII Propositio - de regimine secundae causae: in expos, cit. prop. 134. XXIV Propositio - divinum regimen diversimode participatur a diversis: in expos, cit. prop. 142.
E) *De per se subsistente.* 4. Est aeternum: . primum argumentum: 45-46. .. secundum argumentum: 47-49.	XXV Propositio - substantiae quaedam sunt ingenerabiles: in expos, cit. prop. 45. XXVI Propositio - de Incorruptibili: in expos, cit. prop. 46. XXVII Propositio - de conditione corruptibilis: in expos, cit. prop. 48. XXVIII Propositio - diversitas substantiarum secundum simplicitatem et compositionem: in expos, cit. prop. 47.
5. Est sine tempore in existentia sua, non necessario in sua activitate: 50-51.	XXIX Propositio - ponitur propositio conversa prioris: in expos, cit. prop. 51.
F) *De Tempore et de Aeternitate.* *4.* Interminabilis duratio in tempore distincta ab aeterna existentia: 55.	XXX Propositio - ordo temporalium ad invicem: in expos, cit. prop. 55.
K) *Theoremata supplementaria.* 4. Datur terminus intermedius inter aeternum ct temporale: 104, 106-107.	XXXI Propositio - ordo aeternorum ad invicem: in expos, cit. prop. 106. XXXII Propositio - conditio substantiae quae est media inter aeternitatem et tempus: in expos, cit. prop. 107.
L) *De divinis « Unitatibus » seu de « diis ».* i. Characteres generales « Unitatum »: 113-127.	— : in expos, cit. prop. 116.

VARIAE LECTIONES ET CORRECTIONES IN EXPOSITIONE COLLECTAE VEL PROPOSITAE

A) Doctoris Angelici expositionem in *librum de Causis* prima vice legens, textum ipsum fere inintelligibilem inveni, in expositione vero quaedam certe corrupta vel mendosa occurrerunt.

Hinc, licet mss. auxilio destitutus, ex variarum lectionum collatione correctiones quasdam, haud arbitrio inepto ductus, sed vel per curatiorem textum a *R. Steele* editum vel per diligentiorem lectionem in libro Procli inventam, iuxta editionem *E. R. Dodds,* ad librum de Causis quod spectat, rimatas posui.

— *Opera hactenus inedita Rogerii Baconis fasc. XII. Quaestiones supra librum de Causis nunc primum edidit Robert Steele, collaborante Ferdinando M. Delorme 0. f. m. Accedit Liber de Causis a Roberto Steele denuo recognitus.* Oxonii e typographeo Clarendoniano. Londoni apud Humphredum Milford MCMXXXV.

— *Proclus. The Elements of Theology — a revised Text with Translation, Introduction and Commentary by E. R. Dodds professor of greek in the University of Birmingham.* Oxford, at the Clarendon Press 1933.

B) Pauca tantum notanda occurrunt quoad textum *libri de Causis* hic positum. Iuxta observationes R. Steele « officium finalem textum redigendi, doctis editoribus operum S. Thomae, cum ad Expositionem huius fibri suo tempore pervenerint, relinqui debet ». Quem *provisorie* ipse diligenter typis impressum recognovit, ut in pluribus, praeferendum censui, cum in *edit,* quandoque omnino inintelligibilis textus evaserit.

Pro textu stabiliendo, Steele duobus mss. usus est (saec. xin) quondam Roffen. (Rochester) prioratus, nunc vero in *British Museum:* F (12 F i) et D (12 D XIV); F potiori auctoritate, D confirmante [b].

— Lectiones variae quae textum de Causis respiciunt, in fine cuiusque propositionis ab Angelico Doctore expositae ponuntur sub iisdem signis: *Ve\ Ant, Pa,* infra explicandis, addito *Ste:* — editio Steeliniana fibri de Causis indicatur.

C) Ad *Expositionem* autem quod attinet, *lectiones variae* ponuntur sub istis signis:

Vel = editio *prima* veneta: « Divi Thomae Aquinatis Doctoris Angelici Tomus Quartus complectens Expositionem in Duodecim Libros Metaphysices Aristotelis et in Librum de Causis... Venetiis MDXCIII apud Dominicum Nicolinum et Socios ».

b « The text of the *de Causis* here printed is strictly an interim one; *the task of constructing a final text must be left to the learned editors of St. Thomas when in the fullness of time they arrive at his Commentary.*

I have used as its foundation two English manuscripts of the late thirteenth century, formerly the property of Rochester Priory, now in the British Museum F (12 F i) and D (12 D xiv), relying on F as principal authority, D as corroborating ».

(Robert Steele, *Opera hactenus inedita Rogerii Baconis* XII... *Accedit Liber de Causis...* Introduction, pag. XXIII).

Ant = editio antverpiensis: « Divi Thomae Aquinatis Doctoris Angelici Tomus Quartus complectens Expositionem in Duodecim Libros Metaphysices Aristotelis et in Librum de Causis... per R. P. F. Cosmam Morelles ordinis Praedicatorum S. T. D. ac in celeberrima Coloniensi Universitate Professorem Publicum. Antverpiae apud Ioannem Keerbergium - Anno MDCXII ».

Pa = editio parmensis: « Sancti Thomae Aquinatis Doctoris Angelici Ordinis Praedicatorum Opera Omnia ad fidem optimarum editionum accurate recognita, Tomus XXI, Parmae - typis Petri Fiaccadori, MDCCCLXVI ».

Edit. = tres editiones praec. *quotiescumque conveniunt,* unico signo citantur.

*Lect. I, n. 3: « eo quod sunt maxima entia et maxima vera (Edit.).
— : « huius primae causae » (Edit.).
— 9: « *Elevatio* theologica » (Edit.).
— 15: « quae quidem tria *praedicta* » (Edit.).

— : « primum in *prima* » (Edit.).

— : « a causis secundis prioribus » (Edit.).

— : « plurium est subsistentium » (Edit.).

— 23: « contingit » (Edit.).

*Lect. II, n. 46: « in ultimo *tertiae propositionis* » (Pa); « in ultimo 3 propositionis » (Ant); « in ultimo 3 Proponis » (Vel).
— 51: «in libro Proculi 9 (nona, Pa) ... Omne *entis* vel *existentis* ens » (Vel, Ant).

— 55: « est *omne* acquisitum » (Edit.).

— 59: « omnis anima *participans* » (Edit.).

*Lect. III, n. 67: « sunt secundum se *intelligentes* » (Edit.).
— : « *participant* » (Edit.).
— 70: « divinae *virtutis* » (Edit.).

— 73: « dicit 7 c. de di. no. » (Vel, Ant); «... 7 cap. de Divinis nominibus » (Pa).
— : «... aut sapientiam *in* multas causas ... *et secundum excedens* » (Vel, Ant); «... *et secundum excedentes* » (Pa).
— 80: « *quod* tradidit recipientibus *duratio-neni* » (Edit,).
— 81: « in 28 » (Vel); « in *vigesima octava* propositione huius libri » (Ant, Pa).
— 82 : « communicatur » (Edit.).

— : « ab omnibus » (Edit.).
— : « quod habet » (Ant, Pa); « hêt » (Vel).

— 85: « dicit 10 ca. de Diu no. » (Vel, Ant); «... 10 cap. de Divinis nominibus » (Pa).
— 91: « qui in 8 cap. de Diu no. » (Vel, Ant); « qui in 8 cap. de Divinis nominibus » (Pa).

— : « eo quod sunt *maxime* entia et *maxime* vera » (corr. ex textu Aristotelis).
— : Pa notat: « lege *huiusmodi* ».
— : « *Elementario* Theologica » *(corr.* ex titulo).
— : « quae quidem tria, | *Proculus* » (corr. ex prop, citata).
— : « primum in LVI prop. » *(corr.* ex ordine vulg. et ex exposit.: « in *sequenti* propos. » quae est LVII).
— : « a causis secundis *et a* prioribus » (corr. ex textu Proci, *και από).*
— : « plurium est *subsistiva* » *(corr.* ex textu Proci, *υποστατικόν').*
— : Pa notat: « lege *convenit* ».

— : « ...uniuntur per participationem in ultimo, III propositione » *(corr.* ex ipsa expos, cfr. 93).
— : «in libro Proculi LXXXVIII ... omne enter ens » *(corr.* ex ordine vulgato et ex textu: *το όντω* — « enter » vel « existenter »!); cfr. 107.
— : « est *esse* acquisitum » *(corr.* ex textu Ste et ex ipsa expositione).
— : « ... *participabitis* » (corr. ex textu: *μεθεκτή' participans* est: *μεθέγουσα· participata: μεθεχομένη)·,* cfr. CXVI in n. 66.

— : «... *intelligibiles* » (corr. ex exposit. confor. doctrinae platonicae).
— : Pa notat: « lege *participantur* ».
— : « divinae *unitatis* » (corr. ex textu Proci. *ενάδο).*
— : « dicit V cap. de divinis Nominibus » (corr. ex cit. quae ex cap. V sumpta est).
— : «... *neque* multas causas ... *excedentes» (corr.* ex vers. I. Sarraceni; superfluit « et secundum »).
— : « *cuius ... donationem (corr.* ex textu Proci. *ού ... τοί χορηγουμένοι).*
— : « in XVIII propositione » (corr. ex ordine proposit. manifesto et vulgato).
— : add. « non » (ex signo manifesto quod scq. « sed quibusdam »).
— : Pa notat: « lege *omnibus ab* ».
— : « quod habent » (corr. ex praec. signo manifesto: « quibusdam »).
— : « dicit IV cap. de divinis Nominibus » (corr. ex cit. text, ibi posita).
: « qui in IV cap. de divinis Nominibus » (corr. ex cit. text, ibi posita).

*Lect. IV, n. 93: « in infinito » (Vel, Ant).
— 95: « secundo, illud dividit, ibi: *Et ipsum* » (Edit.).
— 97: « quoniam participatum » (Edit.); Pa notat: « *lege* participantium ».
— 100: « dicit 2 cap. » (Edit.).

— 104: « ibi: Et ipsum » (Pa ex Vel, Ant: « secundo ibi b » quo signo distinctio textus notatur: « b Et ipsum ».
— 107: « omne *entis ens* » (Edit.).

— : expositionaliter » (Edit.); forsan recte!
— : *immobilitatis* ens » (Edit.).
— 108: « *entis ... nam* [Pa: non] ... *eius ... solutam* » (Edit.).

— 109: « *particularitatis* » (Edit.).
— 110: « quia *esse* » (Pa).

— 114: « ex *e converso* » (Edit.).
— 119: « *quod* » (Pa).

*Lect. V, n. 132: « qui dicitur intellectualis, solum participatur » (Edit.).
— 138: « quia similiter » (Ant).
— 153: « transmutatum, destructibile; quia » (Edit.).

*Lect. VI, n. 159: « Intelligentia *et* substantia » (Edit.).
— 160: « in 10 mysticae Theologiae » (Edit.).
— 161: « in Esse divinum » (Edit.).
— 162: « Omne *quod ens* ipsum » (Edit.).

— : « dicit *quod ens* » (Edit.).
— : « *habens* » (Edit.).
— : « quae extendunt omnia subiecta participari » (Edit.).
— 170: « fit per cognitionem » (Edit.).
— 171: « quod iste nominat *rationem* » (Edit.).

— 172: « convenit » (Edit.).

*Lect. VII, n. 180: « in essentiae *speciem* » (Edit.).
— : « et quantitate » (Edit.).

— 187: « In his » (Edit.).
— 188 : « impartibus » (Edit.).

— 189: « quo ad seipsum » (Edit.).
— 190: « talem esse » (Edit.).
— : « quod ad » (Edit.).
— 192: « *quo* intelligentia » (Pa).

*Lect. IX, n. 210: « dicit 17 [Pa: « decima septima »] propositione » (Vel, .Ant).
— 220: « in X » (Vel), « in 10 » (Ant) « in decima » (Pa).
— 221: « intelligibilem operationem » (Edit.).

— 222: « Et recipit » (Edit.).
— 230; Et similiter in » (Edit.).

— : « in infimo » *(corr.* Pa; cfr. 46: « in ultimo »).
— : «..., ibi: *Et esse* causatum » *(corr.* ex exposit. 105).
— : « *omnium participantium* » *(corr.* ex textu Proci, *πάντων τών μετεχόντων).*
— : « dicit V cap. » *(corr.* ex cit. text, ibi posita).
— : « ibi: Et esse causatum » *(corr.* conf. 95, ex exposit. 105).

— : « omne *enter* ens » *(corr.* ex textu Proci. *το όντω),* cfr. 51.
— : Pa notat: « lege *exponitur* ».
— : « *immobiliter* » *(corr.* ex sensu et textu).
— : « *enter ... non ... neque ... solam* » *(corr.* ex text. Proci, *το όντω ... ούτε ... ούτε ... μόνον).*
— : Pa notat: « lege *particulariter* ».
— : « Quod est: quia *omne* ...» *(corr.* ex textu n. 43)·
— : Pa notat: « lege *ex aequo* ».
— : *«quomodo»* (Ant) ex Vel, quae habet: «qûo»:

— : sic distinguendo intelligas: « intellectualis solum, participatur » *(corr.* ex textu Proci.).
— : « quia *simul* » (Pa).
— : « transmutatum; *destructibile,* quia » *(corr.* ex sensu).

— : « Intelligentia *est* substantia » *(corr.* ex textu).
— : « in I M. Th. » *(corr.* ex textu).
— : *dei.* « in ».
— : « Omne | *divinum* ipsum » *(corr.* ex textu: *το θειον).*
— : « dicit *divinum* » *(corr.* ut supra).
— : « *habent* » *(corr.* ex sensu).
— : « | quia | excedunt ... | participantia »; leg. audacter quidem, ideo noto!
— : « fit per *cogitationem* » *(corr.* ex textu).
— : «... nominat *cogitationem » (corr.* ex textu). In exposit. leg. « rationem » (170).
— : « contingit » *(corr.* ex Arist. textu).

— : « in essentiae *specie » (corr.* ex seq. « conditione ».
— : « et quantitatem » *(corr.* ex praec. « claritatem »).
— : « His » *(leg.* ex sensu).
— : « impartibilis est » *(corr.* ex textu: *ἀμέριστο).*
— : *del.* « quo » (ex textu).
— : *leg.* « talem »; *del.* « esse ».
— : « *Omne* quod ad » (plenius *leg.* ex textu).
— : *leg.* « *quod* ... ».

— : iuxta ordinem vulg. « XII propos. » et ita *corr.* in expositione.
— : « in II propositione » *(corr.* ex textu).

— : « *intellectualem* operationem » *(corr.* ex textu Procli;'cfr. *observ.* ad n. 27 ex prop. CCI).
— : Pa notat: « lege *repetit* ».
— : *del.* « in » (ex textu).

*Lect. X, n. 237: « est plena » (Edit.).
— 238: « *in continuis continens* » (Edit.).
— 241: « 14 Meta » (Vel); « 14 Metaph. » (Ant); « decimo quarto Methaphysicorum » (Pa).
— 245: « Intellectus *supermundani intelliguntur* » (Edit.).
— 251: « *maioris* quantitatis » (Edit.).

*Lect. XI, n. 259: « substitutorum » (Edit.).

— 268: « Huius ergo » (Edit.).
— 272: « determinate » (Vel, Pa).
— *:* « *Sic* igitur » (Edit.).

*Lect. XII, n. 279: « posthabitationem » (Edit.).

*Lect. XIII, n. 285: Vel, Ant: « invenitur 16 »; Pa: « sextadecima ».
— 288: « Sed prius quod » (Edit.).
— 289: « inchoatae doctrinae » (Edit.).

*Lect. XIV, n. 296: « quae sunt animae » (Edit.).
— 297: « per modum esse » (Edit.).
— : « et Anima ad ipsam » (Pa).

*Lcct. XV, n. 302: « est 3 » (Vel, Ant); « est tertia » (Pa).
— 304: Vel, Ant: « antipostaton »; Pa: « authypostason ».
— 310: « est ex ea inquantum [ ] est scita » (Edit.).
— 312: « cognoscere, multo magis tamquam a [Pa om.] causis » (Edit.).

*Lect. XVI, n. 314: « *Primo* ostendit [ ] quomodo superiora ...; *Tertio* » (Vel, Ant); « *Primo* ostendit quomodo superiora ... *Secundo* ostendit sufficientiam divini regiminis ... *Tertio* ... » (Pa).
— 317: « secundum omnium causatorum entium » (Edit.).
— 318: « essentialiter *infinitas virtutes* » (Edit.).
— 323: « neque est [ ] superius nec inferius » (Edit.).
— 325: « *scientes* et fortes » (Edit.).
— 328: « est infinitum » (Edit.).
— : « media inter Boni et ideam Entis » (Edit.).
— 329: « Et simpliciter » (Vel, Ant).
— : « prima quidem » (Edit.).

*Lect. XVIII, n. 335: « a proximo » (Edit.).

— 337: » infinito et propter » (Edit.).
— : « praeter » (Pa).
— 341: « et ad hoc » (Vel, Ant).
— 345: « considerandum » (Edit.).

— : « plena est » (Zeg. ex textu).
— : « est contentivus » *(corr. ex* textu).
— : « XII Metaphysic. » *(corr. ex* textu).

— *: «... supermundane intelligunt » (corr.* ex textu Dionys. et vers. Scoti).
— : « *minoris* quantitatis » *(corr.* ex textu n. 95 et ex exposit. 249: « paucioribus speciebus ... quanto est altior »).

— : « institutor » *(corr.* ex textu Procli: ὑπο*στάτη* et cfr. « instituit »).

— : « Huiusmodi ergo » *(corr.* cfr. 387, 414).
— : « determinatae » (Ant).
— : « *Sicut* » *(corr.* ex seq. « ita »).

— : « posthabitionem » *(corr.* ex textu: κατά a *μετεχω* — *habeo* [partem] *cum,* nimis lit. vers, unde in *exposit.* [279] «... participationem », recte); cfr. 351.

— : « CLXVII » *(corr.* iuxta ord. vulgatum).

— : « Sed primus quidem » *(corr.* ex textu).
— : Pa notat: « lege *catholicae* ».

— : Pa notat: « lege *omnino* ».

— : Pa notat: « lege *causae* ».
— : « et Anima ad ipsas » (Vel, Ant).

— : « est XV » *(corr.* ex ord. vulgato).

— : « authypostaton » *(corr.* ex textu).

— add. ex textu: « est sciens et est ad eam, inquantum ».
— : « cognoscere multo magis, tamquam a ˡ *(corr. ex* textu).

— *: corr. ex* textu exposit. add. « *quomodo inferiora dependent a superioribus;* secundo, ostendit... ». Haec add. melius respondet distinet, infra positae (358-359).

— : « sed omnium Causa entium » *(corr.* ex textu: *ἀλλα πάντων αιτία τών οντων).*
— : Pa notat: « lege *infinita virtus* ».
— : add. «finita» (ex textu: 131).

— *: « entes » (corr. ex* textu: 133).
— : « est non finitum » (leg. ex textu: 136).
— : «... inter [ideam] Boni ...» *(corr.* ex 318).
— : « Et similiter » (Pa).
— : « primo » *(corr.* ex usu exposit.).

— : Pa notat: « lege *a primo* »; cfr. « dependent omnia *a Primo* ».
— *: dei.* « et ».
— : « propter » (Vel, Ant recte ex textu: Λά).
— : « et ab hoc » (Pa).
— : add. « est »; cfr. 338, 340,

*Lect. XIX, n. 349: « bonitatibus *divinis* ... receptione multa. Et de his ... nisi *mediam de* ... Et ex *animalibus* ... intelligibilis ... *prudens* ... *et ex* his » (Edit.).
— 350: «intellectualis *scire* ... scilicet *scire* » (Edit.).

*Lect. XX, n. 359: « Epicuri philosophi » (Edit.).
— 360: « regimen *eorum* » (Edit.).

— : « seiuncta » (Edit.).
— 361: « in 120 prop. » (Vel, Ant); « centesima vigesima » (Pa).
— 365: « ad ea » (Edit.).

*Lect. XXI, n. 369: « propositio 25 » (Vel, Ant); · centesimavigesimaquinta » (Pa).
— 373: « q non est dispersa » (Vel); « quae » (Ant).
— 375: « influens » (Edit.).

*Lect. XXII, n. 376: « quod nominatur » (Edit.).
— : « considerandum est id » (Edit.).
— : « 113 propositio » (Vel, Ant); « centesimadecimatertia » (Pa).
— 380: « sed magis completus » (Edit.).

— : « super » (Edit.).
— : « ea » (Edit.).

*Lect. XXIII, n. 387: « inquantum huius » (Vel, Ant).

*Lect. XXIV, n. 396: «in libro Proculi 115 » (Vel, Ant); « centesimadecimaquinta » (Pa).
— : «hoc quidem ... hoc autem ... et hoc quidem ... hoc autem ... et hoc quidem in corpore, hoc autem incorporaliter » (Edit.).

— 400: « pervenit » (Edit.).

— : « sunt maioris » (Edit.).

*Lect. XXV, n. 401: « aeternitatis ct temporalis et spiritualis » (Edit.).
— 402: « agitur de corruptione » (Edit.).

— 403: « intellectuales actu ».

— 405: « antipostaton » (Vel, Ant).

*Lect. XXVI, n. 414: « *huius* » (Edit.).

*Lect. XXVIII, n. 422: « antipostaton » (Vel, Ant).
— 425: antipostaton » (Vel, Ant).
— : · instituit » (Edit.).

— : antipostaton » (Vel); « entipostaton » (Ant).
— 426: « fundatur » (Edit.).

*Lect. XXIX, n. 435: « 56 propositio » (Vel, Ant); ˡ quinquagesima sexta » (Pa).
— : antipostaton » (Vel, Ant).

— *: corr.* ex textu: «... *primis* ... per receptionem multam; et de eis est... *mediante* ... Ex *Animabus* ... intellectualis ... *pendens* ... et ex eis ... ».

— *: «... seriei ... seriei» (corr.* ex textu Proci. σε«ρά).

— *: leg.* « Epicurei philosophi ».
— : « regimen . *rerum* » *(corr. ex* textu Proci. « regat *eas* »).
— *: leg.* « seiunctae », ex textu Ste.
— : « in CXXII propositione » *(corr. ex* ordine vulgato).
— : « ad eas » *(corr.* ref. « *rebus* »).

— : « propositio CXXVII » *(corr.* ex ordine vulgato).
— *: « quia »* (Pa ex textu n. 163).

— : Pa notat: « lege *inquiens* ».

— : « quo nominatur » *(corr.* ex textu n. 166, 171).
— : Pa notat: « supple *quod* ».
— : « CXV propositio » *(corr.* ex ordine vulgato).
— : Pa notat: « lege *supercompletus* » (ex textu n. 168).
— *: leg.* « supra ».
— : « eas » *(corr.* ex textu n. 169).

— : « inquantum huiusmodi » (Pa).

— : « CXLII » *(corr.* ex ordine vulgato).

— : « haec (τὰ) quidem ... haec *(τά)* ... et haec *(τά)* quidem ... haec *(τά)* autem ... et haec *(τά)* quidem incorporee *(ἀσωμάτω)* haec *(τά)* autem corporaliter *(σωματικώ),* *(corr.* ex textu).
— : « ˡ provenit » *(corr.* ex exposit. n. 397: « potest contingere »).
— : « sint » *(corr.* ex " cum ").

— *: leg.* « temporis » ex exposit. quae sequitur; *dei.* « et ».
— *: leg.* « de incorruptione » ex *textu* (187) et *exposit.* (411, 412).
— *leg.* « ˡ intclligibiles » ubi habetur lect. Ste exposita per doctrinam Aristotelis *(de An.* III, 4).
— : « authypostaton » (Pa).

— : Pa notat: « lege *huiusmodi* ».

— : « authypostaton » (Pa).

— : « authypostaton » (Pa).
— *: leg.* « instituet » *(νποστησει);* cfr. « vertetur ».
— : « authypostaton » (Pa).

— *: leg.* « fundetur »; cfr. praeced. « stet ».

— : « LI propositio » *(corr.* ex ordine vulgato).

— : « authypostaton » (Pa).

*Lect. XXX, n. 443: « enim » (Edit.), — : *leg.* « autem » (ex modo expositionis).
— : « propositio 5 » (Vel, Ant); « quinta » (Pa). — : «... LV » (corr. ex ordine vulgato).

*Lect. XXXII, n. 459: « ponitur 105 » (Vel, Ant); « centesimaquinta » (Pa). — : « ponitur CVII » (corr. ex ordine vulgato).
— 464: « 160 propositio » (Vel, Ant); « centesimasexagesima » (Pa). — : « CXVI propositio » (corr. ex ordine vulgato).
— 465: « primo et supremo Deo » (Edit.). — : *0 de* primo et supremo Deo » (cfr. prop. CXVI).

* Cum opus compleverim, ex divina Bonitate per amicorum auxilium, nova quaedam didici quae animum graviter pulsarunt, sensum gratitudinis simul et humilitatis suscitantia.

Primo, enim, ex quodam articulo C. Vansteenkiste didici vers. Moerbekianam publici iuris factam: — C. Vansteenkiste, *Procli Elementario Theologica translata a Guilelmo de Moerbeke* (Textus ineditus) in ephem. *Tijdschrift voor Philosophie* 13 (1951), pagg. 263-302, 491-531. Sed et huiusmodi editio praesto non fuit unde, aliorum diligentia, menda, in barbarica versione quam apposui, sedulo signare facilius.

Secundo, eiusdem praeclari auctoris articulum tale est: *Notes sur le Commentaire de Saint Thomas du Liber de Causis* in ephem. *Etudes et Recherches.* Cahiers de Théologie et de Philosophie - Cahier VIII, pagg. 171-191 (Paris, J. Vrin, 1952). Ex quibusdam mss. correctiones signantur ut textus a P. Mandonnet editus *(Opuscula Omnia,* t. I) legere quis possit (« ... et avoir rendu *plus lisible* cette œuvre... »). Constat enim in edd. huiusmodi « scriptum » Angelici Doctoris mendis quamplurimis sarcinatum inveniri.

Tertio, per P. Bataillon, huius editionis notitiam habuit H.-D. Saffrey qui simul, viribus conlatis, adlaborasset, si prius rem cognovisset (epist. die 26 dec. 1952 missa); inde vero, fraterno ductus amore, editionem suam transmisit:

Sancti Thomae de Aquino super Librum de Causis Expositio par H.-D. Saffrey O. P., Fribourg 1954.

Simul autem amicabilia valde subiunxit, ne « pretiosam » editionem hanc, « complementum » praecedentis, negligerem (epist. 30 aug. 1954).

Plagulas correcturus, anceps diu mansi, eo quod amicorum benevolentia efficax quidem praesto erat auxilium, opus autem perficere onerosum valde et perquam difficile.

At H.-D. Saffrey verba exortatoria viam quamdam aperire videbantur, unde factum est ut paullatim problematis solutio inveniretur quae talis est:

a) Quae ex Dodds quoad textum graecum Procli et ex Steele quoad textum latinum *de Causis* exceperam suis locis notata manent prout excepi.

&) Correctiones supra positas, peritiorum inquisitionibus rimans, ut plurimum rectas inveni, cacteris haud multis omissis.

c) Omnia quae ad huius libri expositionem intelligentiam necessaria videbantur ex art. Vansteenkiste supra cit. in textu posui, eodem criterio ductus ut, scilicet, lectura planior evaderet.

d) Quae passim occurrunt alicuius momenti signanda, ex textu Saffrey excerpta, in notis ponuntur ut, conlatis textibus, expositionis sensus clarior appareat.

Omnibus igitur gratias agens ex intimo corde, Deum, qui « Pura Bonitas » est, oro ut omnibus retribuat.

Fr. C. Pera 0. p.

Dabam Augustae Taurinorum die 28 mensis octobris 1954
in festo SS. AA. Simonis et ludae.

LIBER (pseudo) ARISTOTELIS

DE EXPOSITIONE BONITATIS PURAE

SEU

LIBER DE CAUSIS

Propositiones XXXII cx « Elementatione Theologica » a Proclo praeclarissimo philosopho exarata, depromptae
et inde arabico commento ditatae nobilissimo Turearum philosopho Alpharabio tributo
a Gerardo Cremonensi in latinum translatae
ab Angelico Doctore expositae

ORDO PROPOSITIONUM

I — *Principium ad totum tractatum* (prop. I).

II — *De Primis Causis rerum:*

A) de distinctione Causarum primarum:

i° - distinguit Causas Primas (prop. II-V).
2° - determinat de singulis Causis (prop. VI-XV).

B) de comparatione Causarum ad invicem:

x - de dependentia inferiorum a superioribus (prop. XVI-XIX).
2U - de influxu superiorum in inferiora (prop. XX-XXIII).
3“ - de receptione influxus ab inferioribus (prop. XXIV-XXXII).

I.

Principium ad totum tractatum.

PROPOSITIO I. LECTIO I.

Propositionem praemittit quasi quoddam principium totius sequentis operis.

1 — *Omnis causa primaria plus est influens super causatum suum, quam causa universalis secunda.*

2 — Cum ergo removet * causa universalis secunda virtutem suam a re, causa universalis prima non aufert virtutem suam ab ea.

3 — *Quod est:* quia causa universalis prima agit in causatum causae secundae, antequam agat in ipsum causa universalis secunda quae sequitur ipsum.

4 — Cum ergo agit causa secunda quae sequitur causatum, non excusatur * ipsius actio a causa prima quae est supra ipsam *.

5 — Et quando separatur causa secunda a causato, quae * sequitur ipsum, non separatur ab eo * prima * quae est supra ipsam, quoniam est causa ei.

6 — *Et nos quidem exemplificamus* illud per esse et vivum et hominem.

7 — *Quod est:* quia oportet ut sit res esse, in primis *, deinde, vivum; postea, homo.

8 — Vivum ergo est causa hominis propinqua; et esse * causa eius longinqua.

9 — Esse ergo vehementius est causa homini quam vivum: quoniam est causa vivo, quod est causa homini;

10 — Et similiter, quando ponis rationalitatem * causam hominis, est esse vehementius causa homini quam * rationalitas, quoniam est causa causae eius.

11 — *Et illius quod dicimus significatio* est quod * quando removes virtutem rationalem ab homine, non remanet homo et remanet vivum spirans sensibile. Et quando * removes ab eo vivum, non remanet vivum et remanet esse, quoniam esse non removetur ab eo; sed removetur vivum, quoniam causa non removetur per remotionem causati sui remanet ergo adhuc esse. Cum ergo non est individuum homo * est animal et si non est animal, est tantum.

12 — Iam ergo manifestum est et planum quod causa prima longinqua est plus * comprehendens et vehementius causa rei quam causa propinqua.

13 — Et propter illud * fit eius operatio vehementioris adhaerentiae cum re, quam operatio causae propinquae. Et hoc quidem non fit secundum hoc, nisi quia res in primis non patitur nisi a virtute longinqua; deinde patitur secundo a * virtute, quae est sub prima.

14 — Et causa prima adiuvat secundam causam super operationem suam: quoniam omnem operationem quam causa efficit secunda, prima etiam causa efficit; verumtamen efficit eam, per modum altiorem et sublimiorem.

15 — Et quando removetur causa secunda a causato suo, non removetur ab eo causa prima: quoniam causa prima est maioris et vehementioris adhaerentiae cum re quam causa propinqua;

16 — Et non figitur * causatum causae secundae, nisi per virtutem causae primae.

17 — *Quod est:* quia causa secunda quando facit rem, influit causa prima quae est supra ipsam * super illam rem de virtute sua, quare adhaeret illud rei, adhaerentia vehementi et servat eam.

18 — Iam ergo manifestum est et planum quod causa longinqua est vehementius causa rei quam causa propinqua quae sequitur eam et quod ipsa influit virtutem suam super eam et servat * ipsam et non separatur ab ea separatione suae causae propinquae; imo remanet in ea et adhaeret ei adhaerentia vehementi, secundum quod ostendimus et exposuimus.

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

PROOEMIUM (1-9):

1. — Sicut Philosophus dicit in X *Ethic.* ') ultima felicitas hominis consistit in optima hominis operatione quae est supremae potentiae scilicet intellectus respectu optimi intelligibilis.

2. — Quia vero effectus per causam cognoscitur, manifestum est quod causa secundum sui naturam est magis intelligibilis quam effectus, etsi aliquando quoad nos effectus sint notiores causis, propter hoc quod ex particularibus, sub sensu cadentibus, universalium et intelligibilium causarum cognitionem accipimus.

3. — Oportet igitur quod simpliciter loquendo primae rerum causae sint secundum se maxima et optima intelligibilia, eo quod sunt maxime entia et maxime vera cum sint aliis essentiae et veritatis causa, ut patet per Philosophum in II *Metaphys.* 2) quamvis huiusmodi primae causae sint minus et posterius notae quoad nos.

4. — Habet enim se ad ea intellectus noster sicut oculus noctuae ad lucem solis 3), quam propter excedentem claritatem perfecte percipere non potest.

5. — Oportet igitur quod ultima felicitas hominis, quae in hac vita haberi potest, consistat in consideratione primarum causarum, quia illud modicum quod de eis sciri potest, est magis amabile et nobilius omnibus his quae de rebus inferioribus cognosci possunt, ut patet per Philosophum in I *de partibus Animalium* 4).

6. — Secundum autem quod haec cognitio in nobis perficitur post hanc vitam, homo perfecte beatus constituitur secundum illud Evangelii: « *haec est vita aeterna ut cognoscam te Deum verum* » vivum.

7. — Et inde est quod Philosophorum intentio ad hoc principaliter erat ut per omnia quae in rebus considerabant, ad cognitionem primarum causarum pervenirent. Unde scientiam de primis causis ultimo ordinabant, cuius considerationi ultimum tempus suae vitae deputarent.

8. — a) *Primo quidem incipientes a Logica quae modum scientiarum tradit.*

b) *Secundo, procedentes ad Mathematicam cuius etiam pueri possunt esse capaces.*

c) *Tertio, ad Naturalem Philosophiam quae propter experientiam tempore indiget.*

d) *Quarto, ad Moralem Philosophiam, cuius iuvenis esse conveniens auditor non potest.*

e) *Ultimo autem Scientiae Divinae insistebant quae considerat primas entium Causas* 2).

9. — Inveniuntur igitur quaedam de primis principiis conscripta per diversas propositiones distincta, quasi per modum sigillarim considerantium aliquas veritates. Et in graeco quidem invenitur sic traditus *liber Procidi platonici continens CCXI propositiones,* qui intitulatur « *Elementatio Theologica* ». In arabico vero invenitur hic liber qui apud latinos « *de Causis* » dicitur quem constat de arabico esse translatum et in graeco penitus non haberi. Unde videtur ab aliquo Philosophorum arabum ex praedicto libro Proculi excerptus, praesertim quia omnia quae in hoc libro continentur, multo plenius et diffusius continentur in illo.

1) Cap. 7, 1177 a 12-14; cfr. *in decem Libros Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum Expositio,* n. 1477: « Si autem est felicitas secundum virtutem *operatio,* rationabile *secundum optimam;* haec autem erit *optimi* »; n. 2080: « consequens est quod operatio optima hominis sit operatio eius quod est in homine optimum ».

2) I *a,* c. i, 993 b 26-31; *In II Met. Expos.,* lect. 2, nn. 289-298.

3) *Met. I a, c.* 1, 993 b 9-11; *In II Met. Expos.,* lect. 1, nn. 282-286.

b Cap. 5, 644 b 32-34. Prius, iuxta vers, arabo-latinam Michaelis Scoti, cit. XI *de Animalibus:* I *de Anima* lect. i (5); I, q. 1, a. 5 ad 1; *Liber de Veritate Catholicae Fidei contra errores Infidelium* seu *contra Gent.* I, 5 (32 b). In S. Th. II-II, q. 180, a. 7 ad 3, plenius ex Moerbekiana versione: « Accidit circa illas honorabiles existentes et divinas substantias, minores nobis existere theorias.....

' *Sed etsi secundum modicum attingamus eas, tamen propter honorabilitatem cognoscendi* [‹5z‹l *τήν τιμιότητα τον γνojoÇeir] delectabilius* [>)btor] *aliquid habent quam quae apud nos omnia* » (644 b 24-25, 32-34); cfr. I-II, q. 66, a. 5 ad 3.

b *Ioan.* 17, 3.

2) Haec « ratio studiorum » aristotelica est: ' Erit ergo congruus ordo addiscendi ut *primo* quidem pueri " Logicalibus " instruantur, quia Logica docet modum totius Philosophiae. *Secundo* autem instruendi sunt in " Mathematicis ", quae nec experientia indigent nec imaginationem transcendunt. *Tertio* autem in " Naturalibus ", quae, etsi non excedunt sensum et imaginationem, requirunt tamen experientiam. *Quarto* in " Moralibus " quae requirunt experientiam et animum a passionibus liberum... *Quinto* autem in " Sapientialibus " et " divinis " quae transcendunt imaginationem et requirunt validum intellectum » (S. Th. Aq. *In decem Libros Ethicorum Aristetelis ad Nicomachum Expositio,* lib. VI, lect. VII, η. 1211); cfr. *ibid,* in textu, n. 861; in *Expos.,* n. 1209-1210. Breviter R. Moyses in op. *Moreh Nebukhim* parte prinis cap. 34, scribit: ‹ quisquis velit humanam perfectionem acquirere necesse est ut prius Logicam addiscat, dein gradatim in Mathematicis instruatur, postea vero in Physicis et post haec in Metaphysica ı (cfr. *La Guida degli smarritl.* vers. ital. I. Maroni, t. I, Livorno 1870, pag. 187; *Thi Guide of the Perplexed,* vers. angi. M. Friedlander, vol. I. London 1885, pag. 120-121).

EXPOSITIO PRLMAE PROPOSITIONIS (IO-42):

10. — Intentio igitur huius libri, qui *de Causis* dicitur, est determinare de primis causis rerum; et quia nomen causae ordinem quemdam importat et in causis ordo ad invicem invenitur, praemittit, quasi quoddam principium totius sequentis operis, quamdam propositionem ad ordinem causarum pertinentem, quae talis est [i]: *Omnis causa primaria plus est influens super causatum suum quam causa universalis secundal).*

11. — Ad cuius manifestationem, unum corollarium inducit per quod manifestatur primum sicut per quoddam signum, unde subdit [2]: *Cum ergo removet causa universalis secunda virtutem suam a re, causa universalis prima non aufert virtutem suam ab ea.*

12. — Et ad huius probationem inducit tertium, dicens [3]: *quod est: quia causa universalis prima agit in causatum causae secundae, antequam agat in ipsum causa universalis secunda.*

13. — Et ex hoc concludit [4-5] quod secundo positum est et convenienter: necesse est enim id quod prius advenit, ultimo abscedere; videmus enim ea quae sunt priora in compositione esse ultima in resolutione.

14. — Sic igitur intentio huius propositionis in tribus consistit: quorum primum est quod causa prima plus influit in effectum quam secunda; secundum est quod impressio causae primae tardius recedit ab effectu; tertium est quod prius ei advenit.

15. — Quae quidem tria, Proculus proponit in duabus propositionibus: primum in LVI propositione sui libri, quae est talis: *omne quod producitur a causis secundis et a prioribus et causalioribus producitur eminentius, a quibus et secunda producebantur;* alia vero ponit in sequenti propositione quae talis est [LVII]: *omnis causa et ante causatum operatur et post ipsum plurium est subsistiva 1).*

16. — His autem tribus praemissis, ad ea manifestanda procedit: primo quidem per exemplum [6-13] secundo per rationem, ibi [14]: *Et causa prima adiuvat.*

17. — Exemplum autem videtur pertinere ad causas formales in quibus quanto forma est universalior tanto prior esse videtur.

18. — Si igitur accipiamus aliquem hominem, forma quidem specifica eius attenditur in hoc quod est rationalis. Forma autem generis eius attenditur in hoc quod est vivum vel animal. Ulterius autem id quod est omnibus commune est esse.

19. — Manifestum est autem in generatione unius particularis hominis quod in materiali subiecto primo invenitur esse, deinde invenitur vivum, postmodum autem est homo [6-9]; prius enim ipse est animal quam homo, ut dicitur in II *de generatione Animalium 2).*

20. — Rursus: quia in via corruptionis primo amittit usum rationis et remanet vivum et spirans; secundo, amittit vivum et spirans et remanet ipsum ens [10] quia non corrumpitur in nihilum. Et sic potest intelligi hoc exemplum, secundum viam generationis et corruptionis, quod patet ex hoc quod dicit [11]: *Cum ergo individuum non est homo,* idest secundum actum proprium hominis, *est animal,* quia adhuc re-

b Cfr. IV *Sent.* dist. 12, q. 1, a. 1 q.la 1 c: ...sicut dicitur prima propositione lib. *de Causis* causa prima est vehementioris impressionis supra causatum causae secundae quam ipsa causa secunda. Unde quando causa secunda removet influentiam suam a causato, adhuc potest manere influentia causae primae in causatum illud: sicut remoto rationali, remanet vivum, quo remoto remanet esse ·; cfr. *infra* (152).

Inter varias lect. ı subsistiva › melius respondere videtur termino procliano: *υποστατικόν* — faciens subsistere. Dodds: ... gives rise... »; unde *αυθυπόστατον* *per-se-*subsistens (Dodds: « self-constituted »); cfr. *infra* 404-409, 413, 415. Hic (415), sensum formulae · causa sui ı rectum ostendit, in ordine nempe *causae formalis* et quidem *intrinsecae.* Cursim, notandum occurrit per hanc doctrinam (415) substantiae notionem, inde a Cartesio invectam *[Prine. philos.* I, 51: res quae ita existit ut nulla alia re indigeat ad existendum) ab equivocatione liberari.

Inde vero pantheismus Spinozianus vitatur, cum omnibus suis filiis et nepotibus sive in linea ontologico-cosrnica sive in linea dynamico-historica.

2) Cap. 3; 736 a 2: » non enim simul (ἅμα) animal fit et homo». Item: qq. dd. *de Anima* a. 11 arg. 3, 8; *contra Gent.* II, 21 (975), 88 (1724); in I, q. 76, a. 3 arg. 3, simpliciter: ' Philosophus dicit ›. Prius, ut videtur *(Qttodlib.* VIII, q. I, a. 2 c; IX, q. 5, a. 1, s. c. 2), cit. XVI *de Animalibus* iuxta veterem vers, arabo-latinam.

manet in eo operatio animalis quae consistit in motu et sensu *et* cum *non est animal est* esse *tantum* quia remanet corpus penitus inanimatum.

21. — Verificatur hoc exemplum in ipso rerum ordine: nam priora sunt existentia viventibus et viventia hominibus, quia, remoto homine, non removetur animal secundum consequentiam, sed e converso, quia si non est animal non est homo. Et eadem ratio est de animali et esse.

22. — Deinde cum dicit [14]: *Et causa prima* probat tria praedicta per rationem.

23. — Primum autem scilicet quod causa prima plus influat quam secunda sic probat [14]: Eminentius convenit aliquid causae quam causato. Sed operatio, qua *secunda causa* causât effectum, causatur a causa prima; nam *causa prima adiuvat causam secundam* faciens eam operari. Ergo huius operationis, secundum quam effectus producitur a causa secunda, magis est causa, causa prima quam causa secunda.

24. — Proculus autem expressius hoc sic probat [LVI]: Causa enim secunda cum sit effectus causae primae substantiam suam habet a causa prima. Sed a quo habet aliquid substantiam, ab eo habet potentiam sive virtutem operandi. Ergo causa secunda habet potentiam sive virtutem operandi a causa prima. Sed causa secunda per suam potentiam vel virtutem est causa effectus. Ergo, hoc ipsum quod causa secunda sit causa effectus habet a prima causa. Esse ergo causam effectus inest primo primae causae, secundo autem causae secundae. Quod autem est prius in omnibus est magis, quia perfectiora sunt priora naturaliter. Ergo prima causa est magis causa effectus quam causa secunda.

25. — Secundum, scilicet quod impressio causae primae tardius recedit ab effectu, probat ibi [15]: *Et quando removetur...* et inducit talem rationem:

26. — Quod vehementius inest magis inhaeret. Sed *prima causa* vehementius imprimit in effectu quam causa secunda, ut probatum est [14; 23-24], Ergo eius impressio magis inhaeret; ergo tardius recedit.

27. — Tertium, scilicet quod prius adveniat probat ibi [16]: *Et non figitur* tali ratione:

28. — *Causa secunda* non agit in causatum suum nisi virtute causae primae. Ergo et causatum non procedit a causa secunda nisi per virtutem causae primae. Sic igitur virtus causae primae dat effectui ut attingatur a virtute causae secundae. Prius ergo attingitur a virtute causae primae [17-18].

29. — Haec autem uno medio Proculus sic probat [LVII]: Causa prima est magis causa quam secunda. Ergo est perfectioris virtutis. Sed quanto virtus alicuius causae est perfectior, tanto ad plura se extendit; ergo virtus causae primae ad plura se extendit quam virtus causae secundae. Sed id quod in pluribus est, prius est in adveniendo et ultimum in recedendo. Ergo impressio causae primae primo advenit et ultimo recedit [cfr. LXX].

30. — Est autem considerandum in quibus causis haec propositio habeat veritatem.

31. — Et siquidem ad genera causarum quaestio referatur, manifestum est quod habet veritatem in quolibet genere causarum suo modo.

32. — Et in causis quidem formalibus exemplum inductum est [6-11].

33. — In causis autem materialibus similis ratio invenitur. Nam id quod primo substernitur ut materia, causa est propinquioris materiae ut et ipsa materialiter substet sicut materia prima elementis quae sunt quodammodo materia mixtorum corporum.

34. — Utrumque autem horum ostendit idem esse in efficientibus causis. Manifestum est enim quod quanto aliqua causa efficiens est prior, tanto eius virtus ad plura se extendit. Unde oportet ut proprius effectus eius communior sit. Causae vero secundae proprius effectus in paucioribus invenitur, unde et particularior est. Ipsa enim causa prima producit vel movet causam secundo agentem et sic fit ei causa ut agat.

35. — Inveniuntur igitur praedicta tria [14] quae tacta sunt primordialiter quidem in causis efficientibus et ex hoc manifestum est quod derivatur ad causas formales, unde et Ific ponitur verbum influendi et Proculus utitur verbo productionis quae exprimit causalitatem causae efficientis.

36. — Quod autem ex causis efficientibus derivetur ad causas materiales non est adeo manifestum eo quod causae efficientes quae sunt apud nos, non producunt materiam sed formam.

37. — Sed si consideremus causas universales, a quibus procedunt et materialia rerum principia, necesse est quod hic ordo derivetur et ad materiales causas ex causis efficientibus.

1 « *Et non figitur...* ». Vansteenkiste et Saffrey: » Et non est ». Lectio respondere videtur terminologiae auctoris, a verbo « figere » derivatae: *fixum* (54), *fixa* (129, 157), *fixio* (79), *fixione* (128), *fixionem* (129).

38. — Quia enim primae et supremae Causae efficacia seu causalitas ad plura se extendit., necesse est quod id quod primo subsistit in omnibus sit a prima omnium Causa. Deinde a causis secundis adduntur dispositiones quibus materiae appropriantur singulis rebus; quod etiam utcumque in his quae apud nos sunt apparet. Nam omnibus artificialibus materiam primam exhibet natura; deinde per artes quasdam priores materia naturalis disponitur ut congruat particularibus artificiis. Comparatur autem prima omnium Causa ad totam naturam, sicut natura ad artem; unde id quod primo subsistit in tota natura est a prima omnium Causa, quod appropriatur singulis rebus officio secundarum causarum.

39. — In causis etiam finalibus manifestum est verificari omnia praedicta. Nam propter ultimum finem qui est universalis alii fines appetuntur quorum appetitus advenit post appetitum ultimi finis et ante ipsum cessat.

Sed et huius ordinis ratio ad genus causae efficientis reducitur: nam finis in tantum est causa in quantum movet efficientem ad agendum et sic prout habet rationem moventis pertinet quodammodo ad causae efficientis genus.

40. — Si autem quaeratur in unoquoque causarum genere, utrum praedicta verificentur in omnibus causis quomodolibet ordinatis, manifestum est quod non.

41. — Invenimus enim causas ordinari dupliciter: uno modo per se; alio modo per accidens.

Per se quidem quando intentio primae causae respicit usque ad ultimum effectum per omnes causas medias. Sicut cum ars fabrilis movet manum, manus martellum qui ferrum percussum extendit, ad quod fertur intentio artis.

Per accidens autem quando intentio causae non procedit nisi ad proximum effectum. Quod autem ab illo effectu efficiatur iterum aliud est praeter intentionem primi efficientis, sicut cum aliquis accendit candelam, praeter intentionem eius est quod iterum accensa candela accendat aliam et illa aliam. Quod autem praeter intentionem est, dicimus esse per accidens.

42. — In causis igitur per se ordinatis haec propositio habet veritatem in quibus causa prima movet omnes causas medias ad effectum.

In causis autem ordinatis per accidens est e converso: nam effectus qui per se producitur a causa proxima, per accidens producitur a causa prima, praeter intentionem eius existens. Quod autem est per se potius est eo quod est per accidens. Et propter hoc signanter dicit: *causa universalis,* quae est causa per se.

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM:

• ad n. i: Expos. (10), Ste; Edit. « supra ».
• ad n. 2: Edit; Ste: « removeat ».
• ad n. 4: Ste; h. e. *absolvitur;* Edit.: « excluditur quod explicationem praec. praebere videtur.
•—: Ste; Edit.: super eam.
• ad n. 5: Ste leg. « quod », nec facile intelligitur; causa secunda est *quae* sequitur h. e. *comitatur* causatum (cfr. 4), hic: « quae sequitur *ipsum* ».
' —: Ste; Edit.: « ab ea ».
• —: Ste; Edit., add. « causa ».
• ad n. 7: Ste; Edit.: « primo ».
• ad n. 8: Ste; Edit. add. « est ».
• ad n. 10: Ste; Edit. add. « esse ».
• —: Ste; Edit.: « magis quam ».
* ad n. n: Ste; Edit.: «Et illius quod [Pa, in nota: *lege* quidem] significatio ».
* —: Ste; Edit.: « quoniam ».
* —: Ste; Edit.: cum autem ».
* —: Ste; Edit.: « cum ergo individuum non est homo ».
* ad n. 12: Ste; Edit.: « causa longinqua est prima et prima est plus ».
* ad n. 13: Ste; Edit.: « id ».
* —: Ste; Edit.: « a secunda ».
* ad n. 16: Vel, Ant, Ste; Pa: « Et non fit igitur ».
* ad n. 17: Ste; Edit.: « eam ».
* ad n. 18: Ste; Edit.: « conservat ».

II. QUOAD DOCTRINAM:.

* Ut aliquo modo distinctius habeatur cognitio eorum quae ad hunc librum *de Causis* conficiendum conspirant, propositionem XI ex *Elementatione theologica* Procli ponimus quae generalem characterem huius libri inlustrat et simul potentiarum (sive causarum) mediarum explicationem ponit.

Hic, ultimus terminus evolutionis doctrinalis habetur et clare percipitur transformatio « mythicae repraesentationis mundi » in « theurgicam dispositionem potentiarum mediarum »; inde vero in « ordinem causarum » (dynamice) et « entium gradus » (statice).

Πάντα τά οντα πρόεισιν άπό μια αιτία, τή πρώτη.
"/Z γάρ ονδενό εστιν αιτία τών οντων, ή κύκλιρ τά αίτια πεπερασμένων των πάντων, ή έπ'άπειρον ή άνοδο και άλλου άλλο αίτιον καί ούδαμοϋ στήσεται ή τή αίτια προϋπόστασι.
Άλλ'εί μεν μηδενό είη τών οντων αιτία, ούτε τάξι εσται δευτέρων καί πρώτων, τελειούντων καί τελειουμένυον, κοσμούντων καί κοσμούμενων, γεννώντων καί γεννωμένων, ποιούντων και πασχόντων ούτε επιστήμη των οντων ονδενό. 'Η γάρ των αίτιων γνώσι επιστήμη έστίν εργον, καί τότε λέγομεν έπίστασθαι όταν τά αίτια γνωρίσωμεν των οντων.
El δε κύκλιο περίεισι τά αίτια, τά αυτά πρότερα εσται καί ύστερα, δυνατώτερά τε καί ασθενέστερα· παν γάρ τό παράγον κρείττόν έστι τή τού παραγομένου φύσεω [prop. VII]. *Διαφέρει δε ούδέν τό διά πλειόνων ή δι'ελασσονών μέσων συνάπτειν τώ αίτιατώ το αίτιον καί ποιείν άπ'έκείνου καί γάρ των μεταξύ πάντων εσται κρείττόν ών εστιν αίτιον, καί οσω αν πλείο) τά μέσα, τοσοντφ μειζόνω αίτιον.*
El δ'επ'άπειρον ή των αίτίοτν πρόσθεσι, καί άλλο προ άλλου αεί, πάλιν ονδενό επιστήμη εσται. Των γάρ άπειρων ονδενό έστι γνώσι· τών δέ αιτίων αγνοουμένων ουδέ τών εξή επιστήμη εσται.
El ούν καί αιτίαν είναι δει των οντων, καί διώρισται τά αίτια των αίτιατών, καί ονκ ει άπειρον ή άνοδο, εστιν αίτια πρώτη των οντων άφ'ή οίον έκ ρίζη πρόεισιν εκαστα, τά μεν εγγύ οντα εκείνη, τά δε πορρώτερον ότι γάρ μίαν είναι δει την αρχήν δέδεκται διότι παν πλήθο δεύτερον νφέστηκε τον ενό [prop. V].

Omnia entia ab una prima Causa procedunt.

Vel enim nullius est causa entium vel in circulo (sunt) causae omnium finitorum vel in infinitum est ascensus et alia [est] causa alius et causae praesubsistentia nullibi stabit.
Sed si nullius entium causa fuerit, neque erit ordo secundorum et primorum, perficientium et perfectorum, ornantium et ornatorum, generantium ct generatorum, facientium et patientium, neque [erit] scientia ullius entium, *Cognitio enim causarum est opus scientiae* et *tunc dicimus scire, quando causas entium cognoscimus.*
Si autem in circulo procedunt causae, eadem erunt priora et posteriora, potentiora et debiliora: Omne enim producens melius est producti natura. *Nihil* autem *differt per plura vel per pauciora media causam coniungere causato et derivare ab illa. Etenim melior erit omnibus intermediis quorum est causa et quo plura* [sunt] *media tanto vehementius* [est] *causa.*

Si vero in infinitum [est] causarum accumulatio et aliud ante aliud semper, rursus nullius erit scientia. Infinitorum enim nullius est cognitio: ignoratis autem causis, nec sequentium erit cognitio.
Si igitur et entium Causam esse debet; et causae distinguuntur a causatis; et non [est] ascensus in infinitum, est Causa prima entium, a qua, tamquam ex radice, singula procedunt: haec quidem prope Illam entia, haec autem longius. Quod enim unum debet esse principium demonstratum est: quoniam omnis multitudo posterior Uno subsistit.

Metaphysica causarum duplicem continet considerationem: unam quidem *causarum seriem internam,* quae gradus perfectionis cosmicae a rebus participatae respicit, in sua constitutione et extensione inquirit (cfr. in *Elem. Theol.* LXX; in *de Causis* I); alteram autem *causarum seriem externam* examinat et per principia Plotini et Procli hanc seriem inlustrat tum quoad earum distinctionem (II-XV), tum quoad earum comparationem (XVI-XXXII). Commentatoris conatus quibus *doctrinam creationis* per *theoriam causalitatis* explicare nititur, Angelicus Doctor plurimi facit et per *Metaphysicam ontologicam* Platonis et Aristotelis exponendo intelligit, Dionysio ductore.

Propositio ad quam Angelicus Doctor auditorem mittit (15) talis est (LVI):

Παν το υπό των δευτέρων παραγόμενον καί άπό των προτέρων και αίτιωτέρων παράγεται μειζόνω, άφ'ών και τά δεύτερα παρήγετο.
El γάρ τό δεύτερον ύλην έχει την ουσίαν άπό τοϋ προ αυτόν, καί ή δύναμι αύτώ τοϋ παράγειν έκεϊθεν καί γάρ αί δυνάμει α'ι παρακτικαί κατ'ούσίαν εϊσίν έν τοΐ παράγουσι, καί συμπληροϋσιν αύτών την ουσίαν.
El δέ την τοϋ παράγειν δύναμιν άπό τή ύπερκειμένη αιτία έλαχε, παρ'εκείνη έχει τό είναι αίτιον ών εστιν αίτιον, μετρηθέν έκεϊθεν κατά τήν υποστατικήν δύναμιν.

Omne quod a secundis producitur et a prioribus et magis causativis producitur vehementius, a quibus et secunda producebantur.
Si enim secundum habet totam substantiam ab illo quod [est] ante ipsum, illinc etiam potentia [est] ipsi, producendi; etenim potentiae productrices secundum substantiam sunt in producentibus ct ipsorum complent substantiam.
Si autem a superiori causa obtinuit potentiam producendi, ab illa habet esse causam, quorum est causa, mensuratum illinc secundum potentiam substentativam.

Ei δε τούτο, καί τά άπ'αυτού προϊόντα αίτιατά έστι διά προ αυτού· τό γάρ θάτερον άποτεΐ.έσαν αίτιον καί θάτερον αίτιατόν άποτελεϊ. Ei δέ τούτο, καί τό αίτιατόν έκεϊθεν άποτελεϊται τοιοΰτον.
'Αλλά μην ότι καί μειζόνω έκεϊθεν, δήλον. Ei γάρ τήν αιτίαν τώ δευτέρφ τον παράγειν •ώτό δέδωκεν, είχεν άρα πρώτω ταύτην τήν αιτίαν [prop. XVIII], *καί διά τούτο καί τό δεύτερον γεννφ, τήν τού δευτέρω γεννάν δύναμιν έκεϊθεν λαβόν.*
El δέ τό μέν κατά μέθεξιν έγένετο παρακτικόν. τό δέ κατά μετάδοσιν καί πρώτω, μειζόνω αίτιον έκεϊνο τό καί αλλω τή γενετική τών εφεξή δυνάμεω μεταδεδωκό.

Si autem hoc, et causata progredientia ab ipso, sunt per illud quod [est] ante ipsum; alterum enim est causa perficiens et alterum perficit causatum. Et si hoc, etiam causatum illinc perficitur tale.
Sed manifestum [est] quod et vehementius illinc perficitur. Si enim ipsum secundo dedit causam producendi, habuit ergo primarie hanc ipsam causam et propter hoc, secundum quoque generat, illinc accipiens potentiam secundarie generandi.
Si vero hoc per participationem factum est productivum, illud vero per communicationem ct primarie, vehementius causa [est] illud quod communicavit et alteri potentiam generatricem subsequentium.

Altera propositio citata (15) huiusmodi est (LVII):

Παν αίτιον καί προ τοϋ αίτιατού ένεργεϊ καί μετ'αυτό) πλειόνων έστίν υποστατικόν.
El γάρ έστιν αίτιον, τελειότερον έστι καί δυνατώτερον τού μετ'αύτό. Καί ει τούτο, πλειό-)'"}ί· αίτιοι·· δυνάμεω γάρ μείζονο τό πλείω παράγειν, ίση δέ τά ίσα, καί τή έλάττονο ελάττω· καί ή μέν τά μείζονα έν τοΐ όμοίοι δυναμένη δύναμι καί τά έλάττονα δύναται, ή δε τά έλάττονα δυναμένη ούκ έξ άνάγκη τά μείζω δυνήσεται. Ei ούν δυνατώτερον τό αίτιον πλειόνων έστι παρακτικόν.
'Αλλά μήν όσα δύναται τό αίτιατόν, μειζόνω έκεϊνο δύναται. Παν γάρ τό υπό τών δευτέρων παραγόμενον υπό τών προτέρων καί αίτιωτέρων παράγεται μειζόνω. Συνυφίστησιν ‹ωα αύτώ πάντα οσα πέφυκε παράγειν.
Ei δέ καί αυτό πρότερον παράγει, δήλον δήπουθεν ότι προ αυτού ένεργεϊ κατά τήν παρακτικήν αυτού ένέργειαν. "Απαν άρα αίτιον καί προ τού αίτιατού ένεργεϊ καί συν αύτώ καί /ιι 'αυτό άλλα ύφίστησιν.
Εκ δέ τούτων φανερόν ότι όσων μέν αιτία ψυκή, καί νοϋ αίτιο, ούχ όσων δέ νου, καί γυχή αιτία' άλλά καί προ ψυχή ένεργεΐ, καί α δίδωσι ψυχή τοΐ δευτέροι, δίδωσι καί νού μειζόνω, καί μηκέτι ψυχή ένεργονση νού ίλλάμπει τά εαυτού δόσει οί μή δέδωκε Ύυχή έαυτήν. Καί γάρ τό άψυχον, καθόσον είδου μετέσχε νοϋ μετέχει καί τή τοϋ νοϋ 70(ήσεω.
Καί 0ή και όσων νοϋ αίτιο, καί τό αγαθόν αίτιον ονκ έμπαλιν δέ. Καί γάρ αί στερήσει τι?»· ειδών έκεϊθεν — πάντα γιϊρ έκεϊθεν· νοϋ δέ στερήσεω υποστάτη ούκ εστιν, είδο ών.

Omnis causa et ante causatum operatur et post ipsum plurium est subsistiva.
Si enim est causa, perfectior est et potentior illo quod [est] post ipsam et si hoc, plurium [est] causa; vehementius enim potentiae [est] plura producere; aequalis vero aequalia, minoris autem minora; et inter similia, potentia quae potest maiora et minora potest, quae vero minora potest non ex necessitate maiora poterit. Si igitur potentior [est] causa, plurium est productiva.
Sed quot causatum potest, vehementius illa potest. Omne enim, quod a secundis producitur, a prioribus et magis causativis vehementius producitur. Consubsistere ergo facit cum ipso omnia quot natum est producere.
Si autem et ipsa prius producit, manifestum [est] profecto quod ante illud operatur, secundum ipsius actum productivum. Omnis ergo causa et ante causatum operatur et cum ipso et post ipsum alia constituit.
Corollarium: Ex his autem clarum est quod quorum causa [est] Anima et Mens causa [est], non quorum Mens [est causa] et Anima causa [est]; sed et ante Animam operatur, et quae dat Anima secundis et Mens vehementius dat; et Anima non amplius operante, Mens radiat sui ipsius donationes, iis quibus Anima se non dedit. Etenim inanimum, inquantum formae particeps fuit, Mentis particeps est et factivitatis Mentis.
Et quorum Mens [est] causa et Bonum [est] causa, non autem e converso: hinc enim sunt formarum privationes — omnia enim illinc; mens autem, forma cum sit, privationis substentatrix non est.

Hic habetur ordo ille triadicus qui Plotino maxime placuit ita ut systema cosmicum harmonice constitueret in *En.* V, i: *περί τών τριών άρχικών υποστάσεων, de tribus principialibus subsistentiis,* quae gradu ascensivo sunt *Anima, Mens, Unum.*
Radices huius triadismi, Plotinus invenit in epistola II, sub nomine Platonis vulgata, in qua legitur *omnia circa omnium Regem triplici ordine disposita esse* (312 E - 313 A; v. *En.* V, 1, 8). Quaedam pariter in epistola VI, item sub nomine Platonis vulgata, leguntur quae a Plotino *(ibid.')* iuxta schema rriadicum interpretantur: « testando deum rerum omnium ducem praesentium et futurarum ac ducis et causae Patrem dominum » (323 D; vers. Ficini). « Tum vero dicit esse et causae Patrem, causam

quidem *Intellectum* appellans, nam mundi artifex apud Platonem est Intellectus: hunc vero ait [cfr, *Timaei* dial. XIV; 41 D] *Animam* in illo cratere procreare.

« Cum vero *causa sit Intellectus,* patrem appellat *Ipsum Bonum* et quod Intellectu est essentiaque superius. Saepe etiam Ipsum Ens atque Intellectum appellat Ideam. Quapropter apud Platonem cognoscere licet *ex Ipso* quidem *Bono, Mentem* atque Ideam, *ex Mente* vero *Animam* » *{En.* V, I, 8; vers. Ficini).

Et hoc quidem maximi momenti est praecipue si ea quae Plotinus initio sui tractatus scribit, sedulo perpendantur. « Quidnam in causa est ut *animae quae divinae sortis sunt* (Deique omnino), *tamen Dei Patris obliviscantur, ignorantes et seipsas et Illum?*

« Principium igitur mali est animis audacia [et] generatio [et] prima diversitas et quia volunt sui iuris esse... Quamobrem extrema divinitatis inscitia, ex inferiorum honore, suique ipsius contemptu, animae videtur accidere » *{En.* V, 1, 1; vers. Ficini).

Hinc iter constituit ut primo quidem *Animam* ipsam admiratus in alio (h. e. in mundo), homo seipsum admiretur *{ibid.* 2); inde vero intra seipsum tranquille quiescens velut in templo quodam, *solus accedat ad solum {ibid.* 6; cfr. *En.* VI, 9, 11) et per *Mentem* intellectualis factus, in illo *Vero Bono* fundatur *{En.* V, 1, 11). Pericula et difficultates huius systematis omnes norunt; pariter manifesta cuique intelligenti apparent quae Proclus in sua *Elementatione theologica* coacervavit. Inde valor et labor operis Angelici Doctoris, veritates humanas purificantis.

* Doctrina exemplificatur (6) ex iis quae inveniuntur in propositione *Elementationis theologicae* proclianae, quae talis est ⅭLXX

Πâν τό όλικιότερον έν τοϊ άρχηγικοϊ και προ των μερικών ει τά μετέχοντα έλλάμπει και δεύτερον εκείνων απολείπει τό μετασχόν.

Και γάρ άρχεται προ τού μετ'αύτό τή ένεργεία τή ει τά δεύτερα, καί συν τή εκείνου παρουσία πάρεστι, και εκείνου μηκέτι ένεργοΰντο ετι πάρεστι και ενεργεί το αίτιώτερον και ούκ εν διαφόροι μόνον ύποκειμένοι [prop. LVII], *αλλά και εν εκάστω των ποτέ μετεχόντων. Αεί γάρ — εί τύχοι — γενέσθαι πρώτον ον, είτα ζώον, είτα άνθρωπον.*

Καί άνθρωπο ούκ ετι εστιν άπολιπούση τή λογική δυνάμεω , ζώον δέ εστιν έμπνέον και αισθανόμενου' καί τοΰ ζήν πάλιν άπολιπόντο , μένει τό ον — καί γάρ όταν μή ζή, το είναι πάρεστι. Καί επί πάντων ωσαύτω .

Αίτιον δέ, άτι δραστικώτερον ύπαρχον τό αίτιώτερον [prop. LVI] *πρότερον ει τό μετέχον ενεργεί — τό γάρ αυτό υπό τοΰ δυνατωτέρου πάσχει προτέρου — καί τοΰ δευτέρου πάλιν ενεργοϋντο κακεϊνο συνεργεί, διότι παν, οπερ άν ποιή τό δεύτερον, συναπογεννα τούτω καί το αίτιώτερον.*

Καί άπολιπόντο εκείνου τούτο ετι πάρεστιν ή γάρ τοΰ δυνατωτέρου μετάδοσι , δρώσα μειζόνω , υστέρα τό μετασχόν απολείπει' καί γάρ διά τή τού δευτέρου μεταδόσεω τήν έαυτή ελλαμψιν εδυνάμωσεν.

Omne quod universalius [est] *inter ea* [quae sunt] *principalia et ante particularia radiat in participantia et secundo post illa deserit participans.*

Etenim, ante illud [quod est] post ipsum, incipit operari in secunda et cum praesentia illius adest; et illo non amplius operante, quod magis [est] causativum adhuc adest et operatur; et non solum in diversis subiectis, sed et in unoquoque aliquando participantium. Debet enim — si accidit — primum fieri ens, postea vivens, postea homo.

Et homo non est amplius, deficiente rationali potentia, vivens autem est spirans et sentiens; et vivere rursus deficiente, manet ens; etenim quando non vivit, esse adest. Et similiter de omnibus.

Ratio autem [est] quia quod magis [est] causativum, vehementiori vi praeditum cum existât, prius in participans operatur — ipsum enim a potentiori [quod est] prius patitur — et secundo rursus operante et illud cooperatur, quoniam omne, quod secundum facit, et quod magis [est] causativum simul producit cum ipso.

Et illo deficiente, hoc ipsum adhuc adest; communicatio enim potentioris, vehementius operans, posterior deserit participans; etenim per communicationem secundi, sui ipsius illuminationem potentificavit.

Quae in hac propositione explicantur, maximi momenti cuique esse manifestum censeo et valde utilia ad theoriam potentiarum mediarum penitius intelligendam (cfr. prop. CLXXIV).

Iuxta placita neo-platonismi plotinici, Parmenidis vestigia sequuti, *idem* dicitur *esse et intelligere {En.* V, i, 8; V, 9, 5) unde principia quaedam formantur: *res fit actu per cognitionem; cognitio fit pet illuminationem superioris agentis.* Hinc emanatismus cosmicus conficitur et res mira valde est huius theoriae coexistcntia in hoc libro cum principio creationis.

Omnes norunt principium hoc ex doctrina revelata haberi at pariter omnibus notum est hanc doctrinam de creatione tum in ludaismo tum in Islamismo conservatam esse.

In contactu cum placitis neoplatonicis, doctrina ista obnubilatur potius quam clarificetur. E' si aliquod detrimentum patitur, per *theoriam causarum* compensatur.

Quaedam notanda occurrunt ex op. *Moreh Nebukhim* Maimonidis qui scribit: « Philosophi, sicut scis, Deum " Causam primam " appellant, *Mutakallimun* vero [h. e. Theologi islamitac] diligenter hanc denominationem vitant, Deumque " Agentem " vocant. Putant enim magnam esse differentiam si dicatur " Causa " vel si " Agens " appelletur. Quia si dicamus Deum esse causam, necessario sequeretur effectum existere et ita mundus aeternus et necessario Deo coexistens inveniretur » {*La Guida degli smarriti,* parte prima, cap. 69; vers. ital. Maroni, t. II, Livorno 1871, pag. 174; *The Guide of the Perplexed,* vers. angi. M. Friedlander, vol. I, pag. 259).

Notum est Mu'tazilitas « atomismum » excoluisse ut infinitam libertatem Dei Eiusque omnipotentiam, qua *Ipse solus est Agens,* servarent. Al-Ash'ari (f 936) et discipulus eius Al-Bâqillânï, ex Basra ambo oriundi, ita sentiebant (cfr. *Introduction à la Théologie Musulmane* - Essai de Théologie comparée, par L. Gardet et M.-M. Anawati, Paris 1948, pag. 62-64; 286).

Hinc vero maius forsan detrimentum oriebatur quoad considerationem naturae et maxime quoad hominem eiusque activitatem spiritualem. *Doctrina Causarum* quae in excerpto ex Theologia Procli tradebatur a philosopho exculta et exposita, pulchra fuit acquisitio, humani ingenii progressum nuntians et signans.

Radicitus enim islamitarum " Loquentium " (Mutakallimun) *theoriam admissibilitatis* (the theory of " admissibility " - Friedlander, *The Guide of the Perplexed,* vol. I, pag. 330) evertit et positivam rerum cognitionem fundat.

Sicut Ibn-Rushd notat in op. « Destructio Destructionis », quaest. III, theologos islamitas et As'haritas, principium causalitatis negasse notum est. « Inde vero tamquam principium positum est omnes res existentes esse facta *quae admitti possunt;* ordinem autem vel sapientiam ex natura rerum consequentem in ipsis admittere renuunt. E contra, omnia existentia esse posse putant, aliter quam sint » (apud *La Guida degli smarriti,* t. II, pag. 280, n. 98 ex Munk excerpta a Maroni). R. Maimonides in critica huiusmodi theoriae et testimonium Al-pharabii (" Abu-Nasr ") ponit {*La Guida degli smarriti,* parte prima, cap. 73, propositio X, vers. ital. Maroni, t. II, pag. 259; *The Guide of the Perplexed,* vers. angl. Friedlander, vol. I, pag. 332).

In libro *de Causis* huius theoriae mentio non occurrit: tantummodo diligentius et vividius doctrina causarum exponitur et defenditur ab auctore, tali modo ut doctrinae expositio omnem intentionem apologeticam vel criticam contra theologos islamitas tum muhazilitas tum as'haritas abscondat aut ne leviter quidem manifestet.

Quia vero huiusmodi causarum consideratio necnon valor ontologicus diligentius prae ceteris in doctrina Aristotelis, qui apud philosophos islamitas est « primus magister », elucent, nil mirum hunc librum *de Causis,* saeculorum decursu, Alpharabio, qui est « alter magister », tributum fuisse.

III. QUOAD USUM DOCTRINALEM

n. 1: S. *Th.* I, 21, 4c: causa primaria vehementius [9, 12] influit [18] quam causa secunda.

— S. *Th.* I-II, 2, 6, 2a: causa prima vehementius *imprimit* quam secunda.

— *de Verit.* XXIV, 1, 4a « causa prima plus influit in effectum quam secunda, ut dicitur in lib. *de Causis* ».

— *de Pot.* Ill, 7c: « unde dicitur in libro *de Causis* quod virtus Causae primae prius agit in causatum et vehementius *ingreditur* in ipsum » [3, 12, 17].

n. 2: *de Verit.* V, 8, 9 s. c. « prima Causa non aufert operationem suam a secunda causa, sed fortificat eam [14], ut patet ex hoc quod in libro *de Causis* dicitur ».

— *de Pot.* V, 8c: sicut habetur in libro *de Causis,* quando Causa prima retrahit actionem suam a causato, oportet etiam quod causa secunda retrahat actionem suam ab eodem eo quod causa secunda habet hoc ipsum quod agit, per actionem causae primae, in cuius virtute agit » [4].

n. 3: *de Verit.* V, 9, 10a: « causa prima plus influit in causatum causae secundae quam etiam causa secunda, ut dicitur in principio *de Causis* ».

n. 4: *de Verit.* VI, 6c: Causa autem prima dat secundae quod influat [edit, influant] super causatum suum, ut patet in libro *de Causis* » [17].

— *ibid.* XXIV, 14c: « causa secunda non agit nisi per virtutem causae primae, ut dicitur in lib. *de Causis* » [16].

— *de Pot.* Ill, 4c: « ...omnes secundae causae agentes a primo agente habeant hoc ipsum quod agant, ut in libro *de Causis* probatur » [157].

n. 11: S. *Th.* I-II, 67, 5, ia: «sicut dicitur quod remoto rationali remanet vivum et remoto vivo remanet ens ».

n. 17: S. *Th.* Ill, 6, 4, 3a: « sicut dicitur in lib. *de Causis,* Causa prima plus influit in causatum (1) et prius unitur ei quam causa secunda ».

* Principium efficaciam causae determinans ex I prop. Dantes Allighierius sic enuntiat: « Quanto causa est universalior, tanto magis habet rationem causae, quia inferior non est causa nisi per superiorem, ut patet ex iis quae *de Causis...* », *de Monarchia* l. I, cap. 11; cfr. *Epist.* X, cap. 20; R. Murari, *Il* « de Causis » *e la sua fortuna nel Medio Evo,* apud *Giornale storico della letteratura italiana* », vol. XXXIV (1899), pag. 107. Quaedam altiora inveniuntur apud A. Mellone, *Emanatismo neoplatonico di Dante per le citazioni dei « Liber de Causis »?* in ephem. « *Divus Thomas» Plac.* 1951, pag. 205-12.

IL

De primis Causis Rerum.

A de distinctione Causarum Primarum: (prop. II-XV).
B) de comparatione Causarum ad invicem: (prop. XVI-XXXII).

ORDO PROPOSITIONUM II-V

A) de distinctione Causarum Primarum.

i·| - Distinguit Causas primas (prop. II-V):
a) distinguit tria genera Causarum:
j° - distinguit praedicta genera (prop. II),
jj° - ostendit quomodo uniantur per participationem in ultimo (prop. III),
è) distinguit Intelligentias (prop. IV).
c) distinguit Animas (prop. V).

2° - *Determinat de singulis Causis {prop. VI-XV).*

PROPOSITIO IL — LECTIO II.

Superiora entia in triplici gradu esse docet: ante aeternitatem, cum aeternitate et post aeternitatem.

19 — *Omne esse superius aut est superius aeternitate et ante ipsam aut est cum aeternitate aut est post aeternitatem et supra tempus.*

20 — Esse vero quod est ante aeternitatem est Causa prima, quoniam est causa ei.

21 — Sed esse quod est cum aeternitate est Intelligentia quoniam est esse secundum habitudinem unam, unde non patitur neque destruitur.

22 — Esse autem quod est post aeternitatem et supra tempus est Anima, quoniam est in horizonte aeternitatis inferius et supra tempus.

23 — *Et significatio* quod Causa prima est ante aeternitatem ipsam, est quod esse * in ipsa est acquisitum.

24 — Et dico quod omnis aeternitas est esse, sed non omne esse est aeternitas. Ergo esse est plus commune quam aeternitas. Et Causa prima est supra aeternitatem, quoniam aeternitas est causatum Ipsius.

25 — Et Intelligentia opponitur vel parificatur aeternitati, quoniam extenditur cum ea et non alteratur neque destruitur.

26 — Et Anima annexa est cum aeternitate inferius, quoniam est susceptibilior impressionis quam Intelligentia. Et est supra tempus, quoniam est causa temporis.

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

43. — Praemissa prima propositione, sicut quodam principio ad totum tractatum sequentem, incipit hic agere de primis causis rerum. Et dividitur in partes duas: in prima, agit de distinctione causarum primarum; in secunda, de coordinatione seu dependentia causarum ad invicem, in XVI propositione, ibi [129]: *Omnes virtutes quibus non est finis...*

44. — Prima dividitur in partes duas: in prima, distinguit causas primas; in secunda, determinat de singulis in VI propositione, ibi [57]: *Causa prima superior est....*

45. — Causae autem universales rerum sunt trium generum, scilicet Causa prima quae est Deus; Intelligentiae et Animae. Unde circa primum, tria facit: primo enim distinguit haec tria genera, quorum primum est indivisum, quia Causa prima est una tantum; secundo, distinguit intelligentias, IV propositione, ibi [37]: *Prima rerum creatarum est esse...;* in tertia, distinguit animas, V propositione, ibi [49]: *Intelligentiae superiores....*

46. — Circa primum, duo facit: primo, distinguit tria praedicta genera; secundo, ostendit quomodo uniuntur per participationem quamdam in ultimo, in III propositione, ibi [27]: *Omnis anima nobilis....*

47. — Circa primum, ponit talem propositionem [19]: *Omne esse superius aut est superius aeternitate et ante ipsam aut est cum aeternitate aut post aeternitatem et supra tempus.* Ad cuius intelligentiam propositionis oportet primo videre quid sit aeternitas; deinde, quomodo praedicta propositio habet veritatem [51].

48. — Nomen igitur aeternitatis indeficicntiam quamdam sive interminabilitatem importat: dicitur enim aeternum quasi extra terminos existens. Sed quia ut Philosophus dicit in VIII *Physic.* 1) in omni motu est quaedam corruptio et generatio in quantum aliquid esse incipit et aliquid esse desinit, necesse est quod in quolibet motu sit quaedam deficientia, unde omnis motus aeternitati repugnat. Vera igitur aeternitas, cum indeficientia essendi, etiam immobilitatem importat. Et quia prius et posterius in duratione temporis provenit ex motu, ut patet in IV *Physic.* 2), ideo, tertio oportet quod sit aeternitas absque priori et posteriori tota simul existens, secundum quod Boetius diffinit eam in fine *de Consolatione* 2) dicens: « aeternitas est interminabilis vitae tota simul et perfecta possessio ».

1) C. 3, 254 a n-12; *Expos.*, lect. 6, n. 2.

49. — Quaecumque igitur res cum indeficientia essendi habet immobilitatem et est absque temporali successione, potest dici aeterna. Et secundum hunc modum, substantias immateriales separatas Platonici et Peripatetici aeternas dicebant, superaddentes ad rationem aeternitatis quod semper esse habuit; quod fidei Christianae non est consonum: sic enim aeternitas soli Deo convenit3).

50. — Dicimus autem eas aeternas tamquam incipientes obtinere a Deo esse perpetuum et indeficiens sine motu et temporis successione; unde et Dionysius dicit cap. X *de Divinis Nominibus*4) quod *non simpliciter* sunt *coaeterna Deo quae* in Scripturis *aeterna dicuntur.* Unde aeternitatem sic acceptam quidam nominant aevum, quod ab aeternitate primo modo acceptam [48] distinguunt. Sed si quis recte consideret, aevum et aeternitas non differunt nisi sicut « *anthropos* » et homo: in graeco enim « *aevum* » aeternitas dicitur sicut et « *anthropos* » homo 5).

51. — His igitur praemissis sciendum est quod haec propositio in libro Proculi LXXXVIII congrua invenitur sub his verbis: *Omne enter ens aut ante aeternitatem est aut in aeternitate aut participans aeternitate.*

52. — Dicitur autem *enter ens* per oppositum ad mobiliter ens sicut esse stans dicitur per oppositum ad moveri; per quod datur intelligi quid est quod in hoc libro dicitur [19]: *Omne esse superius,* quia scilicet est supra motum et tempus. Huiusmodi enim esse, secundum utrumque auctorem, in utroque libro, in tres gradus distinguitur; non tamen est eadem omnino ratio utrobique.

53. — Proculus enim hanc propositionem inducit secundum Platonicorum suppositiones qui, universalium abstractionem ponentes, quanto aliquid est abstractius et universalius, tanto prius esse ponebant. Manifestum est enim quod haec dictio: aeternitas, abstractius est quam aeternum. Nam nomine aeternitatis ipsa essentia aeternitatis designatur; nomine autem aeterni, id quod aeternitatem participat. Rursumque ipsum esse communius est quam aeternitas: omne enim aeternum est ens; non autem omne ens est aeternum [cfr. 24]. Unde secundum praedicta, ipsum *Esse* separatum *est ante aeternitatem* [20]; id autem quod *est cum aeternitate* [21] est ipsum esse sempiternum. Id autem quod est aeternitatem participans et quasi *post aeternitatem* [22] est omne id quod esse aeternum participat.

54. — Sed huius libri auctor in primo quidem aliqualiter cum praedictis positionibus concordat. Unde exponit quod *esse quod est ante aeternitatem est Causa prima quoniam est causa* aeternitati [20].

55. — Et ad hoc probandum inducit *quod in ipsa,* id est aeternitate, *est esse acquisitum* [23] idest participatum. Et hoc probat quia ea quae sunt minus communia participant ea quae sunt magis communia. Aeternitas autem est minus commune quam esse; unde subdit: *et dico quod omnis aeternitas est esse, sed non omne esse est aeternitas* [24; cfr. LXXXVII], Ergo esse est plus commune quam aeternitas. Sic igitur probat auctor quod aeternitas participat esse; ipsum autem esse abstractum est Causa prima, cuius substantia est suum esse. Unde relinquitur quod Causa prima est causa a qua acquiritur esse sempiternum cuicumque rei semper existenti.

56. — Sed in aliis duobus membris divisionis recedit auctor huius libri ab inten-

’) C. n, 219 a 17-19; *Expos.*, lect. 17, n. 9.

‘) L. V, pr. 6 (ML. 63, 858 A).

3) « *Firmiter credimus et simpliciter confitemur quod tinus solus est verus Deus aeternus...* »; quod exponens Angelicus Doctor dicit: « Deinde ostendit excellentiam divinae naturae sive essentiae. Et primo, quantum ad hoc quod non comprehenditur tempore: quod significatur cum dicitur: *aeternus.* Dicitur enim *aeternus,* quia caret principio et fine et quia eius esse non variatur per praeteritum ct futurum... Unde dicit ad Moysem *Exod.* III, 14: “ Ego sum qui sum” quia... semper praesentialiter esse habet » *Expos. Primae Decretalis:* de Summa Trinitate et Fide catholica [1]; II, 1146).

*) § 3 (MG. III, 940 A) ex vers. Ioan. Scoti uno verbo mutato in textu: *λεγύρενα,* in vers. Ioan. Scoti: « dicta sunt » (cfr. *in librum Beati Dionysii de divinis Nominibus Expositio,* edit. Marietti, 1950, n. 398; 875).

5 Cfr. *Quodlib.* V, q. 4 (a. 7) c.: « ... ex ignorantia linguae graecae provenit quod communiter apud multos aevum ab aeternitate distingueretur ac si distinguerentur *anthropos* ab *homine.* Quod enim in graeco dicitur *aevum,* :n latino aeternitas; ct sic etiam Dionysius X *de divin. Xrm.* pro eodem utitur aeternitate et aevo... ».

Iuxta Saffrey *(op. cit.,* pag. XXXV, n. 1) Angelicus Doctor hic 50) observatione lexicali *Quodlib.* (1271) utitur. Ctr. *Quodlib.* X, q. 2 (4): « ... Quidam enim dicunt quod in aevo est prius et posterius, sed non sicut in tempore... *red hoc non est intelligibile...* ».

tione Proculi et magis accedit ad communes sententias ct Platonicorum et Peripateticorum.

57. — Exponit enim secundum gradum: quod *esse cum aeternitate est Intelligentia* [21]. Quia enim aeternitas, ut dictum est [48] importat indeficientiam cum immobilitate, illud quod secundum omnia est indeficiens et immobile totaliter attingit aeternitatem. Ponitur autem secundum praedictos Philosophos quod Intelligentia sive Intellectus separatus habet indeficientiam et immobilitatem et quantum ad esse et quantum ad virtutem et quantum ad operationem. Unde CLXIX propositio Proculi est: *Omnis intellectus in aeternitate substantiam habet et potentiam et operationem* x). Et secundum hoc probatur hic [21] quod *Intelligentia est cum aeternitate:* quia *est* omnino *secundum habitudinem unam,* ita quod non patitur aliquam alteritatem nec virtutis nec operationis *neque destruitur* secundum substantiam. Et propter hoc etiam postea [25] dicit quod *parificatur aeternitati quoniam extenditur cum ea et non alteratur.* Quia scilicet ad omne id quod est Intelligentiae aeternitas se extendit.

58. — Tertium vero gradum exponit de Anima quae habet esse superius [22] scilicet supra motum et tempus. Huiusmodi enim Anima magis appropinquat ad motum quam Intelligentia quia videlicet intelligentia non attingitur a motu neque secundum substantiam neque secundum operationem. Anima autem secundum substantiam quidem excedit tempus et motum et attingit aeternitatem, sed secundum operationem attingit motum: quia, ut Philosophi probant, oportet omne quod movetur ab alio, reduci in aliquod primum quod seipsum movet. Hoc autem secundum Platonem quidem est anima quae seipsam movet, secundum Aristotelem autem est corpus animatum cuius motus principium est anima. Et sic utroque modo oportet quod primum principium motus sit anima et ideo motus est ipsius animae operatio. Et quia motus est in tempore, tempus attingit operationem ipsius Animae.

59. — Unde et Proculus dicit CXCI propositione: *Omnis anima participabitis substantiam quidem aeternalem habet, operationem autem secundum tempus.* Et ideo hic [26] dicitur quod connexa *est cum aeternitate inferius;* connexa quidem aeternitati quantum ad substantiam, sed inferius, quia inferiori modo participat aeternitatem quam Intelligentia.

60. — Quod probat per hoc quia *est susceptibilior impressionis quam Intelligentia* [26]: Anima enim non solum recipit impressionem Causae primae sicut Intelligentia, sed etiam suscipit impressionem Intelligentiae. Quanto autem aliquid est magis remotum a Primo, quod est aeternitatis Causa, tanto debilius aeternitatem participat.

61. — Et quamvis Anima attingat ad infimum gradum aeternitatis, tamen *est supra tempus,* sicut causa supra causatum: *est* enim *causa temporis,* in quantum est causa motus ad quem sequitur tempus. Loquitur enim hic [26] de Anima quam attribuunt Philosophi Corpori Caelesti et propter hoc dicitur quod *est in horizonte*l) *aeternitatis inferius et supra tempus.* Horizon enim est circulus terminans visum et est infimus terminus superioris hemisphaerii, principium autem inferioris. Et similiter Anima est ultimus terminus aeternitatis et principium temporis.

62. — Huic autem sententiae Dionysius concordat X cap. *de Divinis Nominibus*2) hoc excepto quod non asserit caelum habere Animam, quia hoc catholica fides non asserit. Dicit enim quod Deus est « *ante aeternum* » et quod secundum Scripturas dicuntur aliqua « *aeterna et temporalia* »; quod est intelligendum « *secundum modos* » positos in sacra Scriptura. « *Media autem existentium et factorum* » id est generabilium sunt « *quaecumque secundum aliquid quidem aeternum, secundum aliquid vero tempus participant* ».

b In fine opus, *de Substantiis separatis* (cap. 19; 171) Angelicus Doctor scribit: « Unde Proclus dicit quod " omnis intellectus in aeternitate substantiam habet et potentiam et operationem et in libro *de Causis* dicitur [25J quod " intelligentia parificatur aeternitati " ».

x) Dodds *(op. cit.,* pag. *297,* prop. 190) hanc notionem in Platonis *Timaeo* (cap. VIII; 35 a) invenit: « Ex ea substantia quae individua et semper eadem similisque est, et ex ea rursus quae circa corpora dividua fit, tertiam substantiae speciem commiscuit mediam › (vers. FiClNli.

b § 3 (MG. III, 940 A); quae infra ponuntur ex vers. Ioan. Scoti sumpta videntur: πρὸ *αἰῶνο* in vers. I. Scoti est: «ante aeternum» (I. Sarrae, habet: «ante aevum·'. Caetera vero quae in fine leguntur ex duobus vers, conflantur: « quaecumque secundum aliquid quidem [I. Sar.' aeternum [Ioan. Sc.] secundum aliquid vero [I. Sar] tempus [Ioan. Sc.] participant ». loannes Sarracenus: ...aevo... tempore participant · (cfr. *de div. Nom.,* edit, cit., n. 398, 875).

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM:

* ad n. 19: Ste; Edit. om. « est ».
* ad n. 23: leg. Ste; Edit.: « quoniam omne esse ».

II. QUOAD DOCTRINAM:

Propositio quam Angelicus Doctor in sua expositione (51) citat talis est (LXXXVIII):

llâν τό ὁ'ιτω ον η προ αἰώνό εστιν ἡ ἐν τώ αϊώνι ἡ μετέχον αἰώνο .
"Οτι μεν γάρ έστι προ αἰώνο , δέδεικται [prop. LXXXVII],
Ἄλλα μην καί ἐν τώ αϊώνι" ὁ γάρ αιών τό άεΐ μετά τοϋ όντο έχει. Καί μετέχον αϊώνο " τό γάρ αΙώνιον παν μετε ει καί τοϋ άεί καί τοϋ όντο αιώνιον λέγεται.
Γοΰτο μέν γάρ κατά μέθεξιν άμφω εχει, καί τό άεί καί τό όν" ὁ ôè αιών το μέν άεί πρώτω , τό ϋέ ον κατά μέΟεξιν" τό δέ όν αυτό πρώτω όν εστιν.

Omne enter ens aut ante aeternitatem est aut in aeternitate aut participans aeternitate.
Quod enim sit *ante aeternitatem,* demonstratum est.
Sed [est] et *in aeternitate:* aeternitas enim habet « semper » cum « ente »; et [est] *participans aeternitate:* quoniam omne aeternum, participatione et « semper » et «entis» aeternum dicitur.
Quoniam hoc quidem per participationem ambo habet: et « semper » et « ens »; aeternitas vero « semper » quidem primarie (habet), « ens » autem [habet] per participationem; ens autem ipsum primarie est ens.

Propositio quae supra (24, 55) excipitur ex libro Procli talis est (LXXXVII

Παν μεν τό αιώνιον όν εστιν, ον παν ôè τό όν αιώνιον.
Και γάρ τοϊ γενητοΐ υπάρχει πω τοϋ όντο μέθεξι , καθ'όσον ονκ εστι ταϋτα το μηδαμώ όν, εί Ôè μη εστι τό γινόμενον ουδαμώ όν, εστι πω όν.
Τό δέ αΙώνιον ούδαμί] τοϊ γενητοΐ υπάρχει, καί μάλισθ'όσα μηδέ τή κατά χρόνον τον όλον ἀϊδιότητο μετείληφεν.
‘.I/./.ὐ *μην παν τό αιώνιον άεί εστι." μετέχει γάρ αίώνο , δ τό άεί είναι δίδωσιν ϋφ'ών άν μετέχηται.*
Τό άρα δΐ' υπό πλειόνων μετέχεται ή ό αιών. Επέκεινα άρα τοϋ αίώνο τό όν οί μέν γάρ αίώνο μέτεστι καί τοϋ όντο " οί δέ τοϋ όντο ου πάσι καί αίώνο .

Omne quidem aeternum, ens est; non autem omne ens [est] *aeternum.*
Quoniam iis quae fiunt, aliquo modo entis participatio existit, quatenus talia non sunt nullatenus ens; si autem quod fit non est id quod nullatenus ens, aliquo modo est ens.
Aeternum autem, iis quae fiunt nullatenus existit et praecipue quotquot nec aeternitatem secundum totum tempus participarunt.
Sed omne quidem aeternum semper est. Particeps est enim aeternitatis quae [illis] a quibus participatur semper esse dat.
Ens igitur participatur a pluribus quam aeternitas. Ergo ens est ultra aeternitatem: quibus enim pertinet aeternitas [illis] et ens [pertinet]; quibus vero ens, non omnibus et aeternitas.

Propositio citata (57) talis est (CLXIX):

Πα νου έν αϊώνι την τε ουσίαν εχει καί την δέναμιν καί την ενέργειαν.
Εί γάρ εαυτόν νοεί καί ταύτόν νοϋ και νοητόν, [prop. CLXVII] *καί ή νόησι τώ νώ ταΰτόν καί τώ νοητώ" μέση γάρ οΰσα τοϋ τε νοοΰντο καί τοϋ νοουμένου, τών αυτών εκείνων όντων. εσται δήπου καί ή νόησι ή αϋτή προ άμιρω.*
’.I/./.ὰ *μην ότι ή ουσία τοϋ νοϋ αιώνιο* [ô/ÿz.or]· *όλη γάρ άμα εστί. Καί ή νόησι όισαότιο , είπερ τή οϋσίρ. ταύτόν εί γάρ Ακίνητο ό νοϋ , οΰκ άν υπό χρόνου μετροίτο •ώτ: κατά τό είναι οΰτε κατά την ενέργειαν. Τούτων δέ (όσαύτω εχόντων, καί ή δύναμι αιώνιο .*

Omnis mens in aeternitate habet substantiam et potentiam et actum.
Si enim mens seipsam intelligit et idem est mens et intelligibile, etiam intellectio menti idem [est] et intelligibili; media etenim cum sit inter intelligentem et intelligibile, eadem haec cum sint, profecto et intellectio eadem erit ambobus.
Sed quod substantia mentis aeterna [sit, manifestum est]; tota enim simul est. Et similiter intellectio, siquidem idem [est] cum substantia; si enim immobilis est mens, non mensuratur a tempore neque secundum esse neque secundum. actum. His autem similiter se habentibus, et potentia [est] aeterna.

Propositio citata (59) talis est (CXCI):

Πάσα ψυχή μεθεκτή την μεν ουσίαν αΐώνιον έχει, την δέ ενέργειαν κατά χρόνον.
'Η γάρ αμφω αIωνίω έξει, ή άμφιο κατά χρόνον, η το μεν αΐιονίιο , το δέ κατά χρόνον.

Ἀλλ'οϋτε άμφιο αιωνίω · έσται γάρ άμέριστο ούσία, καί ούδέν διοίσει τη νοηρά ύποστάσειο ή ψυχή φύσι , τη άκινήτου ή αυτοκίνητο [prop. XX].
Ούτε άμφιο κατά χρόνον εί'η γάρ αν γενητή μόνον και ούτε αύτόζω οϋτε αυθυπόστατο ' ούδέν γάρ των υπό χρόνου κατ'ουσίαν μετρουμένων αυθυπόστατον [prop. LI]. *'Η δε ψυχή αυθυπόστατο ' τό γάρ κατ'ενέργειαν προ εαυτό έπιστρέφον καί κατ'ουσίαν έπιστρεπτικύν έστι προ εαυτό* [prop. XLIV] *και άφ'έαυτοϋ προϊόν* [prop. XLIII].

Λείπεται άρα τή μεν αιώνιον είναι ψυχήν πάσαν, τή δέ χρόνου μετέχουσαν. 'Ή ουν κατ'ουσίαν αιώνιό έστι, κατ'ένέργειαν δέ χρόνου μέτοχο ' ή έμπαλιν. 'Αλλά τοϋτο αδύνατον.

Iιάσα άρα ψυχή μεθεκτή τήν μέν ουσίαν αIώνιον έλαχε, τήν δέ ενέργειαν κατά χρόνον.

Omnis Anima participabilis substantiam quidem aeternalem habet, actum vero secundum tempus.
Aut enim ambo aeternaliter habebit aut ambo secundum tempus aut unum quidem aeternaliter, aliud vero secundum tempus.
Sed non ambo aeternaliter: erit enim impartibilis substantia et Animae natura nihil differet ab intellectuali subsistentia [et] per — se — mobilis ab immobili.
Neque ambo secundum tempus: esset enim solummodo « quod fit » et neque per — se — vivens neque per — se — subsistens; nihil enim eorum quae tempore mensurantur secundum substantiam [est] per — se — subsistens. Anima autem [est] per — se — subsistens; quod enim secundum actum ad se revertitur etiam secundum substantiam ad se est conversivum et a se progrediens.
Restat igitur quod omnis anima partim quidem aeterna sit partim autem participans tempore. Aut igitur secundum substantiam quidem aeterna est, secundum actum vero particeps temporis; aut e converso. Sed [hoc] est impossibile.
Omnis ergo Anima participabilis substantiam quidem aeternam sortita est, actum vero secundum tempus.

III. QUOAD USUM DOCTRINALEM :

η. 20: 5. *Th.* I, io, 2, 2a: « Deus est " ante aeternitatem " ut dicitur ».
n. 2i: *de Verit.* VIII, 14, 12a: « quod est contra id quod habetur in libro *de Causis* quod intelligentia est res cuius substantia et operatio est supra tempus » [204, 210].
n. 22, (84): S. *Th.* I, 77, 2c: « est in confinio spiritualium et corporalium creaturarum ».
— S. *C. G.* II, 68; 1453b: « anima intellectiva dicitur esse quasi quidam horizon et confinium corporeorum et incorporeorum ».
— S. *C. G.* III, 61; 2362: « Anima intellectiva est creata in confinio aeternitatis et temporis, ut in libro *de Causis* dicitur ».
— *de Pot.* III, 9, 27a: « in libro *de Causis* dicitur quod [anima] est creata in horizonte aeternitatis et temporis ».
—ı *ibid.* III, 10, 8a: « ut dicitur in libro *de Causis* [anima] est supra tempus ».
— *ibid. ibid.:* « in libro etiam *de Causis* dicitur quod Anima est infra aeternitatem ».
n. 25: 5. *Th.* I, 10, 2, ad 2: «ibidem dicitur quod intelligentia parificatur aeternitati ›.
— S. *Th.* I, 57, 3, 2a: « " parificatur... intelligentia aeternitati " id est aevo, ut dicitur in libro *de Causis*ˡ
— *S. Th.* I, 61, 2, 2a: « angelus est supra tempus, ut dicitur in libro *de Causis* ». luxta literam n. 22 " supra tempus " dicitur de Anima (cfr. n. 26),
— *de Subst. separ.* 19 (171).

PROPOSITIO III. LECTIO III.

Quomodo Anima participat quod est Primi et quod est secundi ostenditur.

27 — *Omnis anima nobilis tres habet operationes: nam ex operationibus eius est operatio animalis et operatio intellectualis * et operatio divina.*
28 — Operatio autem divina est quoniam ipsa praeparat Naturam cum virtute quae est in ipsa a Causa prima.
29 — Eius autem operatio intellectualis * est quoniam ipsa scit res per virtutem Intelligentiae quae est in ipsa.
30 — Operatio autem eius animalis est quoniam ipsa movet Corpus primum * et omnia corpora naturalia, quoniam ipsa est causa motus corporum et causa operationis Naturae.
31 — Et non efficit anima has operationes nisi quoniam * ipsa est exemplum superioris virtutis.
32 — *Quod est:* quia Causa prima causavit esse Animae mediante Intelligentia, et propter illud * facta est Anima efficiens operationem divinam.
33 — Postquam ergo creavit Causa prima esse Animae posuit eam sicut stramentum * Intelligentiae in qua * efficit operationes suas.
34 — Propter illud * ergo Anima intellectualis * efficit operationem intellectualem * et quia Anima suscipit impressionem Intelligentiae, facta est inferioris operationis quam ipsa * in impressione sua in id quod est sub ipsa.
35 — *Quod est:* quia ipsa non imprimit in res * nisi per motum, scilicet quia non recipit quod est sub ea operationem eius nisi ipsa moveat ipsum. Propter hanc ergo causam fit quod Anima movet corpora * de proprietate namque Animae est ut vivificet corpora quando * influit super ea virtutem suam et directe producit ea ad operationem rectam.
36 — Manifestum est igitur quod Anima habet tres operationes, quoniam habet virtutes tres, scilicet: virtutem divinam * et virtutem intellectualem * et virtutem eius essentiae, secundum quod narravimus et ostendimus *

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

63. — Quia ea quae sunt superiorum inferioribus insunt secundum aliqualem participationem, postquam divisit tres gradus superiorum entium quorum unum est *superius aeternitate* quod est Deus, aliud autem *est cum aeternitate* quod est Intelligentia, tertium autem *post aeternitatem* quod est Anima [19-22], nunc [27] intendit ostendere quomodo tertium participat quod est primi et quod est secundi dicens: *Omnis anima nobilis tres habet operationes; nam ex operationibus eius est operatio animalis et operatio intellectualis et operatio divina.*
64. — Quae autem dicatur *Anima nobilis* intelligi potest ex verbis Proculi qui hanc propositionem ponit CCI sub his verbis: *Omnes divinae animae triplices habent operationes has quidem ut animae, has autem ut suscipientes intellectum divinum, has- autem ut diis extra iunctae.* Ex quo patet quod *anima nobilis* dicitur hic *anima divina.*
65. — Ad cuius evidentiam sciendum est quod Plato posuit universales rerum formas separatas per se subsistentes. Et quia huiusmodi formae universales universalem quamdam causalitatem, secundum ipsum, habent supra particularia entia quae ipsa participant, ideo omnes huiusmodi formas sic sub-

sistentes deos vocabat: nam hoc nomen « Deus » ỹ universalem quamdam providentiam et causalitatem importat [213],

66. — Inter has tamen formas hunc ordinem ponebat quod quanto aliqua forma est universalior tanto est magis simplex et prior causa: participatur enim a posterioribus formis. Sicut si ponamus animal participari ab homine et vita ab animali et sic de aliis. Ultimum autem quod ab omnibus participatur et ipsum nihil aliud participat, est ipsum Unum et Bonum separatum quod dicebat Summum Deum et primam omnium Causam. Unde et in libro Proculi inducitur propositio CXVI talis: *Omnis deus participabitis est,* id est participat, *excepto Uno.*

67. — Et quia huiusmodi formae, quas deos dicebant, sunt secundum se intclligibiles, intellectus autem fit actu intelligens per speciem intelligibilem, sub ordine deorum id est praedictarum formarum, posuerunt ordinem intellectuum qui participant formas praedictas, ad hoc quod sint intelligentes. Inter quas formas est etiam Intellectus idealis **[286]**, Sed intellectus praedicti participant praedictas formas, secundum modum immobilem, in quantum intelligunt eas. Unde sub ordine intellectuum ponebant tertium ordinem animarum quae mediantibus intellectibus participant formas praedictas secundum motum, inquantum scilicet sunt principia corporalium motuum, per quos superiores formae participantur in materia corporali et sic quartus ordo rerum est ordo corporum **[351]**,

68. — Inter intellectus autem superiores quidem dicebant esse divinos intellectus, inferiores autem intellectus quidem, sed non divinos quia Intellectus idealis qui est per se deus, secundum eos, participatur quidem a superioribus intellectibus secundum utrumque, scilicet secundum quod est intellectus et secundum quod est deus; ab inferioribus vero intellectibus secundum quod est intellectus tantum et ideo non sunt intellectus divini. Sortiuntur enim intellectus superiores non solum quod sint intellectus, sed etiam quod sint divini.

69. — Similiter et cum animae applicentur diis mediantibus intellectibus quasi propinquioribus, ipsae etiam animae superiores sunt divinae propter intellectus divinos quibus applicantur vel quos participant; inferiores autem animae veluti applicatae intellectibus non divinis sunt non-divinae.

70. — Et quia corpora non respiciunt motum nisi per animam, consequens est etiam ut superiora corpora sint divina, secundum eos, et inferiora corpora non divina. Unde Proculus dicit CXXIX propositione: *Omne corpus divinum per animam deificatam est divinum; omnis autem anima divina propter divinum intellectum; omnis autem intellectus divinus secundum participationem divinae unitatis.*

71. — Et quia deos appellabant primas formas separatas in quantum sunt secundum se universales, consequenter et intellectus divinos et animas divinas et corpora divina dicebant secundum quod habent quamdam universalem influentiam et causalitatem super subsequentia sui generis et inferiorum generum ').

72. — Hanc autem positionem corrigit Dionysius quantum ad hoc quod ponebant ordinatim diversas formas separatas quas dicebant deos, ut scilicet aliud esset per se bonitas et aliud per se esse et aliud per se vita et sic de aliis.

73. — Oportet enim dicere quod omnia

1) Cfr. *Exposit.* in lib. *de div. Nom.*, XII, 2 (MG. III, 969 c) n. 948 et recentiores consentiunt, saltem quoad sensum huius termini: « *Qui dirigit et ordinat omnia* » (Zorell).

x) Cfr. *de Caelo et Mundo* lib. II, lect. 4 (334): · ... considerandum est quod Platonici ponebant unum Deum Summum, qui est ipsa essentia bonitatis et unitatis; sub quo ponebant ordinem superiorem Intellectuum separatorum, qui apud nos consueverunt Intelligentiae vocari; et sub hoc ordine ponebant ordinem Animarum, sub quo ordine ponebant ordinem Corporum.

« Dicebant ergo quod inter Intellectus separatos, superiores et primi dicuntur Intellectus divini, propter similitudinem ei propinquitatem ad Deum; alii vero non sunt divini propter distantiam ad Deum, sicut Animarum supremae sunt intellectivae, infimae autem non intellectivae, sed irrationales. Corporum autem suprema et nobiliora dicebant esse animata, alia vero inanimata.

« Rursus dicebant quod supremae Animae propter hoc quod dependent ex Intclligentiis divinis sunt Animae divinae; et iterum, Corpora suprema, propter hoc quod sunt coniuncta Animabus divinis, sunt Corpora divina ».

Hic progressus quidam notatur relate ad ea quae leguntur II-II, q. 94, a. 1, nam ibi « substantias... spirituales... *deos* nominabant... nos... *angelos* dicimus », in expos. Λ *Caelo et Mundo* II, 4 (334), idem schematismus diligentius narratur, sed tamen « ordine deorum » (67) omisso, haud quidem inepte.

Hic enim (66, 67, 71) quid novi notatur: « *deos appellabant formas separatas* » (71). Et est novum in expositione Neo-platonismi, non tamen in patrimonio cultural! Angelici Doctoris (cfr. *de divinis Nom.* XI, § 6; MG. III, 953 C; Expos, lect. 4, 931-933), *diligentius* notiones perficientis. SÏ *licet* et placet, videantur tria ‹ ramenta · ibi posita (pag. 348): *de ortu et constitutione novae metaphysicae;* (pag. 349): *critica idearum subsistentium per critica»: theologicam mediarum potentiarum in cultu et philosophia antiquorum;* (pag. 350): *de divina virtualitate in termine participationis.*

ista sunt essentialiter ipsa prima omnium Causa a qua res participant omnes huiusmodi perfectiones et sic non ponemus multos deos sed unum. Et hoc est quod dicit V cap. *de Divinis Nominibus* x): « *non aliud esse bonum dicit* » scilicet sacra Scriptura « *et aliud existent et aliud vitam aut sapientiam neque midtas causas et aliorum alias productivas deitates, excedentes et subiectas, sed Unius esse omnes bonos processus* ».

74. — Quomodo autem hoc esse possit ex hoc ostendit consequenter: quia cum Deus sit ipsum esse et ipsa essentia bonitatis, quicquid pertinet ad perfectionem bonitatis et esse, totum Ei essentialiter convenit ut scilicet Ipse sit essentia vitae et sapientiae et virtutis et caeterorum. Unde post aliqua 2) subdit: « *etenim Deus non quodam modo est existens, sed simpliciter et incircumscripte totum in seipso esse praeaccepit* ».

75. — Et hoc sequitur auctor huius libri: non enim invenitur inducere aliquam multitudinem deitatis, sed Unitatem in Deo constituit, distinctionem autem in ordine intellectuum et animarum et corporum.

'76. — Secundum hoc, igitur, dicitur *anima nobilis* id est divina, Anima caelestis corporis secundum opinionem Philosophorum qui posuerunt caelum animatum. Haec enim Anima secundum eos habet aliquam influentiam universalem super res per motum et ex hoc divina dicitur eo modo loquendi quo etiam apud homines, qui universalem curam rei publicae habent, divini 3) dicuntur.

77. — De hac ergo Anima nobili sive divina dicit [28] quod habet operationem divinam et exponens dicit quod *operatio divina* eius *est* quia *ipsa praeparat Naturam* inquantum scilicet est principium primi motus, cui tota natura subicitur et hoc habet per virtutem participatam a Causa prima, quae est universalis omnium causa, ex qua sortitur quamdam universalem causalitatem in res naturales. Et ideo assignans huius operationis divinae Animae convenienter ỹ dicit [31] quod *ipsa est exemplum* idest imago *superioris virtutis* idest divinae; exemplificatur enim in praedicta Anima universalitas divinae virtutis quod scilicet sicut Deus est universalis causa omnium entium ita praedicta Anima est universalis causa naturalium rerum quae moventur.

78. — Secundam autem operationem Animae nobilis seu divinae ponit intellectualem [27]. Quae quidem, sicut ipse exponit [29], est in hoc quod *ipsa* cognoscit *res,* inquantum participat *virtutem Intelligentiae.* Quare autem virtutem Intelligentiae participat ostendit [32] per hoc quod Anima est creata a Causa prima *mediante Intelligentia.* Unde Anima est a Deo sicut a Causa prima, ab Intelligentia autem sicut a causa secunda. Effectus autem omnis participat aliquid de virtute suae causae: unde relinquitur quod Anima sicut facit operationem divinam inquantum est a Causa prima, ita facit operationem intelligentiae inquantum est ab ea, participans eius virtutem.

79. — Hoc autem quod hic [32] dicitur quod *Causa prima creavit esse Animae mediante Intelligentia,* quidam 2) male intelligentes existimaverunt velle auctorem istius libri quod Intelligentiae essent creatrices substantiae Animarum.

80. — Sed hoc est contra positiones platonicas: huiusmodi enim causalitates simplicium entium ponebant secundum participationem. Participatur autem non quidem id quod est participans, sed id quod est primum: per essentiam, scilicet, tale; puta: si albedo esset separata, ipsa albedo simplex esset causa omnium alborum in quantum sunt alba, non autem aliquid albedine participans. Secundum hoc ergo Platonici ponebant quod id quod est ipsum esse est causa existendi omnibus; id autem quod est ipsa vita est causa vivendi omnibus; id autem quod est ipsa intelligentia est causa intelligendi omnibus. Unde Proculus dicit XVIII propositione sui libri: *Omne dans3) esse aliis, ipsum primo est hoc cuius tradit re-*

1 ; 2 'MG. III, 816 CD) ex vers. I. Sarraceni (cfr. *de div. Nom.*, n. 258, lect. I, 612-613). Nota haec eadem verba a Dûdds citata in com. prop. CI Procli (pag. 253), de qua infra ad prop. IV.

-) 4 (MG. III, 817 C) ex vers. I. Sarraceni, omissis ‹ qui accepit et ›, brevius posito « esse praeaccepit » (cfr. Λ· *div. Norn.*, edit, cit., n. 263; 629).

Cfr. I *Cor.* 8, 5; *de divinis Nom.* XI, lect. 4 (938); XII 953, 956). Quae ad idololatriam civilem pertinent (cfr. II-II, q. 94, a. 1; I *Polit.*, lect. 4, n. 84) diligenter distinguit ab his quae sensum heroicum humanae vitae mani-fe-qant (cfr. I *Polit.*, lect. i, n. 39; II-II, q. 188, a. 8 ad 5) inde vero ad notificandam vitam Christianam donis Spiritus Sancti perfectam analogiam trahit (cfr. I-II, q. 69, a.i).

1) Saffrey leg.: « convenientis ».

2) Cfr. *supra* Notitiae... II, pag. XVI ss. Cfr. *de substantiis separatis* cap. 10 (ιoi) simpliciter scripserat: « Et haec est positio Avicennae quae etiam *videtur* supponi in libro *de Causis* ». Prius, vero, (II *Sent.)* « ... in hac materia, *auctoritates libri de Causis recipiendae non sunt...* ». Nunc, tandem, « quidam *male* intelligentes ». Et viriliter: « *Est ergo intelligendum...* » (81).

3) AI.: « *derivans* »; « *derivationem* ».

cipientibus donationem. Cui sententiae concordat quod Aristoteles dicit in II *Metaphys.*]) quod illud quod est primurn et maxime ens est causa subsequentium.

81. — Est ergo intclligcndum quod ipsa essentia Animae secundum praedicta [80] causata est a Causa prima quae est suum ipsum esse, sed consequentes participationes habet ab aliquibus posterioribus principiis: ita, scilicet, quod vivere habet a prima vita et intelligere a prima intelligentia. Unde etiam in XVIII propositione huius libri [143] dicitur: *Res omnes habent essentiam propter Ens primum et res vivae omnes sunt motae per essentiam suam propter Vitam primam et res intelligibiles omnes habent scientiam propter Intelligentiam primam.* Sic ergo intelligit quod *prima Causa causavit esse Animae mediante Intelligentia,* quod Causa prima sola causavit essentiam Animae, sed quod Anima sit intellectualis 2), hoc habet ex operatione Intelligentiae.

82. — Et hic sensus ostenditur manifeste per verba quae sequuntur [33]: *postquam ergo,* inquit, causavit *Causa prima esse Animae posuit eam sicut stramentum Intelligentiae* idest substravit eam operationi Intelligentiae ut, scilicet, Intelligentia agat in ipsa operationem, scilicet: dans ei ut sit intellectualis. Unde concludit quod *propter* hoc *Anima intellectualis efficit operationem intellectualem.* Et hoc etiam concordat cum eo quod dictum est in I propositione [14] quod effectus causae primae praeexistit effectui causae secundae et universalius diffunditur. Esse enim quod est communissimum diffunditur in omnia a Causa prima [23-24], sed intelligere non communicatur omnibus ab Intelligentia, sed quibusdam, pracsupponendo esse quod habent a Primo.

83. — Sed etiam haec positio, si non sane intelligatur, repugnat veritati et sententiae Aristotelis, qui arguit in III *Metaphys.* 3) contra Platonicos ponentes huiusmodi ordinem causarum separatarum secundum ea quae dc individuis praedicantur, quod sequitur quod Socrates erit multa animalia, scilicet ipse Socrates et homo separatus et etiam animal separatum: homo enim separatus participat animal et ita est animal; Socrates autem participat utrumque unde et est homo et est animal. Non igitur Socrates esset vere unum si ab alio haberet quod esset animal et ab alio quod esset homo.

84. — Unde cum esse intellectuale pertineat ad ipsam naturam animae, utpote essentialis differentia eius, si ab alio haberet esse et ab alio naturam intellectivam, sequeretur quod non esset unum simpliciter. Oportet ergo dicere quod a prima Causa a qua habet essentiam habet etiam intellectualitatem. Et hoc concordat sententiae Dionysii supra positae [73-74] scilicet quod non aliud sit ipsum bonum, ipsum esse et ipsa vita et ipsa sapientia, sed unum et idem quod est Deus, a quo derivatur in res et quod sint et quod vivant et quod intelligant, ut ipse ibidem !) ostendit. Unde et Aristoteles in XII *Metaphys.* 2) signanter attribuit Deo et intelligere et vivere, dicens quod Ipse est vita et intelligentia, ut excludat praedictas platonicas positiones.

85. — Aliquo tamen modo potest hoc habere veritatem, si referatur non ad naturam intellectualem, sed ad formas intelligibiles quas animae intellectivae recipiunt per operationem Intelligentiarum; unde Dionysius dicit IV cap. *de Divinis Nominibus* 3) quod « *animae* » *per* Angelos fiunt participes « *illuminationum* » a Deo « *emanantium* » [cfr. 148. 348],

86. — Tertiam vero operationem Animae nobilis sive divinae ponit animalem [27] et exponit [30] quod animalis operatio est in hoc quod *ipsa movet Corpus primum et* per consequens *omnia corpora naturalia: ipsa* enim *est causa motus* in rebus.

87. — Et huius rationem postea [34] assignat: quia enim *Anima* est inferior *quam* Intelligentia utpote suscipiens *Intelligentia·: impressionem,* consequens est ut inferiori modo operetur *in* ea quae sunt *sub ipsa,* quam Intelligentia imprimat in subiecta sibi; quia causa primaria plus influit quam secunda, ut ex I propositione [1] patet. Intelligcntia autem imprimit in Anima sine motu, inquantum scilicet facit Animam cognoscere, quod est sine motu. Sed Anima *imprimit* in corpore *per motum* et id *quoi est sub ea* scilicet corpus, *non recipit* impressionem Animae *nisi* inquantum movetur ab ipsa [35].

h I a, c. I, 993 b 24-25; *Expos.,* II *Met.,* lect. 2, n. 292.
2) Vansteenkiste leg. « intelligibilis »; item, *infra* (82): « ut sit intelligibilis ». Saffrey confirmat. Similiter, *infra* (84): « esse intelligibile ».
3) C. 6, 1003 a ii ss.; *Expos.,* lect. 15, n. 526.

*)' *De divinis Norn.,* cap. V, § 2 (MG. III, S16CD'. *Expos.,* n. 258, lect. I, n. 612-613.
2) C. 7, 1072 b 24 ss.; *Expos.,* lect. 8, nn. 2539-2544.
3) § 2 (MG. III, 696 G) ex vers. I. Sarraceni paullispe: aptata: « *animae...* et inde *emanantium illuminationum* in participatione fieri » (cfr. *de div. Norn.,* edit, cit., η. 106; 920).

88. — Et consequenter, assignat causam quare dicendum sit quod motus corporum naturalium sit ab Anima. Videmus enim omnia corpora naturalia *directe* pervenire per suas operationes et motus ad debitos fines: quod non posset fieri, nisi ab aliquo intelligente dirigerentur. Ex quo videtur quod motus corporum sit ab Anima quae *influit virtutem suam* super corpora, movendo ea.

89. — Haec etiam positio non est rata in fide, scilicet quod motus caeli sit ab Anima: sed Augustinus hoc sub dubio relinquit in II *super Genesim ad litteram* '). Quod autem sit a Deo dirigente totam naturam et quod corporalis creatura moveatur a Deo mediantibus Intelligentiis sive Angelis, hoc Augustinus asserit in III *de Trinitate* † et Gregorius in IV *Dialogorum2).*

90. — Ultimo [36J autem concludit propositum, scilicet quod *Anima* nobilis habeat *tres* praedictas *operationes.*

91. — Ei autem quod dictum est de intellectu divino et anima divina concordat sententia Dionysii qui in IV cap. *de Divinis Nominibus*3) superiores Angelos vocat divinas *mentes* idest intellectus per quos etiam Animae *deiformi dono* participant *secundum* suam *virtutem.*

92. — Sed divinitatem accipit secundum coniunctionem ad Deum, non autem secundum universalem influentiam in causata. Illud enim est magis divinum: quia, et in ipso Deo, magis est id quod Ipse est quam quod in aliis causât.

1) Cap. XVIII, n. 38: « Solet etiam quaeri utrum coeli luminaria ista conspicua corpora sola sint, *an habeant rectores quosdam spiritus suos; et si habent, utrum ab eis etiam vitaliter inspirentur, sicut animantur carnes per animas animalium, an sola sine ulla permixtione praesentia.*
Quod licet in praesenti non facile comprehendi possit, arbitror tamen, in processu tractandarum Scripturarum, opportuniora loca posse occurrere, ubi nobis de hac re, secundum sanctae auctoritatis regulas, etsi non ostendere certum aliquid, tamen credere licebit.
Nunc autem, servata semper moderatione piae gravitatis, *nihil credere de re obscura temere debemus,* ne forte quod postea veritas patefecerit, quamvis libris sanctis sive Testamenti veteris sive novi nullo modo esse possit adversum, tamen propter amorem nostri erroris oderimus » S. Aurelii. Aug., *Hipp. Episcopi Opera Omnia,* Tomus tertius, Parisiis MDCLXXX, coi. 146, BC; ML. 34, 279-280). In qq. dd. *de Potentia,* VI, 6 legitur: « utrum autem aliquae substantiae incorporeae sint caelestibus corporibus unitae ut formae, Augustinus sub dubio reliquit ».

Vansteenkiste leg. « in III *de Trinitate* » et confirmat Saffrey (III *de Trin.* 4; ML. 42, 873). Cfr. XII *de Civitate Dei,* cap. XXIV: « *Angeli* autem, quos illi [h. e. " qui Platoni suo credunt "] deos libentius appellant, *etiamsi adhibent, vel iussi vel permissi, operationem suam rebus quae gignuntur in mundo,* tamen tam non eos dicimus creatores animalium quam nec agricolas frugum atque arborum» (S. Aur. Aug., ...*Opera Omnia,* Tomus septimus, Parisiis MDCLXXXV, coi. 322 G-323 A, ML. 41, 374); cfr. *ibid.,* VII, cap. XXX: « Agit autem multa etiam per Angelos » *{ibid.,* col. 186 A, ML. 41, 220).
2) Cap. VI: « Qua ex re pensandum est quia *in hoc quoque mundo visibili nihil nisi per creaturam invisibilem disponi potest » (S. Greg. Papae I, cognomento* Magni, *Opera Omnia,* Tomus secundus, Parisiis MDCCV, col. 381 C, ML. 77, 329 B).
3) § 2 (MG. III, 696 C) ex vers. I. Sarraceni: « et *deiformi dono secundum virtutem* participare » (cfr. *Expos.,* η. 107, lect. I, η. 291).

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM :

• ad n. 27: Ste leg. « habet tres operationes ».
■—: Edit., Ste leg. « intelligibiles », at in Expos. 78 leg. operationem intellectualem»: cfr. in textu procliano (prop. CCI): κ. τ. νοηράν ζ. » secundum intellectualem vitam»; νοερώζ - « intellectualiter ».
• ad η. 29: Edit., Ste leg. « intelligibiles », cfr. supra ad n. 27.
• ad n. 30: Ste; Edit. « primum corpus ».
• ad n. 31: Ste; Edit, quia ».
• ad n. 32: Ste; Edit. « id ».
• ad n. 33: Edit.; Ste: « sicut instrumentum ». H.-D. Dondaine *(A propos d'Avicenne et de Saint Thomas - De la causalité dispositive à la causalité instrumentale,* in ephem. *«Rev. Thomiste »* 1951, pag. 450, n. 3) doctores XIII saec. in libro *de Causis* abstractam theoriam causarum invenisse notat, quam per instrumentum » exponunt et R. Baco inde ab anno 1225, ut videtur. Hinc factum est ut amanuenses ubi leg. « stramentum », « instrumentum » scriberent. Cfr. quae infra notantur ad prop. CCI et lect. B « stramentum », quae certa est.
* —: Edit.; Ste: « in quod efficiat ».
* ad n. 34: Pa, Ste, Vel, Ant: « id ».
* —: in textu Vel, Ant, in *Expos.* (82) et cfr. adn.27.
* —: cfr. ad n. 27 et in textu Vel, Ant.
* —: Ste; Edit. add. « Intelligentia ».
* ad n. 35: Ste; Edit.: « imprimit vires ».
* —: Ste; Edit.: « corpus ».
* —: Ste; Edit.: « quoniam »; nota *Expos.* (88): « assignat *causam* ».
* ad n. 36: Ste; Vel, Ant: « divinam virtutem »; Pa: « vel divinam virtutem ».
* —: cfr. ad nn. 27, 29, 32.
* —: Ste; Edit.: « ostendimus et narravimus ».

IL QUOAD DOCTRINAM :

Propositio citata (64) talis est (CCI):

Πάσαι αί θείαι ψυχαί τριπλό εχουσιν ενέργεια, τά μεν ώ ψυχαί, τά δè ώ νοϋν υποδεξάμεναι θειον, τά δε ώ θεών έζηρτημέναι' καί προνοοϋσι μεν τών όλων ώ θεοί, γινώσκουσι δέ τά πάντα κατά την νοεράν ζωήν, κινοϋσι δε τά σώματα κατά την αύτοκίνητον υπαρζιν.

Διότι γάρ συμφυώ μετέχουσι Τών ύπερκειμένων καί είσιν ον ψυχαί άπλώ, άλλα θείαι ψυχαί, την άνάλογον τοΐ θεοΐ εν τώ ψυχικώ πλάτει προστησάμεναι τάξιν [prop. CLXXXV] *ένεργοϋσιν οϋ ψυχικώ μόνον, αλλά καί θείω, την ακρότητα τή εαυτών ουσία ενθεον λαχοϋσαι.*

Καί διότι νοεράν ύπόστασιν εχουσι, δι'ήν καί ύπεστρωμέναι ται νοεραϊ οϋσίαι τυγχάνουσιν [prop. CLXXXII], *ένεργοϋσιν οϋν ον θείω μόνον, αλλά καί νοερώ, την μεν κατά το εν το εν αύταΐ, την δε κατά τον νοϋν ίδρνσασαι ενέργειαν.*

Τρίτη δε αύταϊ πάρεστιν ή κατά την Ιδίαν ϋπαρξιν ενέργεια, κινητική μέν ύπάρχουσα τών φύσει ετεροκίνητων [prop. XX], *ζωοποιό δε τών επείσακτοι' έχόντων την ζωήν* [prop. CLXXXVIII]· *πόση γάρ ψυχή τοϋτό έστι το ίδιον ενέργημα, τά δε άλλα κατά μέθεξιν, ώ το νοεϊν καί προνοείν.*

Omnes divinae animae habent triplices actus: hos quidem ut animae, hos autem ut quae divinam mentem susceperunt, hos vero ut intime diis unitae; et universis quidem provident, ut dii; cognoscunt autem omnia, secundum intellectualem vitam; movent vero corpora, secundum per se mobilem existentiam.

Quoniam enim connaturaliter superiora participant et non sunt animae simpliciter, sed animae divinae, in psychica latitudine proportionatum diis ordinem sibi cumulantes, non tantum psychice operantur sed et divine, summitatem suae substantiae divinitus inspiratam sortitae.

Et quia intellectualem subsistentiam habent per quam et substratae inveniuntur intellectualibus substantiis, operantur igitur non tantum divine sed et intellectualiter: illum quidem actum, secundum Unum quod [est] in ipsis; hunc autem, secundum Mentem fundantes.

Tertius autem ipsis adest, secundum propriam existentiam actus, motivus quidem existens eorum quae natura [sunt] ab —alio— mota, vivificativus autem eorum quae vitam adventitiam habent.

Haec est enim omnis animae operatio propria; cetera vero per participationem, ut intelligere et providere.

* Quod in « Commentario » legitur sub n. 32: « *Quod est:* quia Causa prima causavit esse Animae mediante Intelligentia », elementum, ut videtur, extraneum inserit; forsan ex glossa marginali?

Expositio enim impedita apparet; e contra expedita videtur si simpliciter legatur: «31 - Et non efficit Anima has operationes nisi quoniam ipsa est exemplum superioris virtutis.

32 - Et propter illud facta est Anima efficiens operationem divinam » (cfr. n. 28).

* Quod ulterius dicitur (33): « posuit eam (Animam) sicut *stramentum* Intelligentiae », respondet iis, quae Proclus in prop. CCI scribit: *« ύπεστρωμέναι ται νοεραϊ ούσίαι »— substratae* intellectualibus substantiis (cfr. CXXI: dii omnia sibiipsis *subiicientes — ύποστρώσαντε ').*

Est autem doctrina Plotini qui *En.* V, 1, 3 facit « animam » universalem « materiam Mentis . *καλή δε καί νον ύλη,* cum sit mentiformis et simplex.

« Pulchra » quidem anima illa mundi a Stoicis excogitata ut homo, tamquam *microcosmos,* seipsunt perficiat ad imaginem *macrocosmi,* sed scopulis referta fit navigatio, ut videre est in *evolutione metaphysica theoriae mediarum potentiarum.*

* Propositio CXVI scopulosum illud mare intelligentibus aperit ita ut clarissime appareat doctrinam hanc excultam fuisse ad omnimodam exclusionem ne dicam oppugnationem Christianae doctrinae.

Propositio citata (66) ad declarationem doctrinae Neoplatonicorum, quae in fine libri rursus citatur (464) talis est (CXVI):

Πα θεό μεθεκτό έστι, πλήν του ενό.

"Οτι μεν γάρ εκείνο άμέθεκτον, δήλον, ίνα μή μετεχύμενυν καί τίνο διά τούτο γενόμενον μηκέτι πάντων όμοιων ή τών τε προόντων καί τών οντων αίτιον [prop. XXIV].

"Οτι δέ αί άλλαι ένάδε μετέχονται ήδη, δείξομεν ούτω. El γάρ εστιν άλλη μετά το

Omnis deus participabitis est, excepto Uno.

Quod autem Illud imparticipabile [sit] manifestum [est], ne, participatum et propter hoc alicuius factum, non amplius omnium similiuffl et praeentium et entium causa sit.

Quod vero aliae Unitates participentur, tali modo monstrabimus: si enim post Primum est

πρώτον άμέθεκτο ένά , τί όιοισει τοϋ ενό ; ή γάρ ωσαύτω εν έ,στιν, ι'όσπερ εκείνο — καί πώ τδ μεν δεύτερον, τδ δέ πρώτον; ή ούχ ώσαύτω , καί. τό μέν αντοέν. τδ δε εν τε καί ονχ εν. Αλλά τδ ονχ εν τοντο εί μέν μηδεμία ϋπόστασι , εσται μόνον εν εί δέ ύπόστασί τι άλλη παρά τδ εν, μετεχόμενον εσται τδ εν ύπδ τον ονχ ενό · καί. το μέν αυτοτελέ τδ έν, φ συνάπτει πρδ τδ αντοέν, ώστε τοντο πάλιν ό θεό ή θεό [CXIV]' τδ δέ ούχ εν ύποστάν έν μεθέξει τοϋ ένδ ύφέστηκε.

alia unitas imparticipabilis, quid differet ab Uno? Aut enim eodem modo est unum sicut [est] Illud et quomodo aliud quidem est secundum, aliud vero primum?

Aut non eodem modo et aliud quidem per-se-Unum; aliud vero « unum et non unum ». Sed hoc « non unum » si nulla quidem [sit] subsistentia, erit tantum « unum »; si vero alia quaedam subsistentia [sit] praeter unum, erit « unum » participatum a « non uno »; et aliud quidem per-se-perfectum unum quo coniungit ad per se Unum, unde hoc rursus [est] Deus qua Deus; aliud autem « non Unum » tamquam unum subsistens, participatione unius subsistit.

Μεθεκτή άρα έστι πάσα ένά μετά τδ έν υποστάσα, καί πα θεό μεθεκτό .

Omnis unitas igitur est participabitis subsistens post Unum, et omnis deus [est] participabilis.

Propositio citata (70) talis est (CXXIX):

Παν μέν σώμα θειον διά ψυχή έστι θειον τή έκθεουμένη , πάσα δέ ψυχή θεία διά τον θειον νοϋν, πα δέ νοϋ [Θειο] *κατά μέθεξιν τή θεία ένάδο ' καί ή μέν ένά αύτόθεν θεό , ό δέ νοϋ θειότατον, ή δέ ψυχή θεία, τδ δέ σώμα θεοειδέ .*

Omne quidem corpus divinum per Animam deificatam est divinum; omnis autem Anima [est] *divina propter divinam Mentem; omnis vero mens* [est *divina} secundum participationem divinae unitatis; et unitas quidem a seipsa* [est] *deus, Mens autem* [est] *divinissimum; anima vero divina et corpus deiforme.*

Εί γάρ καί υπέρ νοϋν έστιν άπα ό τών θεών αριθμό [prop. CXV], *αί δέ μεθέξει διά τών συγγενών καί τών όμοιων έπιτελοϋνται* [prop. XXXII], *ή μέν άμέριστο ουσία μεθέξει πρώτω τών υπερουσίων ένάδων, δευτέρω δέ ή γενέσεω έφαπτομένη, τρίτω δέ ή γένεσι · καί έκαστα διά τών προσεχώ ύπερκειμένων. Καί φοιτά μέν άχρι τών έσχατων έν τοϊ μετέχουσιν ή τών* Θεών *ίδιότη* [prop. CXXV], *διά μέσων δέ τών πρδ έαυτήν συγγενών.*

Si enim totus deorum numerus est supra Mentem et participationes per cognata et similia perficiuntur, impartibilis quidem substantia primarie participabit supersubstantiales Unitates; secundarie autem quae « fieri » tangit; tertio vero « fieri »; et singula per immediate superiora: proprietas deorum progreditur in participantibus usque ad extrema quidem, sed mediis illis quae sibi [sunt] cognata.

Ή γάρ ένά πρώτο) μέν τώ νώ δίδωσι τήν έαυτή έξαίρετον έν τοϊ θείοι δύναμιν, καί αποτελεί κάκείνον τοιοϋτον νοϋν, οΐα έστι καί αυτή κατά τδ ένιαΐον πλήθο .

Unitas enim primae quidem Menti suam in divinis distinctam potentiam dat et etiam Mentem illam talem perficit qualis est et ipsa [Unitas] secundum unitam multitudinem.

Ιιά *δέ νοϋ καί ψυχή πάοεστι, συνεξάπτουσα* [prop. LVI], *κάκείνην τώ νώ καί συνεκπυροϋσα, εί ό νοϋ ούτω εϊη μεθεκτό .*

Per Mentem vero etiam Animae adest, simul iungens et illam menti et simul inflammans, si Mens tali modo participabilis sit.

. ιιά *δέ ψυχή απήχημα τή οικεία Ιδιότητα καί τώ σώματι δίδωσιν, εί μετέχοι τι σώμα ψυχή ' καί οΰτιο γίνεται το σώμα ού μόνον έμψυχον καί νοερόν, άλλά καί θειον, ξωήν μέν καί κίνησιν λαβδν παρά ψυχή , διαμονήν δέ άλυτοι· άπδ νοϋ, ένωσιν δέ θείαν άπδ τή μετεχομένη ενάδο ' έκαστον γάρ τή έαυτοϋ ϋπάοξεω μεταδίδωσι τοϊ εφεξή* [prop. XVIII].

Per Animae vero resonantiam etiam Corpori suam proprietatem impertit, si corpus aliquid Animae participet; et ita Corpus fit non solum animatum sed intellectuale immo et divinum: vitam et motum accipiens ab Anima; insolubilem mansionem a Mente; unionem divinam ab Unitate participata; unumquodque enim sequentibus participationem suae existentiae dat.

Propositio citata (80) talis est (XVIII):

Παν τι') τώ είναι χορηγούν άλλοι αύτδ πρώτη: έστι τοϋτο, ού μεταδίδωσι τοϊ χορηγουμένοι .

Omne quod per esse dat aliis, ipsum primo est hoc cuius tradit recipientibus donationem.

Εί γάρ αύτώ τώ είναι δίδωσι καί άπδ τή έαυτοϋ ουσία ποιείται τήν μετάδοσιν, ο μέν δίδωσιν ύφειμένον έστι τή αύτοϋ ουσία , ο δέ έστι. μειξόνω έστι καί τελειοτέρω , ε'ίπερ πάν

Si enim ipso esse dat et de sui ipsius substantia communicationem praebet, quod dat est quidem inferius ipsius substantia; quod vero est, magis et perfectius est; siquidem omne sub-

V ? * ?· > V'JiSC·' *= «i

το υποστατικόν τίνο κρεΐττόν εστιν τή τον υφισταμένου φύσεω [prop. VII]. *Τού δοθεντό αρα τό έν αύτω τω δεδωκύτι προϋπάρκον, κρειττόνω εστΓ καί οπερ εκείνο μέν έστι, άλλ'ού ταύτόν εκείνο)· πρώτω γάρ εστι, τύ ὑε δευτέρω .*

'Ανάγκη γάρ η το αυτό είναι έκάτερον καί ενα λόγον άμφοτέρων, ή μηδέν είναι κοινόν μηδέ ταύτόν έν άμφοϊν, η τό μέν πρώτω είναι, τό δέ δευτέρω .

Ἀλλ'εί μέν ό αυτό λόγο , ούκ αν ετι τδ μέν αίτιον εΐη, τό δέ αποτέλεσμα· ούδ'άν τό μέν καθ'αυτό, τό δέ έν τω μετασχόντΓ ουδέ τό μέν ποιούν, τό δέ γινόμενον.

El δέ μηδέν εχοι ταύτόν, ούκ αν τω είναι Οάτερον ύφίστατο τό λοιπόν, μηδέν προ τό είναι τδ εκείνου κοινωνοϋν.

Λείπεται αρα τό μέν είναι πρώτω δ δίδωσι, τό δέ δευτέρω δ τό διδόν έστιν, εν οί αύτω τω είναι θάτερον εκ θατέρον χορηγείται.

stentativum alicuius, melius est naturâ substentati. Meliori igitur modo est quod praeexistit in illo qui dedit quam id quod datum fuit et est quidem quod illud [est] at non idem ipsi: primo enim [illud] est; aliud vero, secundo.

Necessarium est enim vel utrumque esse idem et amborum unam rationem; vel in ambobus nihil esse commune neque idem, vel illud quidem primo esse hoc autem secundo.

Sed si quidem eadem ratio [utrisque] non amplius illud quidem erit causa hoc autem effectus; neque illud quidem [erit] per se, hoc autem in participante; neque illud quidem [erit] faciens, hoc autem quod fit.

Si autem nihil habet idem, alterum [eorum] per esse non subsistet, de cetero nihil relate ad esse quod [est] illius, communicans.

Relinquitur ergo hoc quidem esse primo quod dat, hoc autem [esse] secundo quod est dans, in quibus ipso esse alterum ex altero ministratur.

Angelicus Doctor prop, hanc in versione G. de M. legit; unde « omne *dans esse* » respondet *communi* lectioni: « *παν τό τό είναι χορηγούν*» et quae sequuntur: «ipsi *dat esse*» respondent lect. « *αύτω τό είναι δίδωσι* ». Correctio tamen est necessaria, notat Dodds (pag. 205): « *παν τό τω είναι* » et inde: « *αύτω τω είναι* », *ex* primaeva lect. [M]. Metaphysica neoplatonico-procliana rursus *naviter* intellegitur.

III. QUOAD USUM DOCTRINALEM :

n. 27: *de Verit.* V, 9, 7a: « in libro II *de Causis* super illa propositione: " omnis Anima nobilis tres habet operationes " dicit commentator quod Anima agit in naturam cum divina virtute quae est in ea » [28].

n. 28: *de Pot.* III, ic: « dicitur in lib. *de Causis* quod Anima nobilis habet operationem divinam in quantum dat esse » [32].

n. 32: S. *Th.* I, 45, 5c: « dicitur in lib. *de Causis* quod nec Intelligentia nec Anima nobilis dat esse nisi inquantum operatur operatione divina » [148].

— 5. *C. G.* III, 66; 2414b: « in libro etiam *de Causis* dicitur quod nec Intelligentia dat esse nisi inquantum est divina, idest, inquantum agit in virtute divina» [172].

— *de Pot.* VII, 2c: « ...dicitur in libro *de Causis* quod Intelligentia non dat esse nisi inquantum est divina» [37].

n. 32: S. *Th.* I, 90, 3: « *quidam* posuerunt quod Angeli, secundum quod operantur in virtute Dei *causant* animas rationales ».

— *de Verit.* XXII, 9c: « secundum illos qui ponunt animam creatam ab intelligentiis ».

— *de Pot.* Ill, 4c: « quorumdam philosophorum fuit positio quod Deus creavit creaturas inferiores mediantibus superioribus, ut patet in libro *de Causis* ».

— *ibid.* Ill, 4, ad 10: « error iste expresse in libro *de Causis* invenitur quod creaturae inferiores creatae sunt a Deo, superioribus mediantibus » [148; 348],

* Dantes Alligherius: « ...pero è scritto nel libro delle Cagioni: " ogni anima nobile ha tre operazioni cioè animale, intellettuale e divina " », *Convivio,* trat. IV, cap. 21; R. Murari, *art. cit.,* pag. 106.

PROPOSITIO IV. LECTIO IV.

Distinctionem secundi gradus scilicet Intelligentiae ostendit.

37 — *Prima rerum creatarum est esse et non est ante ipsum creatum aliud.*

38 — *Quod est:* quia esse est supra sensum et supra Animam et supra Intelligentiam et non est post Causam primam latius neque prius causatum ipso.

39 — Propter illud * ergo factum est superius creatis * rebus omnibus et vehementius unitum.

40 — Et non est factum ita nisi propter suam propinquitatem Esse puro et Uni * vero, in quo * non est multitudo aliquorum modorum.

41 — Et esse creatum * quamvis sit unum, tamen multiplicatur, scilicet quia ipsum recipit multiplicitatem.

42 — Et ipsum quidem non est factum multa, nisi quia ipsum * quamvis sit simplex et non sit in causatis simplicius ipso, tamen est compositum ex finito et infinito.

43 — *Quod est* : quia omne quod ex eo * sequitur Causam primam est « *dchili* » * [idest Intelligentia] completa et ultima in * potentia et reliquis bonitatibus,

44 — Et formae intelligibiles in ipso sunt latiores et vehementius universales. Et quod ex eo est inferius est Intelligentia. Verumtamen est * sub illa Intelligentia in complemento et virtute et bonitatibus et non sunt formae intelligibiles in illa ita dilatatae, sicut est earum latitudo in illa Intelligentia. Et esse quidem creatum primum est * Intelligentia totum, verumtamen Intelligentia in ipso est diversa per modum quem diximus.

45 — Et quia diversificatur Intelligentia, fit illic * forma intelligibilis diversa: et sicut ex forma una propterea quod diversificatur in mundo inferiori proveniunt individua infinita in multitudine, similiter ex esse causato primo, propterea quod diversificatur, apparent formae intelligibiles infinitae.

46 — Verumtamen, quamvis diversificentur, non seiunguntur ab invicem, sicut est seiunctio individuorum,

47 — *Quod est:* quoniam ipsae uniuntur absque corruptione et separantur absque seiunctione, quoniam sunt unum habens multitudinem et multitudo in unitate.

48 — Et Intelligentiae primae influunt supra Intelligentias secundas, bonitates * quas recipiunt a Causa prima et intendunt bonitatem in eis, usquequo consequuntur ultimum earum T).

x) Notat S. Thomas (111, 130) « in quibusdam libris » sub unica propositione IV, quarta et quinta ponuntur. Unde factum est quod aliquando XXXI, aliquando vero XXXII propositiones in hoc libro numerantur. In altera tamen versione *hebraica,* peracta ab Hillel ben Samuel ben Elasar, qui studiis Toleti operam dabat (1263) et medicinae opus exercebat Forolivii (1291), liber est « *Tractatus XXXII thesium* ».

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

93. — Postquam auctor huius libri distinxit triplicem gradum superioris esse et ostendit quomodo participative invenitur totum in infimo eorum, nunc intendit ostendere distinctionem secundi gradus, scilicet ipsius esse quod est cum aeternitate.

94. — Nam primum gradum qui est Causae primae existentis ante aeternitatem, praetermittit quasi indivisum, ut dictum est [45],

95. — In hoc tamen, aliter procédit quam in aliis: nam in omnibus aliis praemittit propositionem et, posita expositione, propositionem praemissam probat; hic autem more dividentium, primo praemittit quod est commune [37]; secundo, illud dividit, ibi [41]: *Et esse causatum quamvis sit unum;* tertio, inter partes divisionis differentiam assignat, ibi [43]: *Quod est: quia omne quod ex eo sequitur.*

96. — Id autem quod est commune omnibus Intelligentiis distinctis est esse causatum primum de quo praemittit talem propositionem [37]: *Prima rerum creatarum est esse et non est ante ipsum creatum aliud.*

97. — Et etiam hanc propositionem Proculus in suo libro ponit [CXXXVIII] sub his verbis: *Omnium participantium divina proprietate et deificatorum primum est et supremum ens.*

98. — Cuius quidem ratio est secundum positiones platonicas quia, sicut supra dictum est [66] quanto aliquid est communius, tanto ponebant illud esse separatum et quasi prius a posterioribus participatum et sic esse posteriorum causam. In ordine autem eorum quae de rebus dicuntur, communissimum ponebant unum et bonum, communius etiam quam ens, quia bonum vel unum de aliquo invenitur praedicari de quo non praedicatur ens, secundum eos: scilicet, de materia prima, quam Plato coniungebat cum non-ente, non distinguens inter materiam et privationem, ut habetur in I *Physic.* [1] et tamen materiae attribuebat unitatem et bonitatem, inquantum habet ordinem ad formam. Bonum enim non solum dicitur de fine, sed de eo quod est ad finem.

Sic igitur summum et primum rerum Principium ponebant Platonici ipsum Unum et ipsum Bonum separatum. Sed post unum et bonum, nihil invenitur ita commune sicut ens et ideo ipsum ens separatum ponebant quidem creatum utpote participans bonitatem et unitatem, tamen ponebant ipsum primum inter omnia creata.

99. — Dionysius autem ordinem quidem separatorum abstulit, sicut supra dictum est [72-74], ponens eumdem ordinem quem et Platonici, in perfectionibus quas ceterae res participant ab uno principio quod est Deus: unde in IV cap. *de Divinis Nominibus* [2]) praeordinat nomen boni in Deo, omnibus divinis nominibus et ostendit quod eius participatio usque ad non-ens extenditur, intelligens per non-ens materiam primam. Dicit enim: « *et si fas est dicere bonum quod est super omnia existentia et ipsum nonexistent desiderat* »[3]).

100. — Sed inter ceteras perfectiones a Deo participatas in rebus, primo ponit esse. Sic enim dicit V cap. *de Divinis Nominibus* [1]) « *ante alias* Dei *participationes esse propositum est et est ipsum secundum se esse senius eo quod est per se vitam esse et eo quod est per se sapientiam esse et eo quod est per se divinam similitudinem esse* ».

101. — Secundum quem modum etiam auctor huius libri hic intelligere videtur. Dicit enim quod huius [37] ratio est *quia esse est supra sensum et supra Animam et supra Intelligentiam* [38]. Et quomodo sit supra ista, ostendit subdens: *et non est post Causam primam latius,* idest aliquid communius et per consequens *neque prius causatum ipso.* Causa autem prima est latior, quia extendit se etiam ad non-entia, secundum praedicta [98]. Et ex hoc concludit [39] quod *propter illud* quod dictum est, ipsum esse *factum est superius omnibus rebus creatis* quia, scilicet, inter ceteros Dei effectus communius est *et* est *vehementius unitum,* idest magis simplex. Nam ea quae sunt minus communia videntur se habere ad magis communia per modum additionis cuiusdam.

102. — Videtur tamen non esse eius intentio ut loquatur de aliquo esse separato, sicut Platonici loquebantur; neque de esse participato communiter in omnibus existentibus, sicut loquitur Dionysius; sed de esse participato in primo gradu entis creati, quod est *esse superius* [19]. Et quamvis *esse superius* sit et in Intelligentia et in Anima,, tamen in ipsa Intelligentia prius consideratur ipsum esse quam intelligentiae ratio et similiter est in Anima. Et propter hoc praemisit [38] quod est supra Animam et supra Intelligentiam.

103. — De hoc igitur esse in Intelligentiis participato rationem assignat quare sit maxime *unitum* [39]: dicit [40] enim quod hoc contingit *propter propinquitatem suam* primae Causae quae est esse purum subsistens et est vere unum non participatum, *in quo non* potest aliqua *multitudo* inveniri differentium secundum essentiam: quod autem est propinquius Ei quod est per se unum est magis unitum, quasi magis participans unitatem. Unde Intelligentia quae est propinquissima Causae primae habet esse maxime unitum.

104. — Deinde, cum dicit [41]: *Et esse causatum quamvis sit unum,* ostendit rationem distinctionis quae potest esse in Intelligentiis secundum essentiam.

105. — Ubi considerandum est quod si

1) C. 9, 191 b 35-192 a 16; *Expos.,* lect. 15, nn. 2-5.
2) § 1 (MG. III, 693 B); cfr. *Expos.,* n. 95, lect. I, n. 261.
3) § 3 (MG. III, 697 A) ex vers. I. Sarraceni; cfr. *Expos.,* III, lect. II, n. 295-298.

1) § 5 (MG. III, 820 A) ex vers. I. Sarraceni, posito nomine Dei: « *ante alias* Ipsius *participationes* cfr. *Expos.,* n. 266, lect. I, n. 632-635,

aliqua forma vel natura sit omnino separata et simplex, non potest in ea cadere multitudo, sicut si aliqua albedo esset separata, non esset nisi una; nunc autem inveniuntur multae albedines diversae, quae participant albedinem. Sic igitur si *esse* causatum primum esset esse abstractum, ut Platonici posuerunt, tale esse non posset multiplicari sed esset unum tantum. Sed quia *esse causatum* primum est esse participatum in natura Intelligentiae, multiplicabile est secundum diversitatem participantium.

106. — Et hoc est quod dicit [42]: *et ipsum quidem* scilicet esse causatum primum *non est factum multa* idest distinctum in multas Intelligentias, *nisi quia* licet *ipsum sit simplex et non sit in causatis* aliquid *simplicius* **eo**, *tamen est compositum ex finito et infinito ')*.

107. — Quam quidem compositionem etiam Proculus ponit LXXXIX propositione, dicens: *Omne enter ens ex fine est et infinito.* Quod quidem secundum ipsum sic exponitur: omne enim immobiliter ens infinitum est secundum potentiam essendi; si enim quod potest magis durare in esse est maioris potentiae, quod potest in infinitum durare in esse est quantum ad hoc infinitae potentiae [cfr. LXXXIVJ.

108. — Unde ipse praemisit in LXXXVI propositione: *Omne enter ens, infinitum est; non secundum multitudinem neque secundum magnitudinem, sed secundum potentiam solam,* scilicet existendi, ut ipse exponit.

109. — Si autem aliquid sic haberet infinitam virtutem essendi quod non participaret esse ab alio, tunc esset solum infinitum et tale est Deus, ut dicitur infra XVI propositione [132-133]. Sed si sit aliquid quod habeat infinitam virtutem ad essendum secundum esse participatum ab alio, secundum hoc quod esse participat, est finitum: quia quod participatur non recipitur in participante secundum totam suam infinitatem, sed particulariter. Intantum igitur Intelligentia est composita in suo esse ex finito et infinito, inquantum natura Intelligentiae, infinita dicitur secundum potentiam essendi et ipsum esse quod recipit est finitum. Et ex hoc sequitur quod esse Intelligentiae multiplicari possit, inquantum est esse participatum: hoc enim significat compositio ex finito et infinito.

110. — Deinde, cum dicit [43]: *Quod est: quia omne...* ostendit differentiam inter membra divisionis, scilicet inter Intelligentias multiplicatas.

111. — Et hoc tripliciter: primo, quidem, quantum ad diversam perfectionem earum; secundo, quantum ad influentiam quarumdam super alias; ibi [48]: *Et Intelligentiae primae...;* tertio, quantum ad effectum Intelligentiarum in Animabus et hoc in sequenti propositione quae, in quibusdam libris, invenitur coniuncta cum isto commento et incipit [49]: *Intelligentiae superiores....*

112. — Circa primum, duo facit: primo, ostendit differentiam; secundo, excludit quamdam dubitationem, ibi [46]: *Et quia diversifleatur....*

113. — Circa primum ergo considerandum est quod duplicem differentiam Intelligentiarum assignat: unam quidem quantum ad naturam ipsarum [43]; aliam vero quantum ad species intelligibiles per quas intelligunt [44].

114. — Quantum autem ad naturas ipsarum, necesse est quod naturae earum diversificentur secundum ordinem quemdam: non enim est in eis materialis differentia, sed formalis. Non enim sunt composita ex materia et forma, sed ex natura quae est forma et esse participato, ut dictum est [109]. In his autem quae materialiter differunt nihil prohibet inveniri multa ex aequo se habere: nam in substantiis, individua unius speciei aequaliter speciei rationem participant. In accidentibus etiam possibile est diversa subiecta aequaliter participare albedinem. Sed in his quae formaliter differunt, semper quidam ordo invenitur.

115. — Si quis enim diligenter consideret in omnibus speciebus unius generis semper inveniet unam alia perfectiorem, sicut in coloribus albedinem et in animalibus hominem. Et hoc ideo quia quae formaliter differunt, secundum aliquam contrarietatem

') Recolantur S. Bonaventurae verba *(in Hexaemeron,* coll. IV, 12): » Quinta divisio est in *simplex* et *compositum;* et hic etiam sunt multi errores ut dicere quod aliqua creatura sit simplex, *quia tunc esset purus actus,* quod est solius Dei; et attribuere quod est Dei creaturae periculosum est.

ı Minus ergo est periculum dicere quod Angelus sir compositus, *etiam si verum non sit,* quam quod sit simplex; quia hoc ego attribuo Angelo, nolens ei attribuere quod est Dei, propter pietatem quam habeo ad reverentiam Dei · (S. Bonaventurae, *Opera Omnia,* t. V, ad Claras Aquas, 1891, pag. 351 a).

Mens S. Thomae plenius percipitur: de simplicitate Dei 109, 370, 371); de substantia simplici et composita 109, 395; lect. 28-29). Ipse autem clare et explicite monet: ı Mon *est autem opinandum* quod, quamvis substantiae non sint corporeae, nec ex materia et forma compositae, nec in materia existentes sicut formae materiales, quod propter hoc, *divinae simplicitati adaequentur.* Invenitur enim in cis *aliqua compositio* ex eo quod non est idem in eis *esse* et *quod est* » *(contra Gent.* II, cap. 52, 1273); cfr. I, q. 50, a. 2 ad 3.

differunt: est enim contrarietas differentia secundum formam, ut Philosophus dicit in X *Metaphysic.* 1). In contrariis autem semper est unum nobilius et aliud vilius, ut dicitur in I *Physic.* 2). Et hoc ideo, quia prima contrarietas est privatio et habitus, ut dicitur in X *Metaphys.* 3). Et propter hoc, in VIII *Metaphys.* 4) Philosophus dicit quod species rerum sunt sicut numeri, qui specie diversificantur secundum additionem unius super alterum.

116. — Manifestum est autem quod quanto aliquid est perfectius, tanto propinquius est Uni perfectissimo. Unde hanc differentiam ponit quantum ad Intelligentiarum naturam quod illius esse intellectuale, quod immediate *sequitur Causam primam, est Intelligentia completa, ultima* completione, quantum ad esse causatum *in potentia* essendi *et reliquis bonitatibus* consequentibus. Illud vero esse intellectuale quod *est inferius* [44] in ordine Intelligentiarum retinet quidem naturam et rationem Intelligcntiae, sed tamen *est sub* superiori *Intelligentia in complemento* naturae *et virtute* essendi et operandi *et* in omnibus *bonitatibus* sive perfectionibus.

117. — Quantum ad secundam differentiam quae est ex speciebus intelligibilibus [44], supponit quod Intelligentiae per quasdam species intelligibiles intelligant; et quod huiusmodi intelligibiles species maiorem habeant amplitudinem et universalitatem quam in inferioribus Intelligentiis. Et hoc, quidem, nunc indiscussum dimittatur; manifestabitur enim infra in X propositione [92] quae tota super hoc procedit.

118. — Deinde, cum dicit [45]: *Et quia diversificatur,* removet quamdam dubitationem. Quia enim dixerat species intelligibiles in superioribus et inferioribus Intelligentiis esse differentes, posset hoc alicui falsum videri, propter hoc quod res intellecta est una.

119. — Et ideo ostendit quomodo huiusmodi species intelligibiles diversificentur et primo inducit ad hoc, quoddam exemplum [45]; secundo, ostendit differentiam; ibi [46]: *Verumtamen, quamvis diversificentur....*

120. — Circa primum, considerandum est quod, sicut supra dictum est [67], Platonici ponebant Formas rerum separatas, per quarum participationem, Intellectus fierent intelligentes actu, sicut per earum participationem Materia corporalis constituitur in hac vel in illa specie.

121. — Et idem sequitur, si non ponamus plures Formas separatas sed, loco omnium illarum, ponamus unam primam Formam, ex qua omnia deriventur, sicut supra dictum est [72-74], secundum sententiam Dionysii, quam videtur sequi auctor huius libri [75] nullam distinctionem ponens in Esse divino.

122. — Sic igitur cum Intelligentiae sint diversae secundum essentiam, ut supra dictum est [114-116], oportet quod formae intelligibiles participatae sint diversae et differentes in diversis Intelligentiis, sicut et diversae formae participatae *in* hoc *mundo* sensibili inveniuntur, secundum diversitatem individuorum participantium formas praedictas.

123. — Deinde, cum dicit [46]: *Verumtamen quamvis...* ostendit diversitatem in praedicto exemplo.

124. — Quia formae b sensibiles, participatae in diversis individuis, sunt formae individuatae et *ab invicem seiunguntur* ea seiunctione qua unum individuum seiungitur ab alio, ita quod ambae formae non pertinent ad existentiam unius rei sed diversarum. *Non* sic autem *seiunguntur* formae intelligibilcs ex eo quod sunt in diversis Intelligentiis sive Intellectibus, quia non efficiuntur per hoc formae individuales, sed retinent vim suae universalitatis, inquantum quaelibet earum in Intellectu cui inest causât universalem cognitionem eiusdem rei intellectae.

125. — Et huius ratio ex supradictis [98-99] apparet: cum enim formae rerum sive sint divisim per se stantes sive uniantur in uno Primo habeant esse universalissimum et divinum, manifestum est quod quanto magis appropinquatur ad hoc universalissimum esse formarum, tanto formae sunt universaliores.

126. — Et secundum hoc, dixit [44] quod *formae* participatae in superioribus Intellectibus sunt universaliores. Illud autem quod est infimum in rebus est Materia corporalis, unde recipit huiusmodi formas ut particulares, absque omni universalitate. Et hoc est quod dicit [46] quod *quamvis* formae intelligibiles *diversificentur* in diversis Intelligentiis, tamen

1) C. 9, 1058 b 1 ss.; *Expos.,* lect. n, nn. 2131-2133.
2) C. 5, 189 a 3-4; *Expos.,* lect. 10, n. 7.
3) C. 4, 1055 a 33 ss.; *Expos.,* n. 848, lect. 6, nn. 2036-2038.
4) C. 3, 1043 b 36-1044 a 2; *Expos.,* n. 718, lect. 3, nn. 1723 sq.

b Saffrey leg.: «Formae enim...».

non hoc modo dividuntur *ab invicem* sicut dividuntur diversa individua in rebus sensibilibus, quia simul habent *unum* cum multitudine: unum quidem ex parte universalitatis; *multitudinem* autem secundum diversum modum participationis in diversis Intellectibus [47].

127. — Et per hoc totaliter b excluditur ratio Averrois, volentis probare unitatem Intellectus per unitatem intelligibilis formae. Existimavit enim quod si formae intelligibiles sunt diversae in diversis intellectibus, quod sint individuatae et intelligibiles in potentia et non in actu: quod per praemissa [124, 126] frivolum esse patet.

128. — Deinde, cum dicit [48]: *Et intelligentiae...* ponit secundam differentiam quae sequitur ex prima.

129. — Invenimus enim in quolibet rerum ordine, quod id quod est in actu agit in id quod est in potentia. Semper autem quod est perfectius comparatur ad minus perfectum ut actus ad potentiam et ideo perfectiora in quolibet genere nata sunt agere in imperfectiora. Cum igitur superiores Intelligentiae sint completiores, in virtute et reliquis bonitatibus, Intelligentiis inferioribus, consequens est quod sicut prima Causa influit in superiores Intelligentias, ita superiores Intelligentiae influant in inferiores et sic usque ad ultima.

b Cfr. qq. dd. *de Anima* a. 3: « Sed hoc *patet frivolum esse...* · et resp. ad 17, ubi, in fine, prop. X (92 a), meminit. Hic « totaliter » haud absque significatione ponitur. Aegidius Romanus observationem Angelici Doctoris excipit in suo commentario: « Notandum quod secundum *quosdam* per dicta huius authoris potest solvi ratio Commentatoris ponentis unitatem intellectus... » {*cit.* C. Fabro, art. Tommaso d'Aquino in *Enc. Cattolica* XII, 263). Quae autem postea subiungit, non suggillare Magistrum sed expositam doctrinam confirmare videntur, salvo meliori iudicio.

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM:

* ad n. 39: « Propter illud » leg. Vel, Ant, Ste; Pa: «propter id».
* —: ita in *exposit.* (101) et Ste; Edit.: « causatis ».
* ad n. 40: leg. Vel, Ant, Ste; Pa: « uni et vero ».
* —: in *exposit.* (103) et Ste; Edit.: « in quo vero non est » (Vel, Ant); « in quo vero est » (Pa).
' ad n. 41: Ste; Edit.: « causatum ».
* ad n. 42: Edit. add. « esse »; in *exposit.* (106) et Ste: « quia ipsum ».
* ad n. 43: Vel, Ant: « et infinito, quod est. Quia »; Pa: « et infinito. Et »; *corr.* ex consueto modo vertendi: « Quod est: quia »; consentit Ste.
* —: Ste legit; Vel, Ant: « esse quod ex eo »; Pa: « omne quod sequitur ».
* —: leg. Ste (cfr. 52), inde explicatur nota: *idest;* edit. « actus », sed in *exposit.* (116): « est Intelligentia ».
* —: Ste (cfr. *expos.* 116); Edit.: « completa in ultima pot. ».
* ad n. 44: in *exposit.* (116) et Ste; Edit.: « sub illa est intelligentia ».
* —: Edit. add. « in »; om: Ste.
* ad n. 45: Ste; Edit.: « in eo ».
* ad n. 48: Ste; Edit.: « virtutes et bonitates ».

II. QUOAD DOCTRINAM:

Propositio citata (97) talis est (CXXXVIII):

Πάντων των μετεχύντων τη θεία Ιδιότητο καί έκθεονμένων πρώτιστόν εστι καί άκρότατον τό *ον.*

Εί γάρ καί τοΰ νοϋ καί τή ζωή επέκεινα τό *δν, ώ δέδεικται* [prop. CI], *εΐπερ πλείστων τούτο μετά το* nΕν *αίτιον, άκρότατον αν* εϊ'/; *το δν. Τούτων μεν γάρ ενικώτερον, καί διά τούτο* πάντω *σεμνότερον* [prop. LXII]' *άλλο δε* .v'jô *αυτόν ουκ εστι πλήν τον Ενό .*

Προ γάρ τον ενιαίου πλήθου τί άλλο ή τό Aι·.· *πλήθο δε ενιαίοι· τό δν, ώ εκ πέρατο όν καί απείρου* [prop. LXXXIX].

Καί όλω προ τή ουσία τό υπερούσιον μόνον· επεί καί εν ται ει τά δεύτερα έλλάμγεσι μόνον τό "Εν επέκεινα φθάνει τον δντο [prop. LXXII]' τό *δε δν ευθύ κατά τό "Εν.*

Omnium participantium divina proprietate et deificatorum supremum et summum [est] *Ens.*

Si enim Ens ultra Mentem et Vitam [est] sicut demonstratum est, siquidem post Unum hoc est plurium causa, summum erit Ens: horum enim [est] magis unitum et propter hoc totaliter [est] maiori excellentia praeditum; ante ipsum autem aliud non est, Uno excepto.

Nam ante unitam multitudinem quid aliud [est] quam Unum? Ens autem [est] unita multitudo, tamquam ex fine et infinito ens.

Et universaliter, ante substantiam [est] supersubstantiale tantum, quoniam et in illuminationibus super secunda solummodo Unum ultra Ens sistit; Ens autem statim [est] post Unum.

Το γάρ δυνάμει δν, ονπω δέ δν, έν έστι κατά την έαυτοϋ φύσιν· και τό μετά τοϋτο ηδη ένεργεία δν.
Καί έν ταΐ άρχαΐ άρα τον δντο επέκεινα ευθύ τό μη ον ώ κρεΐττον τοϋ δντο καί εν.

Quod enim potentia [est] ens nondum autem ens, unum est secundum suam naturam et quod [est] post ipsum iam [est] actu ens.
Et in Principiis ergo, trans Ens statim [est] Non-Ens, tamquam Entis melius et Unum.

Ut haec metaphysica Entis idealis clarius percipiatur, propositio a Proclo citata apponenda quae talis est (CI

Πάντων τών νον μετεχόντων ηγείται ô άμέθεκτο νου, καί τών τή ζωή ή ζωή, καί τών τοϋ δντο το δν αυτών δέ τούτων τό μέν δν προ τή ζωή ή δέ ζωή πρό τοϋ νοϋ.
Διότι μέν γάρ εν έκάστη τάξει τών δντων πρό τών μετεχομένων έστιτά άμέθεκτα [prop. C] *δει πρό τών νοερών είναι τον νοϋν καί πρό τών ζώντων την ζωήν καί πρό τών δντων τό δν.*
Διότι δέ προηγείται τό τών πλειόνων αίτιον ή τό τών έλαττόνων [prop. LX], *έν έκείνοι τό μέν δν έσται πρώτιστον πάσι γάρ πάρέστιν, οΐ ζωή καί νου — ζών γάρ πάν καί νοήσεω μετέχον, έστιν εξ ανάγκη — ούκ εμπαλιν δέ, ού γάρ τά δντα πάντα ζή καί νοεί.*
Δευτέρα δέ ή ζωή' πάσι γάρ, οΐ νοϋ μέτεστι, καί ζωή μέτεστιν, ούκ εμπαλιν δέ' πολλά γάρ ζή μέν, γνώσεω δέ άμοιρα απολείπεται.

Τρίτο δέ νοϋ ' παν γάρ τό γνωστικόν όποσοϋν καί ζή καί εστιν.
El ούν πλειόνων αίτιον τό δν, έλαττόνων δέ ή ζωή, καί ετι έλαττόνων δ νοϋ, πρώτιστον τό δν, είτα ζωή, είτα νοϋ.

Omnibus Mentem partecipantibus praeest Mens imparticipabilis et vitam [participantibus] *Vita et ens* [participantibus] *Ens,- horum autem ipsorum Ens* [est] *ante Vitam et Vita ante Mentem.*
Quoniam enim, in unoquoque entium ordine, ante participantia sunt imparticipabilia, ante intellectualia esse debet Mens, et ante viventia Vita et ante entia Ens.
Quoniam autem quod plurium est causa praecedit quod pauciorum, in illis Ens quidem erit primissimum; omnibus enim adest quibus vita et mens: omne enim vivens et intellectionis particeps, necessario est; non autem e converso: non enim omnia entia vivunt et intelligunt.
Secunda [est] Vita; omnibus enim ad quae pertinet mens et vita pertinet, non e converso; multa enim vivunt quidem cognitionis vero expertia relinquuntur.
Tertia est Mens; omne enim quod quomodocumque est cognitivus, et vivit et est.
Si igitur plurium causa est Ens, pauciorum vero Vita et adhuc pauciorum [est] Mens, supremum est Ens, postea Vita, postea Mens.

Trias *δν - ζωή - νοϋ* invenitur et in theologia Porphyrii (Procl. *in Tim.* Ill, 64) Iamblichi *(ibid.* 45), Theodori Asinensis *(ibid.* II, 274; III, 64), aliorumque.
Dionysius quaestionem tractat *(de D. N.,* cap. V, § 2. 3; cap. XI, § 6) non quidem doctrinam a Proclo accipiendo ut quibusdam placet (Dodds, pag. 253) sed, per metaphysicam virtualitatis, communem quaestionem solvendo.
Triadica series rerum ultimo in Uno colligitur, ut ex propositione patet quae talis est (C

Πάσα μέν σειρά τών όλων ει άμέθεκτον άρχήν κ(ά αιτίαν άνατείνεται, πάντα δέ τά άμέθεκτα τή μια έξέχεται τών πάντων αρχή.

El γάρ έκάστη .σειρά ταυτόν τι πέπονθεν, έστι τι έν έκάστη ήγεμοϋν τό τή ταυτότητα αίτιοι" ώ γάρ τά δντα πάντα άφ'ένό [prop. XI], *ουτω και πάσα σειρά άφ'Ένό* [prop. XXI].
Πάσαι δέ αύ al άμέθεκτοι μονάδε ει τό Έν ανάγονται, διότι πάσαι τφ Ένί ανάλογον [prop. XXIV]' *ή ούν ταύτόν τι καί αύται πεπόνθασι, την προ τό Έν αναλογίαν, ταύτη ει το Έν αύταΐ ή αναγωγή γίνεται.*
Καί ή μέν άπό τοϋ Ενό πάσαι, ούδεμία τούτων αρχή έστιν, άλλ'ώ άπ'άρχή εκείνη ' ή δέ έκάστη άμέθεκτο, ταύτη άρχή έκάστη [prop. XCIX].

Τινών ούν άρχαί ούσαι τή πάντων άρχή έξέχονται. Πάντων γάρ αρχή έστιν ή πάντα

Omnis series universalium ad imparticipabile Principium et causam extenditur, omnia vero imparticipabilia ab unico omnium Principio dependent.
Etenim si unaquaeque series idem quid patitur, in unaquaque est aliquid Dominans quod identitatis causa [est]; sicut igitur omnia entia [sunt] ab uno [ente] ita omnis series ab Uno.
Rursus autem omnes imparticipabiles monades in Unum reducuntur, quoniam omnes Un: [sunt] analogum [quid]: in quantum igitur idem quid patiuntur, analogiam ad Unum, in tantum reductio ad Unum fit in ipsis.
Et in quantum omnes quidem ab Uno [sunt;, nulla earum est principium, sed sicut a Principio illo; in quantum vero unaquaeque [est] imparticipabilis, eatenus unaquaeque [est] principium.
Quae igitur aliquorum principia sunt ab omnium Principio dependent: omnium enim

μετείληφεν μετείληγε δέ πάντα μόνου τοϋ σρ··>τον, των δε άλλων ού πάντα, αλλά τινά.

I/ό καί τό απλώ πρώτον εκείνο, τά δέ προ τινά μεν τάξιν έστί πρώτα, άπλώ ού πρώτα.

Principium est quod omnia participant. Tantummodo autem Primum omnia participant; alia autem non omnia sed quaedam.
Ideo, Primum simpliciter [est] illud, alia autem relate quidem ad aliquem ordinem prima sunt, simpliciter autem non [sunt] prima.

Proclus ipse distinctionem hic positam explicat prop. XCIX in conclusione:

... ούκ άρα ή άμέθεκτον, ταύτη άπ'αίτία έστίν
ή μέν γάρ άπ'αίτία, μετέχον έστί καί ούκ ίμέθεκτον·
ή δέ άμέθεκτον. μετεχομένων αίτιον, άλλ'ούκ μετέχον άλλων.

...non igitur inquantum [est] imparticipabile, intantum est a causa: quoniam *inquantum* quidem [est] *a causa, participans* est et non imparticipabile; *inquantum* vero *est imparticipabile,* [est] *causa participatorum* sed non ipsum *participans aliorum.*

Propositio citata (107) talis est (LXXXIX):

Ibir τό δντω δν έκ πέρατό έστι καί απείρου.
Κι γόο άπειροδύναμόν έστι, δήλον ότι άπειρόν έστι καί ταύτη έκ τοϋ άπειρου ύφέστηκεν.
El δέ άμερέ καί ένοειδέ, ταύτη πέρατο ιιτιίληφε' τό γάρ ενό μετασχόν πεπέρασται.

.I/.ZÙ μην άμερέ [prop. XLVII] *άμα καί άπειροδύναμόν* [prop. XXXIV] *έστιν.*
Έκ πέρατο άρα έστί, καί άπειρου πάν τό ώ'τω δν.

Omne enter ens ex fine est et infinito.

Si enim infinite-potens est, manifestum est quod est infinitum et ita ex infinito subsistit.
Si autem impartibile et uniforme [est], ita finis particeps est: quod enim unius est particeps, est finitum.
Sed impartibile simul et infinite-potens est.
Omne ergo enter ens ex fine et infinito est.

Ad intelligentiam eorum quae n. 107 exponuntur, propositio Procli recolatur quae talis est LXXXIV

Παν τό αεί δν άπειροδύναμόν έστιν.
Ει γάρ άνέκλειπτό έστιν αύτοϋ ή ύπόστασι, καί ή δύναμι, καθ'ήν έστιν δ έστι καί είναι δύναται, άπειρό έστι.
Πεπερασμένη γάρ ούσα ή κατά τό είναι δύναμι, άπολίποι άν ποτέ· άπολιποϋσα δέ, καί π'ι είναι τοϋ έχοντα αυτήν άπολίποι καί ούκίτ'άν άεί ον ύπαρχοι.
Ιό άρα την τοϋ άεί δντο δύναμιν, τήν συνέχουσαν αυτό κατά την ουσίαν, άπειρον είναι.

Omne quod semper est, infinite-potens est.
Si enim indefectibilis est ipsius subsistentia, et potentia secundum quam est quod est et potest esse, infinita est.
Dato enim quod potentia secundum esse sit finita, aliquando deficeret; cum autem deficit et esse habentis illam deficeret et non amplius « semper ens » existeret.
Debet ergo potentia semper entis, quae ipsum secundum substantiam continet, infinitam esse.

Propositio citata (108) talis est (LXXXVI):

Πάν τό δντω δν άπειρόν έστι ούτε κατά τό πλήθο ούτε κατά τό μέγεθο, άλλά κατά την δύναμιν μόνον.
Πάν [/<έν] *γάρ άπειρον ή έν ποσά) έστιν ή έν τιή.ίκω ή έν δυνάμει.*
Τό δ'δντω δν άπειρον μέν ώ άσβεστου χοι· τήν ζωήν καί την ϋπαρξιν άνέκλειπτον κ π τίμ· ενέργειαν άνελάττιοτον ούτε δέ διά μΐγεθό έστιν άπειρον — άμέγεθε γιϊρ τό Ίιτ<·> ον αύθυποστάτω δν πάν γάρ τό αύθυΐιστάτω δν άμερέ έστι καί άπλοϋν —.

Omne enter ens infinitum est non secundum multitudinem neque secundum magnitudinem sed secundum potentiam solam.
Omne enim infinitum [tale] est aut in quantitate aut in magnitudine aut in potentia.
Quod vero enter est, infinitum quidem [est] tamquam habens inexstinguibilem vitam et indefectibilem existentiam et imminutum actum; non autem est infinitum propter magnitudinem: quia enter ens [est] non-magnum, cum sit per-se-subsistenter ens; omne enim per-se-subsistenter ens, impartibile est et simplex.

Οὐτε <5tà *πλήθο — ένοειδέστατον γάρ,* ατε *εγγυτάτω τον 'Ενό τεταγμένον καί τφ 'Ενί συγγενεστατον —.*

Αλλά κατά δύναμιν άπειρον εκείνο. Διό κατά ταϋτόν άμερέ εκείνο και άπειρον καί οσω δή μάλλον εν καί μάλλον άμερέ , τοσούτω καί άπειρον μάλλον. **'Η** *γάρ μεριζόμενη δύναμι ασθενή ήδη καί πεπερασμένη, καί αι γε πάντη μερισταί δυνάμει πεπερασμένοι πάντω εϊσίν al γάρ έσχατοι καί πορρωτάτω τοϋ 'Ενό διά τον μερισμόν πεπερασμένοι πάντω εϊσίν, αί δέ πρώτοι διά τήν άμέρείαν άπειροι· ό μέν γάρ μερισμό διαφορεϊ καί εκλύει τήν έκαστον δύναμιν, ή δέ άμέρεια σφίγγουσα καί συσπείρωσα άνέκλειπτον αυτήν καί άνελάττωτον έν έαυτή συνέχει.*

Αλλά μήν ή κατά μέγεθο άπειρία καί ή κατά πλήθο , στέρησέ έστι πάντη τή άμερεία καί άπόπτωσι - εγγυτάτω μέν γάρ τοϋ άμεροϋ τό πεπερασμένου, πορρωτάτω δέ το άπειρον, πάντη τοϋ 'Ενό έκβεβηκό .

Οϋκ άρα το κατά δύναμιν άπειρον εν άπειροι κατά πλήθο έστιν ή μέγεθο , εϊπερ ή μέν άπειρο δύναμι τή άμερεία σύνεστι, τό δέ πλήθει ή μεγέθει άπειρον πορρωτάτω τοϋ άμεροϋ έστιν.

Εί οϋν το ον μεγέθει ήν ή πλήθει άπειρον, οϋκ αν άπειροδύναμον ήν αλλά μήν άπειροδύναμόν έστι· οϋκ άρα κατά πλήθο έστιν ή μέγεθο .

Neque propter multitudinem [est infinitum]: maxime uniforme enim [est], utpote Uni vianissime collocatum et Uni coniunctissimum.

Sed illud [est] infinitum secundum potentiam. Propterea, secundum idem, impartibile illud et infinitum [est] et quanto magis [est] unum et magis impartibile, eo magis [est] infinitum: potentia enim partita infirma iam [est] et finita et, universe, potentiae particulares, totaliter finitae sunt; novissimae enim et remotissimae ab Uno, propter partitionem, finitae omnino sunt, primae autem, propter indivisionem, infinitae [sunt]: partitio enim frangit et dissolvit uniuscuiusque potentiam; impartibilitas autem, constringens et involvens indefectibilem et imminutam ipsam in seipsa continet.

Sed infinitas secundum magnitudinem et secundum multitudinem, omnino est privatio impartibilitatis et [ab ipsa] prolapsio; quia finitum [secundum quantitatem] proxime quidem est impartibile, infinitum autem longissime est [ab eo], cum omnino ab Uno excesserit.

Non igitur id quod [est] infinitum secundum potentiam, est in infinito secundum multitudinem aut magnitudinem, siquidem infinita potentia impartibilitati adest; infinitum vero multitudine vel magnitudine, longissime est ab impartibili.

Si igitur ens, magnitudine vel multitudine infinitum esset, infinite-potens non esset. Sed est infinite-potens. Non ergo [tale] est secundum multitudinem vel magnitudinem.

III. QUOAD USUM DOCTRINALEM :

n. 37: S. *Th.* I, 5, 2 s. c. « prima rerum creatarum est esse ».

— *de Verit.* I, 1, 4 s. c. « ut dicitur in libro *de Causis* prima rerum creatarum est esse; et commentator super eumdem librum: omnia alia dicuntur per informationem de ente » [148].

— *ibid.* XXI, 2, 5a: « in lib. *de Causis* dicitur quod prima rerum creatarum est esse ».

— *de Pot.* III. 5, 2a: «prima... rerum creatarum est esse, ut habetur in libro *de Causis* ».

— *ibid.* III, 8, 19a: « in libro *de Causis* dicitur quod esse est per creationem » [148].

— *ibid.* VI, i, 5a: «prima... rerum creatarum est esse, ut dicitur in libro *de Causis* ».

— *ibid.* VII, 2c: « ...et quod primus effectus est esse et non est ante ipsum creatum aliquid ».

— *de quatitor oppositis* 4 (596).

n. 39: *de An.* 9c: « inter omnia esse est illud quod immediatius et intimius convenit rebus, ut dicitur in libro *de Causis* » [10].

n. 40: *de Pot.* VII, 2, ad 5: « sicut dicitur in libro *de Causis,* ipsum esse Dei distinguitur et individuatur a quolibet alio esse per hoc ipsum quod est esse per se subsistens et non adveniens alicui naturae quae sit aliud ab ipso esse » [91].

n. 48: *de Pot.* III, 4, 10a: «in libro *de Causis* dicitur quod illa quae est intelligentia secunda nor. recipit ex bonitatibus primis quae procedunt ex Causa prima, nisi mediante intelligentia superiori

* Dantes Alligherius: « E perocchè naturalissimo c in Dio volcrc essere, perocchè siccome nello allegato libro si legge " prima cosa è l'essere e ana quello nulla è ", l'anima umana esser vuole naturalmente con tutto desiderio », *Convivio,* trat. III. cap. 2; R. Murari, *art. cit.,* pag. 104, 105.

* Dantes Alligherius: « ...Siccome è scritto nel *libro* allegato *delle Cagioni:* ogni cagione infonde nel suo effetto della bontà chc riceve dalla cagione sua », *Convivio,* trat. III, cap. 6; R. Murari, *ibii-*

PROPOSITIO V. LECTIO V.

Agit de distinctione Animarum secundum differentiam Intelligentiarum.

^9 — a) *Intelligentiae superiores primae, quae sequuntur Causam primam, imprimunt formas secundas stantes quae non destruuntur ita ut sit necessarium iterare eas vice alia ;* b) *Intelligentiae autem secundae imprimunt formas declives separabiles, ut est Anima.*

50 — Ipsa namque est ex impressione Intelligentiae secundae quae sequitur esse creatum * inferius,

51 — a) Et non multiplicantur Animae nisi per modum quo multiplicantur Intelligentiae.

b) *Quod est:* quia esse * Animae habet finem, sed quod ex eo est inferius est infinitum.

52 — Igitur Animae quae sequuntur *alàkili,* [idest Intelligentiam] * sunt completae, perfectae, paucae declinationis et separationis; et Animae quae sequuntur esse inferius sunt in complemento et declinatione sub Animabus * superioribus.

53 — Et Animae superiores * influunt bonitates, quas recipiunt ab Intelligentia, super Animas inferiores.

54 — Et omnis anima recipiens ab Intelligentia virtutem plus , est super impressionem fortior, et quod impressum est ab ea * est fixum * stans et est motus eius, motus aequalis * continuus. Et illa in qua ex ea est virtus Intelligentiae minus * est in * impressione sub animabus primis et est quod ab ea impressum est, debile, evanescens, destructibile.

55 — Verumtamen, quamvis sit ita, tamen permanet * per generationem.

56 — Iam ergo ostensum est quare factae sunt formae intelligibiles multae et non est esse nisi unum * simplex et quare factae sunt multae Animae, quarum quaedam sunt fortiores quibusdam et esse earum est unum simplex, in quo non est diversitas.

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

130. — Postquam in praecedenti propositione manifestavit auctor distinctionem Intelligentiarum, hic [49] agit de distinctione Animarum, quam quidem assignat secundum differentiam Intelligentiarum eas quodammodo causantium, secundum eius positionem. Unde quod hic agitur de distinctione Animarum potest referri ad distinctionem Intelligentiarum, secundum quod distinctio causarum manifestatur per distinctionem effectuum. Unde et in quibusdam libris, haec non ponitur propositio per se, sed adiungitur commento praecedentis propositionis, quod etiam apparet ex epilogo quod hic [56] ponitur, quod commune est utrique propositioni.

131. — Est autem propositio talis [49]: *Intelligentiae superiores primae imprimunt formas secundas stantes quae non destruuntur ita ut sit necessarium iterare eas vice alia; Intelligentiae autem secundae imprimunt formas declives separabiles, ut est Anima.*

132. — Huic autem propositioni, Proculus ponit duas propositiones correspondences, scilicet primam quae talis est [CLXXXII]: *Omnis divinus Intellectus participatus ab Animabus divinis participatur;* et aliam quae talis est [CLXXXIII]: *Omnis Intellectus participatus quidem, intellectualis autem solum, participatur ab Animabus neque divinis neque factis in transmutatione intellectus et ignorantiae.*

133. — Ad evidentiam autem huius propositionis [49], tria oportet considerare: primo quidem de impressione animae [50; 134-144]; secundo, de distinctione animarum [51; 145-147]; tertio, de differentia animarum distinctarum [52-55; 148-155],

134. — Circa impressionem autem animae, primo oportet considerare quomodo animae conveniat imprimi [135-136]; secundo, a quo imprimatur [137-144],

135. — Quod autem animae conveniat imprimi, manifeste apparet si quis impressionis rationem consideret, ad quam duo requiruntur: primo, quidem, ut quod est impressum sit in aliquo existens; secundo, ut non sit in eo superficialiter secundum extrinsecum contactum solum, sed sit intimum quasi penetrans in profundum.

136. — Et haec duo conveniunt Animae secundum propriam eius rationem. Dictum est enim supra in III propositione [30] quod operatio propria animae est ut moveat corpora, eo quod operatio ipsius Animae est infra operationem propriam Intelligentiae [33], cuius est cognoscere res absque motu. Oportet autem principium motus applicari mobili quia, ut probatur in VII *Physic.* l), movens et motum sunt simul. Unde Animae secundum propriam rationem convenit in corpore mobili esse. Motus autem quo anima movet corpus est motus viventis corporis: qui quidem non est a movente extrinseco sicut motus violentus vel sicut motus levium et gravium a generante, sed est a movente intrinseco, unde res vivae dicuntur seipsas moveri; et ideo oportet Animam quae movet corpus esse in corpore intrinsecus ei unitam. Et propter hoc dicitur esse impressa.

137. — Si autem quaeratur a quo sit impressa, secundum opinionem auctoris huius libri, impressa est ab Intelligentia. Dicit enim [50]: *ipsa namque* scilicet Anima inferior *est ex impressione Intelligentiae secundae* idest secundi ordinis Intelligentiarum *quae,* scilicet: Intelligentia secunda, *sequitur esse creatum inferius* idest in inferiori parte ipsius esse primi creati quod est esse Intelligentiarum. Vel hoc quod dicit: *quae sequitur...* potest referri ad Animam quae est infra aeternitatem Intelligentiae, ut in II propositione dictum est [22].

138. — Sed haec sententia non est usquequaque rata. Possumus enim loqui de Animae impressione dupliciter: uno modo, ex parte ipsius Animae impressae; alio modo, ex parte Materiae cui imprimitur. Et haec quidem distinctio locum habet in qualibet Anima per se stante, qualis est quaelibet Anima intelligens, ut infra patebit [128; 311]: quia esse substantiae eius non totaliter consistit in unione sui ad Materiam corporalem sicut esse Animae non subsistentis, quales sunt Animae brutorum et plantarum; unde in his praedicta distinctio necessaria non est, quia simul consideratur esse talium Animarum et ex parte Materiae recipientis et ex parte ipsius Animae.

139. — Si ergo loquamur de Anima per se stante scilicet intellectuali quacumque, sive caelesti — si ponantur corpora caelestia animata, secundum quod auctor huius libri supponit — sive de Anima humana ex parte ipsius Animae, tunc secundum radices positionum platonicarum, quas in multis auctor huius libri sequitur, talis Anima est ex impressione Intelligentiae; quia, sicut supra dictum est in III propositione [33; 82], Platonici posuerunt quod ab alio principio causatur in aliqua re id quod est commune et ab alio inferiori principio id quod est magis proprium.

140. — Secundum hoc igitur, Anima per se stans suum esse habet a prima Causa; quod autem sit intellectualis et quod sit Anima habet a secundis causis quae sunt Intelligentiae. Unde cum ad rationem Animae pertineat quod sit corpori impressa, consequens erit quod haec Anima ab Intelligentia habeat, scilicet quod sit corpori impressa.

141. — Sed quia, sicut supra ostendimus [83-84], praedicta positio veritatem non habet et contrariatur sententiae Aristotelis, oportet dicere quod a prima Causa a qua talis Anima habet suum esse, habeat etiam quod sit intellectualis et quod sit Anima et per consequens quod sit corpori impressa. Est ergo secundum hoc, anima non ex impressione Intelligentiae, sed ex impressione Causae primae.

142. — Si vero loquamur de Anima huiusmodi ex parte susceptibilis cui imprimitur, sic quantum ad Animam caelestem, si caelum haberet animam, esset similis ratio: non enim natura caelestium corporum aliquo modo ab Intelligentiis causatur, sed a Causa prima a qua habent esse.

143. — Sed si loquamur de Anima humana ex parte susceptibilis sic, aliquo modo, est ex impressione Intelligentiae, in quantum scilicet ipsum corpus humanum disponitur ad hoc quod sit susceptivum talis animae per virtutem caelestis corporis operantem in semine, ratione cuius dicitur quod « *homo generat hominem et sol* » *x).*

x) C. 2, 243a 4; *Expos.,* lect. 3, n. i.

144. — Corpora autem caelestia, etiam secundum doctores fidei christianac, scilicet Augustinum et Gregorium, ponuntur a creaturis spiritualibus moveri quae dicuntur Angeli sive Intelligentiae vel Intellectus separati. Et ex hoc sequitur quod Intelligentiae aliquid operantur ad hoc quod Anima humana corpori imprimatur ex parte susceptibilis. Et per hunc modum potest dici quod aliae Animae, quae non sunt per se stantes, sunt ex impressione Intelligentiarum et caelestium corporum.

145. — Deinde, restat considerandum de secundo, scilicet de distinctione Animarum et ponit eamdem rationem distinctionis sive multiplicationis in Animabus quam in Intelligentiis posuerat [42]: sicut enim esse Intelligentiae compositum est ex infinito et finito, inquantum esse eius non est subsistens, sed participatum ab aliqua natura, ratione cuius potest distingui in multa, ita etiam est de esse Animae.

146. — Et hoc est quod dicit [51, a, b]: *Et non multiplicantur animae nisi per modum quo multiplicantur Intelligentiae. Quod est: quia esse Animae iterum habet finem, sed quod ex eo est inferius est infinitum. Inferius* autem dicit ipsam naturam participantem esse, quam vocat *infinitum* propter virtutem ad durandum in esse in infinitum. Ipsum autem esse participatum vocat finitum, quia non participatur secundum totam infinitatem universalitatis suae, sed secundum modum naturae participantis.

147. — Est tamen advertendum quod, quia natura Intelligentiae est penitus absoluta a corpore, distinctio Intelligentiarum attenditur secundum gradum naturae propriae absque comparatione ad aliqua corpora. De ratione vero Animae est quod sit corpori impressa et ideo distinctio Animarum attenditur secundum comparationem ad corpora animata. Unde si corpora animata sunt diversarum specierum, Animae eis impressae erunt diversae secundum speciem, sicut oporteret dicere si corpora caelestia essent animata. Si autem corpora animata sunt unius speciei, Animae etiam impressae sunt unius speciei, multiplicatae numero solo, sicut patet de Animabus humanis.

148. — Deinde, considerandum est tertium scilicet differentiam Animarum distinctarum et ponit tres differentias [52-55].

149. — Quarum prima accipitur secundum diversam perfectionem Animarum: dicit [52] enim quod *Animae,* scilicet superiores, sicut sunt caelestium corporum, *quae sequuntur Intelligentiam,* quasi immediate post eam ordinatae, *sunt completae* scilicet in perfectione naturae animalis; et signum perfectionis ostendit, subdens: *paucae declinationis et separationis.* Dictum est enim supra in II propositione [26; 60-61] quod anima inquantum deficit a complemento Intelligentiae appropinquat ad motum et ideo quanto Animae fuerint altiores et Intelligentiae propinquiores, tanto minus habent de motu.

150. — Animae enim inferiores habent motum non solum quantum ad hoc quod movent corpus, sed etiam quantum ad hoc quod non semper sunt coniunctae suis corporibus et quod non semper intelligunt. Sed Animae superiores semper sunt coniunctae suis corporibus et semper sunt intelligentes. Habent tamen de motu hoc quod movent caelestia corpora et ideo dicit quod sunt *paucae declinationis,* quia parum, declinant ab immobilitate Intelligentiae; *et* paucae *separationis* quia parum in diversa separantur, ut quandoque in hoc, quandoque in illo inveniantur, scilicet quantum ad solum motum localem caelestium corporum; inferiores vero Animae deficiunt in *complemento* et paucitate declinationis seu separationis a *superioribus Animabus.*

151. — Secunda differentia sumitur penes influentiam Animarum in invicem. Sicut enim supra [44] dixit quod Intelligentiae primae influunt supra secundas, bonitates quas recipiunt a Causa prima, ita nunc [53] dicit quod *superiores Animae influunt bonitates quas recipiunt ab Intelligentia super Animas inferiores.* Et utrobique est ratio eadem: quia quod est imperfectius natum est perfici a perfectiori, sicut potentia ab actu.

152. — Tertia differentia sumitur ex parte effectus. Sicut enim de Intelligentiis dixit [49] quod superiores imprimunt nobiliores Animas, ita nunc [54] dicit de Animabus quod *Anima* superior *recipiens virtutem* immediate *ab Intelligentia* habet fortiorem *impressionem;* quia semper causa superior vehementius agit, ut in I propositione [1] dictum est. Et ideo id quod imprimitur a superiori Anima in suo corpore *est fixum, stans,* idest firmum et immobile *et motus eius est aequalis* idest uniformis et *continuus,* ut patet in corpore caelesti.

l) *Phys.,* II, 2, 194b 13; *Expos.,* lect. 4, n. 10.

Propositio citata (132) talis est (CLXXXIII):

Πα νοϋ μετεχόμενο μέν, νοερό ὀὲ μόνον ιόν, μετέχεται ύπό ψυχών ούτε θείων οϋτε νοΰ καί άνοια εν μεταβολή γινομένων.

'Όυτε γάρ θεϊαι ψυχαί είσιν αί τοιαϋται, ουδέ νοΰ μετέχουσαι <*θείου*>· *θεών γάρ αί ψυχαί διά νοΰ μετέχουσι ώ δέδεικται πρότερον* [prop. CXXIX]· *ούτε* [αἱ] *μεταβολή δεκτικά!' πα γάρ νοϋ υπό τών κατ'ούσίαν άεί καί κατ'ένέργειαν νοερών μετέχεται· καί γάρ τούτο δήλον έκ τών έμπροσθεν* [prop. CLXXV].

Omnis mens participata quidem, intellectualis vero solum ens, participatur ab animabus neque divinis neque transmutatis a mente in amentiam.

Huiusmodi enim neque divinae animae sunt neque [divinae] mentis participes.

Per mentem enim deorum participes fiunt animae sicut prius demonstratum est. Neque [mentis particeps fiunt] quae mutationem admittunt: omnis enim mens a semper intellectualibus secundum substantiam et secundum actum participatur; etenim hoc ex iis quae supra, manifestum.

Propositio a Proclo citata in praecedenti propositione (CLXXXIII), talis est (CLXXV

Πα νοϋ υπό τών κατ'ουσίαν άμα καί ενέργειαν νοερών μετέχεται πρώτω .

'Ανάγκη γάρ ή υπό τούτων η ύπ'άλλων τών νοερόν μεν έχόντων την ουσίαν, μή άεί δε νοούντων.

Άλλ'ύπ'εκείνων αδύνατον. Καί γάρ ή ένέργεια τοΰ νοΰ ακίνητο [prop. CLXIX]' *καί ύφ'ών άρα μετέχεται, ταΰτα άεί νοοϋντα άεί μετέχει, τή νοερό ενεργεία άεί νοερά τά μετέχοντα ποιούση . Τώ γάρ α'ιωνίο) τή ενεργεία το εν μέρει τινί τοΰ χρόνου την ενέργειαν εχον άσύναπτον.*

Μεταξύ δέ, ιόσπερ εν ταΐ ούσίαι [prop. LV], *οϋτω δή καί εν ταΐ τών ενεργειών έξαλλαγαΐ , τή αιωνίου πόση ενεργεία καί τή εν τινί χρόνο) τελεία ή κατά πάντα τον χρόνον εχουσα τό τέλειον.*

Ουδαμοΰ γάρ αί πρόοδοι γίνονται άμέσω , αλλά διά τών συγγενών καί όμοιων [prop. XXIX] *κατά τε τά υποστάσει καί τά τών ενεργειών τελειότητα ωσαύτω .*

Πα άρα νοϋ ύπ'εκείνων μετέχεται πρώτω τών κατά πάντα χρόνον νοεΐν δυναμένων καί άεί νοούντων, εί καί κατά χρόνον άλλά μή αιωνίω ή νόησι .

Έκ δή τούτου φανερόν ότι ψυχήν ποτέ νοούσαν, ποτέ δέ μή, νοΰ προσεχώ μετέχειν άδύνατον.

Omnis mens ab intellectualibus secundum substantiam et secundum actum, primo participatur.

Necessarium enim aut ab his [participari] aut ab aliis qui intellectualem quidem substantiam habent, non semper autem intelligunt.

Sed ab his, impossibile [est]: etenim immobilis [est] actus mentis; a quibus igitur participatur, haec semper intelligentia semper participant, intellectuali actu participantia, semper intellectualia. Quod enim in aliqua parte temporis habet actum aptari nequit aeterno in actu.

Sicut autem in substantiis ita et in actuum alterationibus, inter actum qui totus [est] aeternus et illum qui [est] perfectus in aliquo tempore, [est] ille [actus] qui secundum totum tempus perfectionem habet.

Nusquam enim processus immediate fiunt, sed per cognata et similia, secundum subsistentias et actuum perfectiones similiter.

Ergo, omnis mens primo participatur ab illis qui secundum totum tempus intclligere possunt et semper intelligunt etiam si intellectio [sit] secundum tempus, non vero aeterne.

Corollarium: Ex hoc autem manifestum [est] quod impossibile [sit] animam, quae nunc intelligit nunc vero non, immediate mentis participem fieri.

Haud incongruum videtur et propositionem ponere quae distinctionem animarum docet (CLXXXIV

Πάσα ψυχή ή θεία εστίν, ή μεταβάλλουσα ή άπό νοΰ ει άνοιαν, ή μεταξύ τούτων άεί μέν νοούσα, καταδεεστέρα δέ τών θείων ψυχών.

Εί γάρ ό μέν θειο νοϋ υπό θείων μετέχεται ψυχών [prop. CLXXXII], *ὁ δέ νοερό μόνον υπό τών μήτε θείων μήτε μεταβολή δεκτικών άπό νοήσεω ει άνοιαν* [prop. CLXXXIII] — *εισί δέ καί αί τούτο πάσχουσαι καί ποτέ μέν νοοϋσαι, ποτέ δέ μή* [prop. LXIII] — *φανερόν οτι τρία γένη τών ψυχών είσιν.*

Καί πρώται μέν αί θεϊαι, δεύτεροι δέ τών μή θείων αί άεί νοΰ μετέχουσαι, τρίται δέ αί ποτέ μέν ει νοϋν ποτέ δέ ει άνοιαν μεταβάλλουσαι.

Omnis anima vel est divina vel a mente in amentiam se mutans vel inter has media semper quidem intelligens, inferior vero divinis animabus.

Si enim divina quidem Mens a divinis participatur animabus, [mens] autem intellectualis tantum [participatur] ab illis quae neque [sunt] divinae neque [sunt] receptivae mutationis ab intellectione ad amentiam — sunt autem et quae hoc patiuntur et nunc quidem intelligunt nunc vero non — manifestum [est] tria esse animarum genera.

Et primae quidem [sunt] divinae; secundae autem inter eas quae divinae non [sunt], illae quae semper mentis participes [sunt]; tertiae vero quae modo quidem in mentem modo vero in amentiam mutantur.

Complementum praecedentis propositionis in sequenti habetur quae talis est (CLXXXV):

Πάσαι μεν αί θεϊαι ψυχαί θεοί έισι ψυχικώ , αάσαι ôè αί τον νοερού μετέχουσαι νοΰ θεών οπαδοί άεί, πάσαι δέ αί μεταβολή δεκτικαί θεών οπαδοί ποτέ.

El γάρ αί μεν εχουσι τό θειον φώ άνωθεν επιλάμπον, αί δε άεί νοοΰσιν, αί Ôè ποτέ τού- τη: μεταλαγχάνουσι τή τελειότητα [prop. CLXXXIV], '

αί μέν êν τώ πλήθει τών ψυχών άνάλογον ίστανται θεοϊ ~

αί δέ συνέπονται Οεοι , κατά νοϋν ένεργονσαι άεί, καί τών θείων έξήρτηνται ψυχών, τούτον έχουΰαι προ αύτά λόγον, ον τό νοερόν προ τό θειον

αί δέ ποτέ νοοΰσαι καί έπονται ποτέ Οεοϊ , ούτε νοΰ μετέχειν άεί ωσαύτω ούτε ταΐ θεϊαι συνεπιστρέφεσθαι ψυχαΐ άεί δυνάμεναι' τό γάρ ποτέ νοΰ μεταλαγχάνον ούδεμία μηχανή θεοι άεί συνάπτεσθαι.

Omnes quidem divinae animae psychice dii sunt; omnes autem quae intellectualis mentis sunt participes semper [sunt] *deorum famulae; omnes vero receptivae mutationis aliquando famulae deorum* [sunt].

Si enim illae quidem habent divinam lucem ex alto radiantem; istae autem semper intelligunt; hae vero aliquando hanc perfectionem obtinent;

illae, quidem, in multitudine animarum locum habent diis analogum;

istae autem deos sequuntur, semper secundum mentem operantes et ex divinis pendent animabus ad ipsas hanc habentes relationem quam intellectuale [habet] ad divinum;

hae vero, quae aliquando intelligunt et aliquando deos sequuntur, neque mentem participare semper eodem modo, neque ad divinas animas se verti semper possunt: quod enim aliquando mentem obtinet, nullum medium [est per quod] diis semper coniungatur.

ORDO PROPOSITIONUM VI-VII

A) *De distinctione Causarum Primarum.*

2° - Determinat de singulis Causis:

a) de Causa prima (prop. VI),

è) de Intelligentia:

j° - quantum ad sui substantiam (prop. VII);

jju - *quantum ad eius cognitionem {prop. VIII-XIIIp,*

c) *de Anima {prop. XIV).*

PROPOSITIO VI. LECTIO VI.

De Causa Prima.

57 — a) *Causa prima superior est omni narratione et non deficiunt linguae a narratione Eius nisi propter narrationem esse Ipsius, quoniam Ipsa est super omnem causam;* b) *et non narratur nisi per causas secundas quae illuminantur a lumine Causae primae.*

58 — *Quod est:* quoniam Causa prima non cessat illuminare causatum suum et Ipsa non illuminatur a lumine alio, quoniam Ipsa est lumen purum supra quod non est lumen.*

59 — Ex illo ergo facta est prima sola cuius deficit narratio; et non est ita, nisi quia supra Ipsam non est causa per quam cognoscatur:

60 — quia * omnis quidem * res non cognoscitur et narratur * nisi ex ipsa causa sua. Cum ergo res * est causa tantum et non est causatum, non scitur per causam primam neque narratur, quoniam est superior narratione neque consequitur eam loquela.

61 — *Quod est:* quia narratio non fit nisi per loquelam et loquela per intelligentiam et intelligentia per cogitationem et cogitatio per meditationem et meditatio per sensum. Causa autem prima est supra res omnes, quoniam est causa eis; propter illud fit * quod Ipsa non cadit sub sensu et meditatione et cogitatione et intelligentia et loquela: non est ergo narrabilis.

62 — *Et dico iterum* quod res aut est sensibilis et cadit sub sensu aut est meditabilis et cadit sub meditatione aut est fixa stans secundum dispositionem unam et est intelligibilis aut convertibilis, destructibilis cadens sub generatione et corruptione et est cadens sub cogitatione. Et Causa prima est supra * res intelligibiles sempiternas et supra res destructibiles, quapropter non cadunt super Eam sensus * neque meditatio neque cogitatio * neque intelligentia.

63 — Et Ipsa quidem non significatur * nisi ex * causa secunda quae est Intelligentia et non nominatur * per nomen causati sui primi nisi per modum altiorem et meliorem, quoniam quod est causatum est causa iterum, verumtamen per modum sublimiorem et meliorem et nobiliorem, sicut ostendimus.

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

158. — Postquam auctor huius libri distinxit [19] *esse superius* generaliter in tres gradus, quorum primus *est* supra *aeternitatem* quod convenit Causae primae; secundus *est cum aeternitate* quod convenit Intelligentiae; tertius est infra aeternitatem *et supra tempus* quod convenit Animae, hic [57] incipit prosequi de singulis gradibus.

159. — Et primo de Causa prima; secundo, de Intelligentia, in VII propositione, ibi [64]: *Intelligentia est substantia...;* tertio, de Anima, XIV propositione, ibi [115]: *In omni Anima....*

160. — De Causa autem prima hoc est quod potissime scire possumus: quod omnem scientiam et locutionem nostram excedit. Ille enim perfectissime Deum cognoscit qui hoc de Ipso tenet: quod quicquid cogitari vel dici de Eo potest, minus est eo quod Deus est. Unde Dionysius dicit in I *Mysticae Theologiae* *) quod homo *secundum me-*

§ 3 (MG. III, 1001 A) ex vers. I. Sarraceni: ‹ *omnino* autem *Ignoto,* vacatione omnis cognitionis, *secundum melius* unitus et *eo quod nihil cognoscit, super mentem cognoscens* ›; quae quidem in exposit. Angelici Doctoris differenter exprimuntur, doctrinae identitate servata, *circa transcendentium Illius cui mens unitur per chômaient.*

Principium valde considerandum: cfr. I, q. i, a. 7 ad 1: ... licet de Deo non possimus scire *quid est,* utimur tamen in hac doctrina effectu Eius vel naturae vel gratiae loco definitionis... *ibid.,* q. 12, a. 13 ad 1: ‹ licet per reve-

lius suae cognitionis unitur Deo sicut *omnino ignoto, eo quod nihil* de Eo *cognoscit, cognoscens* Ipsum esse *supra* omnem *mentem.*

161. — Et ad hoc ostendendum inducitur [57] haec propositio: *Causa prima superior est narratione.* Per narrationem autem oportet affirmationem intelligi; quia quicquid de Deo affirmamus non convenit Ei secundum quod a nobis significatur. Nomina enim a nobis imposita significant per modum quo nos intelligimus, quem quidem modum Esse divinum transcendit. Unde Dionysius dicit II cap. *Caelestis Hierarchiae* quod *negationes in divinis sunt verae, affirmationes vero incompactae* vel *inconvenientes.*

162. — Hanc etiam propositionem Proculus ponit CXXIII propositione sui libri sub his verbis: *Omne divinum ipsum quidem propter supersubstantialem unionem indicibile est et incognoscibile omnibus secundis, a participantibus autem capibile est et cognoscibile. Propter quod solum primum penitus ignotum tamquam amethectum* x) *ens.*

Per hoc autem quod dicit *divinum,* intelligit omnem formam idealem, secundum Platonicorum positiones; puta: « per se hominem » « per se vitam » et cetera huiusmodi, quae « deos » dicebant, ut supra dictum est [65],

Huiusmodi autem habent unitatem secundum ipsos *supersubstantialem,* quia excedunt omnia subiecta participantia et ideo dicit quod neque dici neque cognosci potest unumquodque eorum ab inferioribus. Sed a superioribus cognosci possunt: puta idea vitae cognosci potest ab idea entis.

163. — Et quamvis non possint perfecte cognosci vel dici ab inferioribus, aliqualiter tamen capi et cognosci possunt *a participantibus,* idest per participantia, sicut per ea quae participant vitam, aliquid cognoscitur de ipsa vita. Sed illud quod est Primum simpliciter, quod secundum Platonicos est ipsa essentia bonitatis, est penitus ignotum, quia non habet aliquid supra se quod possit ipsum cognoscere et hoc significat quod dicitur « *amethectum* » idest « non post existens » alicui.

164. — Et quia auctor huius libri non concordat cum Platonicis in positione aliarum naturarum separatarum idealium, sed ponit solum Primum, ut supra dictum est [75], ideo, praetermissis aliis, de hac *Causa prima* dicit [57] quod *est superior narratione.* Et causam assignat: propter suam supersubstantialitatem, sicut et Proculus; et hoc est quod subdit in propositione: *et non deficiunt linguae a narratione Eius nisi propter narrationem esse Ipsius, quoniam Ipsa est super omnem causam.*

165. — Qualiter autem narretur ostendit subdens: *Et non narratur nisi per causas secundas quae illuminantur a lumine Causae primae.* Et hoc est idem quod Proculus dixit quod *a participantibus capibile est et cognoscibile.*

lationem gratiae in hac vita non cognoscamus de Deo *quid est* et sic *Ei quasi ignoto coniungamur...* »; *contra Gentiles,* lib. III, cap. 49 (2270): « Et hoc est *ultimum et perfectissimum nostrae cognitionis* in hac vita...»; item, cfr. *de divinis Nom.* I, § 1 (MG. III, 585 B-588 A; *Expos.,* lect. i [8-9] et quaedam « ramenta » *ibid,* collecta [pag. ii-12, 33-34]).

Recolantur quae Angelicus Doctor dicit in explicatione textus Petri Lombardi ad modum conclusionis *IV Libri Sententiarum:* « ... mysteria aeternae deitatis et futurae beatitudinis et miseriae nobis ad plenum non revelant; sed duabus alis volabant quia de his quae in medio tempore aguntur, nos quantum opus est angelorum ministerio instruimur... ».

Notum est hanc interpretationem visionis Isaiae (cap. VI, 2) in homilia IV Origenis inveniri: « *Velamur* enim a Seraphim priora opera Dei idest facies Dei; similiter autem et pedes: ea quae post extremum saeculum, in saecula saeculorum futura sunt quis potest exponere?... *homo tantum capere potest quae media sunt...* » (MG. 13, 231 B).

Severianus, Gabalorum Episcopus, in *hom. II de Mundi Creatione* hanc interpretationem suo modo exponit, fidem quidem extollens, *theologiam* autem, ut videtur, mortificans: « Octo silentium tenent et quatuor clamant. Quid ergo docet nos Scriptura? *Ne omne ratiocinium moveamus circa Deum, sed alia silentio praedicemus, alia fide glorificemus et divina dicamus... Tegunt autem caput et pedes non ut abscondant, sed ut doceant haec esse inscrutabilia, incomprehensibilia* » (Severiani, *de Mundi Creatione,* orat. 2 – inter *Opera* S. Ioannis Chrysostomi, t. VI, Parisiis MDCCXXIV, pag. 452 A-C; MG. 56, 445). Haec considerans, diligenter, quis poterit intimius percipere *theologicum sensum* tum Scholae Alexandrinae et neo-Alexandrinae, tum occidentalium magistrorum qui « Scholasticam » sanctius et vividius excoluerunt.

1) § 3 (MG. III, 141 A) ex duplici vers. I. Sarraceni et I. Scoti: « Si igitur *negationes in divinis verae, affirmationes vero incompactae* » (I. Sc.); « Si ergo negationes quidem in divinis *sum* verae, affirmationes autem *inconvenientes* » (I. Sar.); Angelicus Doctor I. Scoti vers, complet... «sunt verae et explicat « *incompactae* vel *inconvenientes* ».

x) Recte scribendum erat: *amethecton* (ἀμέθεκτον) sed Vel « amethecu ens » deinde « amethecum »; Ant utrobique « amethecum »; Pa vero « ametcchum ». Expositio autem (163): « idest “ *non post existens* ” alicui », in superficie considerata, absona omnino videtur. *Empiricam hanc interpretationem* originem traxisse suspicor a « μετόχων » quod « *annexum alicui conventui* » significat, quasi *post ipsum existens et illi coniunctum.* In lingua vulgari « participatio » est μετοχή, inde facilis fit transitus a notione *participationis* ad « imaginem » *annexionis,* quae excluditur a Causa prima; cfr. 279: « *posthabitionem* » (Edit.: « *posthabitationem* ») h. e. « *consecutionem* sive *participationem* ». SAFFREY « aliam glossam » Moerbekianam signat: « id est “ non post habens ”; inde: « posthabitio „ ».

166. — Hoc autem quod dictum est in propositione, probatur per hunc modum: tripliciter enim aliquid cognoscitur: uno modo, sicut effectus per causam; alio modo, per seipsum; tertio modo, per effectum.

167. — Primo ergo ostendit quod Causa prima non cognoscitur primo modo scilicet per causam, cum dicit [58] quod *Causa prima non cessat illuminare causatum suum et Ipsa non illuminatur lumine alio, quoniam Ipsa est lumen purum, supra quod non est lumen.*

168. — Ad cuius intellectum considerandum est quod per lumen corporale visibilia sensibiliter cognoscuntur, unde illud per quod aliquid cognoscitur, per similitudinem dici potest lumen. Probat autem Philosophus in IX *Metaphysic.* ') quod unumquodque cognoscitur per id quod est in actu et ideo ipsa actualitas rei est quoddam lumen ipsius. Et quia effectus habet quod sit in actu per suam causam, inde est quod illuminatur et cognoscitur per suam càusam. Causa autem prima est actus purus nihil habens possibilitatis 2) adiunctum et ideo *ipsa est lumen purum* a quo omnia aha illuminantur et cognoscibilia redduntur.

169. — Et ex hoc concludit [59] ulterius quod *sola* Causa prima sic *est prima* quod non potest narrari, *quia non* habet causam superiorem *per quam* narretur. Res enim consueverunt narrari per suas causas [60].

170. — Et quia a cognitione processit ad narrationem, ostendit [61] consequenter quod Causa prima cum sit supra cognitionem oportet quod sit supra narrationem. Et hoc ideo, quia *narratio* idest affirmatio *fit per loquelam,* scilicet per aliquem sermonem significativum; *loquela* autem est *per intelligentiam,* quia voces significativae sunt signa intellectuum3); *intelligentia* autem fit per *cogitationem,* idest per rationem: et hoc est verum in hominibus qui ratiocinando perveniunt ad intellectum veritatis; *et cogitatio* fit *per meditationem* idest per imaginationem et ceteras vires sensitivas interiores quae deserviunt rationi humanae; *et meditatio* fit *per sensum* quia phantasia est motus factus a sensu secundum actum, ut dicitur in libro III *de Anima*4).

Unde cum *Causa prima* sit super *omnes res,* excedit omnia praedicta.

171. — Et hoc etiam Dionysius ponit I cap. *de Divinis Nominibus* ') dicens: « *et neque sensus est Eius neque phantasia* », quod iste nominat meditationem; « *neque opinio* », quod iste nominat cogitationem; « *neque nomen* », quod iste nominat loquelam; « *neque sermo* », quod iste nominat narrationem; « *neque scientia* », quod iste nominat intelligentiam.

172. — Secundo vero ostendit quod non cognoscitur secundo modo scilicet per seipsam et hoc probat [62] per diversos modos cognitionum. Eorum enim quae per se cognoscuntur, quaedam cognoscuntur sensu sicut res sensibiles; quaedam meditatione sive imaginatione sicut res imaginabiles quae sensui non subiacent; quaedam vero intellectu sicut res necessariae et immobiles; quaedam vero ratione sive cogitatione, sicut res generabiles et corruptibiles, secundum quem modum Philosophus in VI *Ethicorum* 2) dicit quod ratiocinativum est circa ea quae contingit aliter se habere. Unde cum Causa prima sit supra omne huiusmodi genus rerum, nullo istorum modorum cognosci potest.

173. — Hanc etiam probationem inducit Proculus [CXXIIIj, nisi quod meditationem ponit loco cogitationis et opinionem loco meditationis.

174. — Et quidem circa hanc rationem manifestum est quod Causa prima est supra res sensibiles et imaginabiles et corruptibiles; sed quod sit supra res intelligibiles sempiternas non est manifestum. Et haec probatio, hic [62] praetermittitur; sed Proculus [CXXIII] probat per hoc quod omnis cognitio intellectualis vel rationalis est entium: illud enim quod primo acquiritur ab intellectu est ens et id in quo non invenitur ratio entis non est capibile ab intellectu. Unde cum Causa prima sit supra ens, con-

4) C. 9, 1051 a 29-32; *Expos.,* n. 805, lect. io, n. 1894.

2) Saffrey leg. « potentialitatem ».

3) *Periherm.,* 1. I, c. i; « voces sunt signa intellectuum (16, a, 7-8) et intellectus (i6, a, 13-14) sunt rerum similitudinis ». *Expos.,* lect. 2, nn. 3-6, 9.

4) Cap. 3, 29 a 1-2; *Expos.,* lect. VI, n. 659; cfr. *ibid.,* n. 265, 632, 666, 792,

b § 5 (MG. III, 593 A) ex vers. I. Sarraceni, quae repetit vers. I. Scoti, cfr. *Expos.,* n. 21, lect. III, n. 77. Angelicus Doctor paullispcr invertit: « neque sensus Eius est » (Sc. et Sar.) et'«neque tactus » omittit, ut expeditior una series alteri respondeat *in ordine gnoseologico.* Nam non datur « tactus » sensu corybantico, sed amor charitatis seu amicitiae ad Deum tactum quemdam experitur. Ille excluditur a Dionysio qui Philonis et Plotini doctrinas considerat; hic vero ab Angelico Doctore siletur, quia de cognitione ' per causam agitur (167); cfr. 176.

2) Cap. 2, 1139 a 12-14; *Expos.,* n. 805: « Dicatur autem horum hoc quidem scientificum, hoc autem *ratiocinativum.* Et consiliari enim et ratiocinari idem. Nullus autem consiliatur de *non contingentibus aliter se habere* lect I, n. 1118.

sequens est quod Causa prima sit supra res intelligibiles sempiternas.

175. — Causa autem prima secundum Platonicos quidem est supra ens, in quantum essentia bonitatis et unitatis, quae est Causa prima, excedit etiam ipsum ens separatum, sicut supra dictum est [66]; sed, secundum rei veritatem, Causa prima est supra ens, inquantum est ipsum esse infinitum. Ens autem dicitur id quod finite participat esse et hoc est proportionatum intellectui nostro, cuius obiectum est « quod quid est » ut dicitur in III *de Anima* [1]). Unde illud solum est capibile ab intellectu nostro quod habet quidditatem participantem esse; sed Dei quidditas est ipsum esse, unde est supra intellectum.

176. — Et per hunc modum inducit hanc rationem Dionysius I cap. *de Divinis Nominibus* 2) sic dicens: « *Si cognitiones omnes existentium sunt et si existentta finem habent* », inquantum scilicet finite participant esse, « *qui est super omnem substantiam, ab omni cognitione est segregatus* ».

177. — Tertio, ostendit quomodo Causa prima cognoscitur per effectum et dicit [63] quod *Causa prima non significatur* in his quae de Ipsa dicuntur, *nisi ex causa secunda quae est Intelligentia:* sic enim loquimur de Deo quasi de quadam substantia intelligente. Et hoc ideo, quia Intelligentia est suum causatum primum, unde est Deo simillima et per ipsam maxime cognosci potest. Sed tamen non sufficienter cognoscitur per eam, quia illud quod est Intelligentia est in Causa prima altiori modo: Causa autem excedens effectum non sufficienter cognosci potest per suum effectum.

178. — Sic ergo patet quod *Causa prima superior est narratione,* quia neque per causam neque per seipsam neque per effectum sufficienter cognosci aut dici potest.

1) C. 4, 429b loss.; *Expos.,* lect. 8, nn. 705-719.

2 § 4 (MG. III, 593 A) ex vers. I. Sarraceni, omissa coniunct. « et » in fine: « substantiam *et* ab omni ». I. Scotus pressius textum Dionysii sequutus sic vertit: « Si enim scientiae... *et in ea quae sunt (καί ει τά όντα)* finem habent » ubi agitur de *norma et limite cognitionis.* I. Sarr. legens ει » si », *limitem ontologicum* tangit, et M. de Gandillac vertit: « Or, tout être est limité » *(Œuvres complètes du pseudo-Denys l'A.,* pag. 72); cfr. *Expos.,* n. 19, lect. II. n. 75.

Textus Dionysii forsan supponitur illis verbis quae ex I. Scoto Erig. excipiuntur ab auctore libri *de Causis primis et secundis:* « exempla rerum sunt ipse res, dicente dyonisio: Cognitio eorum que sunt, ea quae sunt est » (edit. de Vaux, pag. 90-91). Verba I. Scoti Erig. *de divisione naturae,* II, 8, coi. 535 C D: « Intellectus enim rerum veraciter ipsae res sunt, dicente sancto Dionysio: Cognitio eorum quae sunt, ea qua sunt est » exponere videntur quae in vers. cit. leguntur: « si enim scientiae omnes existentium sunt et in ea quae sunt, finem habent...», ipsius *cognitionis normam,* quae simul est limes, tangens.

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM:

* ad n. 58: in *expos.* (167) et Ste; Edit.: « ...est lumen purum sic quod non est lumen et quia nihil est superius ipsa sed ipsa super omnia ».
* ad n. 60: Ste; om. Edit.
* —: Ste; om. Edit.
' —: Pa, Ste, Vel: « naturalis »; Ant delet.
* —: Ste; Edit.: « cum ergo causa est tantum ».
* ad n. 61: Ste; Edit. add. «ergo».
* ad n. 62: Ste; Edit. add. « omnes ».
* —: Ste; Edit.: « neque meditatio neque sensus ».
* —: Ste; Edit. om. « neque cogitatio ».
* ad n. 63: Ste; Edit.: « signatur ».
* —: *Expos.* (177) et Ste; Edit. « a ».
* —: Ste; Edit, brevius: « et non nominatur nisi per modum causati sui primi, verumtamen per modum sublimiorem et nobiliorem et meliorem, sicut ostendimus ».

II. QUOAD DOCTRINAM:

Propositio citata (162) talis est (CXXIII):

Παν το θειον αυτό μεν διά την υπερούσιον ενωσιν άρρητόν έστι καί άγνωστον πάσι τοῖ δευτέοοι , από δε των μετεχόντων ληπτόν εστι καί γνωστόν διό μόνον τό Πρώτον παντελώ άγνωστον, άτε άμέθεκτον ον.

Πάσα γάρ ή διά λόγον γνώσι τών όντων εστί καί εν τοῖ ουσιν εχει τό τή αλήθεια καταληπτικόν — καί γάρ νοημάτων εφάπτεται καί εν νοήσεσι ύφέστηκεν οί δε θεοί πάντων είσίν επέκεινα τών όντων [prop. CXV].

Omne divinum, ipsum quidem propter supersubstantialem unionem indicibile est et incognoscibile omnibus secundis; a participantibus autem capibile est et cognoscibile; propterea solum Primum [est] *totaliter ignotum utpote quod est imparticipabile.*

Omnis enim cognitio quae [est] per rationem, entium est et in entibus vim apprehensivam veritatis habet: etenim notiones comprehendit et intellectionibus consistit; dii autem trans omnium entium sunt.

Οΰτε ονν δοξαστόν τό θειον ούτε διανοητόν οϋτε νοητόν, Παν γάρ τό όν η αισθητόν εστι, καί διά τοϋτο δοξαστόν η όντω όν, καί διά τοϋτο νοητόν η μεταξύ τούτων, όν αμα καί γενητόν [prop. CVII], *καί διά τοϋτο διανοητόν.*

El οϋν οι θεοί υπερούσιοι καί προ των όντων ύφεστηκασιν, ούτε δόξα εστιν αυτών ούτε επιστήμη καί διάνοια οϋτε νόησι .

'Αλλ'άπό τών έξηρτημένων οΐαί πέρ είσιν αυτών al Ιδιότητε γνωρίζονται, και τοϋτο άναγκαίω .

Κατά γάρ τά τών μετεχομένων ιδιότητα καί αί τών μετεχόντων συνδιαιροϋνται διαφορότητε , καί οϋτε παν μετέχει παντό — ού γάρ εστι σύνταξι τών *πάντη άνομοίων* [prop. XXIX] — *οϋτε τό τυχόν τοϋ τυχόντο μετέχει αλλά τό συγγενέ έκάστιρ συνήπται καί άφ'έκάστου πρόεισιν.*

Divinum igitur neque opinabile neque cogitabile neque intelligibile [est]. Omne enim ens vel est sensibile et, propter hoc, opinabile; vel realiter ens et, propter hoc, intelligibile; vel inter haec, simul ens et quod fit et, propter hoc, cogitabile.

Si igitur dii supersubstantiales [sunt] et ante entia subsistunt, neque opinio de ipsis est neque scientia et cogitatio neque intellectio.

Sed ex iis quae intime unita sunt, quales sint ipsorum proprietates cognoscuntur et hoc necessario.

Secundum proprietates enim participatorum et differentiae participantium distinguuntur; et neque omne participat omne — non enim est compositio inter omnino dissimilia — neque fortuitum participat fortuitum, sed cognatum unicuique coniungitur et ab unoquoque procedit.

I. DE « INTELLIGENTIA » - « COGITATIONE » - « MEDITATIONE » (61).

Quaedam in superficie litterae dubia, animum leviter pulsant:

a) « Intelligentia » est *νόησι* — actus intelligcndi vel *intellectio,* sed in Expositione - « intellectus » h. e. *νόημα* cuius signum est vox significativa; et considerari potest tamquam radix obiectiva « scientiae ».

b} « Cogitatio » est *διάνοια* = facultas ratiocinandi unde bene exponitur « per rationem ». Angelicus Doctor notat ex versione Moerbckiana « " meditationem " loco cogitationis » (173), sed « cogitatio » quae « proprie dicitur motus animi deliberantis nondum perfecti per plenam visionem veritatis » (S. Th. II-II, q. 2, a. 1) = *διάνοια.*

c) « Meditatio » exponitur per « phantasiam » Dionysii « et ceteras vires sensitivas interiores » quarum est *αισθητόν καί διά τοϋτο {et propter hoc!'), δοξαστόν* (cfr. 173).

d) Recolatur Platonis locus: *de Republ.* VI, 20-21 (509 C-511 E); ex ipso lex eurythmiae gnoseologicae deducitur quam Scholastica formula signat: *actus specificantur ab obiecto.*

Iamblicus *De communi Math. Scientia* VIII:	PROCLUS *Elem. theologica* prop. CXXIII:	Auctor *De Causis* 62:	S. Thomas *Expositio* 172:
A)« Intelligibilia *(νοητά)* omnia in duo distinguuntur:	« Omne enim ens	• Et dico iterum quod res	« Eorum enim quae per se cognoscuntur
ia (3) in ea quae proprie *intelligibilia (ΙάΙω νοητά)* vocantur et scibilia *(Επιστητά)*	(ib) i" - aut est *sensibile (αισθητόν)*	1° - aut est *sensibilis* et cadit sub sensu;	i" - quaedam cognoscuntur sensu sicut res *sensibiles;*
2a (4) et in ea quae sunt *cogitabilia (ΰιανοητά).*	(2b) 20 - et propter hoc *opinabile (δοξαστόν),*	2" - aut est *meditabilis* et cadit sub meditatione;	*2n* - quaedam *meditatione* sive *imaginatione* sicut res *imaginabiles* quae sensui subiacent;
Et prima quidem sunt intelligibilia, secunda vero et inferiora sunt cogitabilia.	(ia)3°-aut realiter ens et propter hoc *intelligibile (νοητόν)*	3° - aut est fixa stans secundum dispositionem unam et est *intelligibilis;*	3° - quaedam vero *intellectu* sicut res necessariae et immobiles;
B)Rursus autem alia ab his substantia est sensibilium; horum autem	(2a) 4° - aut medium inter haec, ens simul et quod fit, et, propter hoc, *cogitabile (διανοητόν) ».*	4° - aut convertibilis destructibilis cadens sub generatione et corruptione et est cadens sub *cogitatione ».*	4° - quaedam vero *ratione sive cogitatione,* sicut res generabiles et corruptibiles, secundum quem modum Philosophus in VI Ethic, dicit quod " ratiocinativum " est circa ea quae contingit aliter se habere ».
ib (1) quaedam sunt proprie *sensibilia (Ιδίω αίσΘητά),* quae sunt et zb (2) *opinabilia (δοξαστά),* alia vero 3b (-) coniecturabilia *(ΐίκαστά) ».*			

2. DE « MEDITABILI » ET DE « MEDITATIONE » (62).

Rursus parvi momenti difficultas occurrit ad illa verba: « aut est meditabilis et cadit sub meditatione ».

Si enim iuxta communem notionem intelligantur, mirum est quare Angelicus Doctor huius obliviscatur, dum bene sciat quid sit meditatio: « Meditatio pertinere videtur ad processum rationis ex principiis aliquibus pertingentibus ad veritatis alicuius contemplationem » (S. Th. II-II, q. CLXXX, a. 3 ad i).

Sed si textus inter se comparentur, videmus « meditabilis » = *δοξαστόν* et « meditatio » = *δόξα* unde propositionem Procli expendens (173) S. Thomas notat ipsum ponere « opinionem » loco meditationis ». Inde vero colligitur « meditationem » in libro *de Causis* intellexisse per « phantasiam » in libro *de divinis Nominibus.*

Dionysius	S. Thomas	Auctor	PROCLUS
De div. Nom. I, 5; 21 (ex *Exp.* 171):	*Expositio* 170:	*De Causis* 61:	*Elem. theologica* prop. CXXIII:
[6 - neque tactus (ἐπαφι;)] 5" - neque " sermo " *(Âô-*7«,·) quod iste nominat " narrationem " ;	r" - « ... quia *narratio* idest affirmatio fit	1° - «... quia " *narratio* " non fit nisi	
4" - neque " nomen " (ôi'o/χι) quod iste nominat " loquelam " ;	2° - per *loquelam* scilicet per aliquem sermonem significativum; loquela autem est	2° - per " *loquelam* " et loquela	
7" - neque scientia στιίμι;) quod iste nominat intelligentiam ».	3° - per *intelligentiam,* quia voces significativae sunt signa intellectuum; intelligentia autem fit	3° - per " *intelligentiam* " et intelligentia	3" (3) neque intelligentia *(νόησι) ο.*
3" - neque " opinio " (Οό-α) quod iste nominat " cogitationem " ;	4° - per *cogitationem* idest per rationem et hoc est verum de hominibus qui ratiocinando perveniunt ad intellectum veritatis; et cogitatio fit	4° - per " *cogitationem* " et cogitatio	2° (4) neque scientia *(ἐπιστήμη)* et " meditatio " (ὀιάΐοία), [cogitatio] " meditatio " " scientific Knowledge by *discourse of reason* " (Dodds).
2' - neque " phantasia " *Ίΐτασία)* quod iste nominat " meditationem " ;	5° - per *meditationem* idest per imaginationem et ceteras vires sensitivas inferiores quae deserviunt rationi humanae; et meditatio fit	5° - per " *meditationem* " et meditatio	1° (5) * neque " opinio " *(δόξα)* de ipsis est,
I' - » Et neque sensus '/ησϋ,/σι) est Eius,	6° - per *sensum* quia phantasia est motus factus a sensu secundum actum ».	6° - per " *sensum* " ».	

III. QUOAD USUM DOCTRINALEM :

n. 63: *de Verit.* II, 1, na: « sicut dicitur in libro *de Causis,* cum dicimus Deum intelligentem vel intelligentiam, non nominamus eum nomine proprio, sed nomine " causati sui primi " ».

— *de Pot.* VII, 5, 5a: « in libro *de Causis* dicitur quod Causa prima non nominatur nisi nomine causati primi quod est intelligentia ».

PROPOSITIO VII. LECTIO VII.

De Intelligentia quantum ad sui substantiam.

64 — *Intelligentia est substantia quae non dividitur.*

65 — *Quod est:* quia si non est cum magnitudine neque corpus , neque movetur, tunc procul dubio non dividitur.

66 — *Et iterum:* omne divisibile non dividitur nisi aut in multitudinem aut in magnitudinem aut in motum suum.

67 — Cum ergo res est secundum hanc dispositionem,* est sub tempore, quoniam non recipit divisionem nisi in tempore. Et Intelligentia quidem non est cum tempore,* immo est cum aeternitate: quapropter facta est altior et superior omni corpore * et omni multitudine. Quod si inveniatur in ea multitudo,* non invenitur * nisi quasi * res existens una. Cum ergo Intelligentia sit secundum hunc modum, penitus divisionem * non recipit.

68 — *Et significatio* quidem illius est reditio sui super essentiam suam, scilicet quia non extenditur cum re extensa * ita ut sit una suarum extremitatum secunda ab alia.

69 — *Quod est:* quia cum vult scientiam rei corporalis non extenditur * cum ea, sed ipsa stat fixa secundum suam dispositionem, quoniam est forma a qua non pertransit aliquid. Et corpora quidem non sunt ita.

70 — *Et significatio* quod intelligentia non est corpus * neque * dividitur eius substantia et operatio eius, est quod utraeque sunt res una; et Intelligentia quidem est multa propter bonitates quae adveniunt ei a Causa prima. Et ipsa quamvis multiplicetur per hunc modum, tamen quia appropinquat Uni fit unum et non dividitur. Et * Intelligentia quidem non recipit divisionem, quoniam est primum creatum quod creatum est a Causa prima et unitas est dignior ea * quam divisio.

71 — Iam ergo verificatum est quod Intelligentia substantia est quae non est cum magnitudine neque corpus neque movetur per aliquem modorum * motus corporei: quapropter facta est supra tempus et cum aeternitate, sicut ostendimus.

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

179. — Postquam de priori gradu superioris esse, scilicet primam Causam dixit inenarrabilem esse, nunc [64] accedit ad secundum gradum, scilicet ad Intelligentias. Et primo, determinat de Intelligentia, quantum ad sui substantiam; secundo, quantum ad eius cognitionem, VIII propositione, ibi [72]: *Omnis Intelligentia scit....*

180. — Circa primum, sciendum est quod ea quae sunt superioris ordinis cognosci non possunt sufficienter per ea quae sunt ordinis inferioris, eo quod superiora excedunt inferiorum modum et virtutem.

Quia vero humana cognitio a sensu initium sumit, ea quae nostris sensibus offeruntur cognoscere sufficienter possumus, sed ex his in superiorum cognitionem pervenire non possumus, nisi secundum ea quae cum sensibilibus nobis notis habent communia. Ea vero quae totaliter nostris sensibus offeruntur sunt inferiora corpora cum quibus superiora corpora in essentiae specie non conveniunt nec in naturae conditione; conveniunt autem in ratione quantitatis, luminis et eorum quae ad haec sequuntur. Et ideo pertingere possumus ad cognoscendum de superioribus corporibus et claritatem ipsorum secundum quam sunt nobis visibilia et quantitatem magnitudinis et motus ipsorum

1 Saffrey leg.: «Postquam primum gradum... »; infra vero (180): «in ratione quantitatis < et > luminis... ».

et figuram et etiam genus ipsorum secundum modum quo conveniunt in genere cum inferioribus corporibus; propriam autem naturam ipsorum secundum rationem speciei scire non possumus nisi per negationem, inquantum transcendit inferiorum corporum naturam. Unde Aristoteles in I *de Caelo* ⸸ probat caeleste corpus non esse neque grave neque leve neque generabile neque corruptibile.

181. — Similiter Intelligentia transcendit totum ordinem corporalium rerum. Quia tamen sua quidditas vel essentia non est ipsum suum esse, sed est res subsistens in suo esse participato, ideo quodammodo convenit in genere cum corporibus, quae etiam in suo esse subsistunt; et sic, secundum logicam intentionem utrumque ponitur in genere substantiae. Et ideo Intelligentia quidem notificari potest enarrative sive affirmative quantum ad suum genus, ut dicatur esse substantia; sed quantum ad differentiam specificam enarrari non potest, sed oportet quod per negationem nobis notificetur in quantum transcendit totum ordinem corporalium rerum, quibus convenit divisibilitas.

182. — Et ideo notificans Intelligentiae essentiam, prout a nobis notificari potest, proponit hanc propositionem [64]: *Intelligentia est substantia quae non dividitur.* Causa autem prima non est natura subsistens in suo esse quasi participato, sed potius est ipsum esse subsistens et ideo est supersubstantialis et simpliciter inenarrabilis.

183. — Ponit autem et Proculus in suo libro hanc propositionem [CLXXI] sub his verbis: *Omnis intellectus, impartibilis est substantia.*

184. — Quod autem dictum est, probatur per divisionem et, quantum ex verbis hic [65-66] positis apparet, praemittitur duplex divisio: quarum prima est ex parte ipsius rei dividendae quae habet magnitudinem stantem et quantitatem fluentem, sicut est in tempore et motu. Et hoc est quod dicit [65]: *quod est: quia si non est cum magnitudine, neque corpus neque* movetur, *tunc procul dubio non dividitur.* Per hoc enim quod dicit: *si non est cum magnitudine neque corpus...* excludit magnitudinem stantem idest habentem situm; et dicit: neque *cum magnitudine neque corpus...* quia corpus est magnitudo completa divisibilis secundum omnem dimensionem; superficies autem et linea sunt magnitudines incompletae secundum unam vel duas partes.

Vel hoc quod dicit: *si non est cum magnitudine...* ponitur ad excludendum ea quae sunt quanta per accidens sicut albedo et similia.

185. — Aliam divisionem ponit ex parte ipsius divisionis et dicit [66] quod *omne* quod dividitur vel *dividitur* secundum *multitudinem* idest secundum quantitatem discretam vel secundum *magnitudinem* quae est divisio secundum quantitatem continuam habentem situm, vel secundum *motum* quae est divisio quantitatis continuae non habentis situm. Eadem enim est divisio temporis et motus ut probatur in VI *Physic.* x).

186. — In prima autem divisione praetermisit de multitudine, quia divisio quae est secundum numerum consequitur divisionem continui ut patet in III *Physic.* 2) et ideo in quibus non est divisio secundum magnitudinem non est divisio secundum multitudinem.

187. — His autem divisionibus positis, ostendit [67] quod nullo praedictorum modorum Intelligentia dividitur et videtur esse probatio talis: omne quod dividitur, dividitur *in tempore;* est enim divisio, quidam motus ab unitate in multitudinem. Sed Intelligcntia non est in tempore, sed est in *aeternitate* totaliter, ut supra habitum est in II propositione [21]. Ergo excedit omnem praedictum divisionis modum. Et haec quidem est expositio huius propositionis, secundum quod ex verbis hic positis apparet [65-67].

188. — Sed sciendum est verba hic posita ex vitio translationis esse corrupta, ut patet per literam Proculi quae talis est **[CLXXI]:** *Si enim est sine magnitudine et incorporeus et immobilis, impartibilis est.*

Quod vero sequitur, non inducitur per modum alterius divisionis, sed per modum probationis. Sic enim subdit: *omne enim qualitercumque partibile aut secundum magnitudinem aut secundum multitudinem aut secundum operationes est partibile.*

Et statim probat quod non sit partibile secundum operationes, nam addit: ' *in tempore latas,* quasi dicat: omnes operationes partibiles sunt in tempore. Et subdit: *Intellectus autem secundum omnia est aeternalis et ultra corpora et unita est quae in ipso multitudo. Impartibilis ergo* est. Singulum praedictorum supra positorum ostendit.

b C. 3, 269 b 18-270 a 23; *Expos.,* lect. 5 et 6.

x) Cc. 1-2, 232 a 18-233 a i7> *Expos.,* lect. 3.
2) C. i, 200 b 15-20; *Expos.,* lect. 1, n. 3.

189. — Et primo, prosequitur de incorporeitate sic dicens: *quod quidem igitur incorporeus sit Intellectus, quae ad seipsum conversio manifestat.* Est autem conversio Intellectus ad seipsum in hoc quod seipsum intelligit. *Corporum enim nullum ad seipsum convertitur.*

190. — Et hoc quidem supra probaverat praemittens XV propositionem talem: *Omne quod ad seipsum conversivum est, incorporeum est.* Quod sic probat: *Nullum enim corporum ad seipsum natum est converti. Si enim quod convertitur ad aliquid, copulatur illi ad quod convertitur, palam itaque quia et omnes partes corporis eius quod ad seipsum convertitur ad omnes copulabuntur. Quod est impossibile in omnibus partibilibus, propter partium separationem, aliis earum alibi iacentibus.*

191. — Et haec quidem probatio hic subditur satis confuse, cum dicitur [68]: *Et significatio quidem illius,* scilicet quod Intelligentia non sit corpus, *est reditio super essentiam suam,* idest quia convertitur super seipsam intelligendo se; quod convenit sibi quia non est corpus vel magnitudo habens unam partem ab alia distantem. Et hoc est quod subdit, *scilicet quia non extenditur* extensione scilicet magnitudinis *cum re extensa* idest magnitudinem habente, *ita* quod *sit una suarum extremitatum secunda ab alia,* idest ordine situs ab alia distincta.

192. — Et quia posset aliquis credere quod Intelligentia extenderetur intelligendo corpora quasi contingendo ipsa, hoc excludit subdens [69]: *Quod est: quia* quando *vult scientiam rei corporalis non extenditur cum ea,* ut scilicet sua magnitudine magnitudinem intelligat, sicut Empedocles voluit, *sed ipsa stat fixa secundum suam dispositionem,* idest non distrahitur in diversas partes. Et hoc probat per hoc quod subdit: *quoniam est forma a qua non pertransit aliquid.* Magnitudo enim non est nisi in materia, sed Intelligentia est forma immaterialis a qua aliquid non pertransit vel quia una pars eius non distat ab alia vel quia, licet sit indivisibilis, nihil de re habente magnitudinem praeterit eius cognitionem. Subdit autem: *et corpora quidem non sunt ita,* ex quo concludi potest quod Intelligentia non sit corpus.

193. — Deinde [70], secundum quod apparet ex verbis hic positis, inducitur alia probatio ad ostendendum quod Intelligentia non sit corpus; quia, scilicet, tam *eius substantia* quam *eius operatio* est indivisibilis et utraque habet unitatem indivisibilitatis, quod in corporibus esse non potest: nam corpus et secundum substantiam suam dividitur divisione magnitudinis et secundum operationem suam dividitur divisione temporis, quorum neutrum convenit Intelligentiae.

194. — Sed in libro Proculi inducitur hoc ad probandum aliud membrum, scilicet ad ostendendum quod Intelligentia non dividitur secundum motum. Dicit enim sic [CLXXI]: *quod autem* Intellectus sit *aeternatis* manifestat *operationis ad substantiam identitas.*

Et est virtus probationis huius: quia res illa cui sua operatio accidentaliter advenit, secundum illam operationem variationem recipit, ut quandoque operetur et quandoque non operetur vel quandoque magis, quandoque minus operetur. Res autem illa cui convenit sua operatio secundum suam essentiam, invariabiliter operatur. Et talis est Intelligentia cui convenit intellectualis operatio, secundum naturam suae essentiae.

195. — Deinde, ostendit tertium membrum scilicet quod Intelligentia non dividatur secundum multitudinem et ad hoc manifestandum inducit quod oportet aliquam multitudinem in Intelligentia ponere: proveniunt enim *bonitates* multae *a Causa prima,* cuius multiplicationis ratio est quia Intelligentia non potest attingere ad simplicitatem unitatis primae Causae et ideo perfectio bonitatis quae in prima Causa est unita et simplex multiplicatur in Intelligentia in plures bonitates. Et tamen, *quamvis* sit multitudo bonitatum in Intelligentia, ista multa indivisibiliter sibi invicem cohaerent: non enim potest esse quod retineat esse et amittat vitam vel quod retineat vitam et amittat cognitionem, sicut accidit in istis inferioribus. Et hoc ideo, quia cum *Intelligentia* sit *primum* causatum, propinquissima est primae Causae et ideo quae sunt in Intelligentia nobilissimo modo conveniunt ei post primam Causam: *unitas* autem et indivisibilitas nobilior *est quam divisio,* unde Intelligentia indivisibiliter habet multitudinem bonitatum quas participat a Causa prima.

196. — Et ad idem etiam redit probatio quam Proculus inducit [CLXXI].

197. — Ultimo, autem, concludit propositum quasi iam probatum, cum dicit [71]: *Iam ergo verificatum est....*

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM:

* ad n. 65: Pa, Stc; Vel, Ant add. « est ».
* ad n. 67: Ste; Edit. add. tunc ».
» —; Pa, Ste; Vel, Ant om. Er Intelligentia quidem non est cum tempore ›.
» —: Ste; Edit. add. | omni tempore ».
* —: Stc; Edit. add. « aliqua ».
* —: Ste; Edit. add. » multitudo ».
: Ste; Edit. leg. «quod sit».
» —; Ste; Edit, inverse: divisionem penitus ».
* ad η. 68: in *exposit.* (191), Ste; Edit. add. aliqua dimensione».
* ad η. 69: Ste habet: « extenditur », sed pag. 193: « *lege* non extenditur ».
* ad n. 70: Vel, Ant, Ste; Pa add. « est quia ».
* —: Vel, Ant, Ste; Pa: « nec ».
* —: Ste; Edit. add. « ita ».
* —: Ste; Edit.: « a prima Causa ».
* —: Ste; Edit. om. « ea ».
* ad n. 71: Ste; Edit. « aliquem modum ».

II. QUOAD DOCTRINAM:

Propositio citata (183) talis est (CLXXI):

Πα νου άμέριστό έστιν ουσία.
Εί γάρ άμεγέθη και άσώματο και ακίνητο , άμέριστό εστι. Παν γάρ τό όπωσοϋν μεριστόν ή κατά μέγεθο ή κατά πλήθο ή κατά τά ενεργεία έστί μεριστόν έν χρόνο) φερομένα - ό <5ε νου κατά πάντα αιώνιο και επέκεινα σωμάτων, καί ήνωται τό έν αντώ πλήθο - άμέριστό άρα έστιν.

"Οτι μεν οϋν (ισώματο ό νου , ή προ εαυτόν επιστροφή δηλοί [prop. CLXVII]· *τών γάο σωμάτων ούδεν προ εαυτό έπιστρέφεται* [prop. XV].
"Οτι δε αιώνιο , ή τή ενεργεία πρό την ουσίαν ταυτότη - οϋτω γάρ δέδεικται πρότερον [prop. CLXIX].
"Οτι δε ήνωται τό πλήθο , ή πρό τά ένάδα τά θεία τοϋ νοερού πλήθου συνέχεια [prop. CLX]· *αί μεν γάρ εισι πρώτον πλήθο* [prop. CXIII]. *οί δε νόε μετ'έκείνα . Εί οϋν καί πλήθο άπα νου , άλλ'ηνωμέναν πλήθο - προ γάρ τοϋ διηρημένου τό συνεπτυγμένου καί έγγυτέρω τοϋ "Ενό* [prop. LXII].

Omnis mens est impartibilis substantia.
Si cnim [est] sine magnitudine et incorporea et immobilis, impartibilis [ipsa] est. Omne enim qualitercumque partibile aut secundum magnitudinem aut secundum multitudinem aut secundum actus est partibile qui in tempore feruntur; Mens autem quoad omnia [est] aeternalis et ultra corpora et unita est quae in ipsa [est] multitudo; ergo est impartibilis.
Quod quidem igitur incorporea [sit] mens ad seipsam conversio manifestat: corporum enim nullum ad seipsum convertitur.

Quod autem [sit] aeternalis, [manifestat] actus identitas ad substantiam; sic enim prius demonstratum est.
Quod vero unita sit multitudo [manifestat] intellectualis multitudinis continuitas ad divinas unitates: hae quidem etenim sunt prima multitudo; mentes autem post illas. Ergo etiam si multitudo [sit] omnis mens, sed unita multitudo [est]: nam ante divisum [est] complicatum et [quod] propinquius Uni [est].

Propositio citata (190) talis est (XV):

Παν τό πρό εαυτό έπιστρεπτικόν άσώματόν έστιν.
'Ουδέν γάρ τών σωμάτων πρό εαυτό πέφυκεν έπιστρέφειν. Εί γάρ τό έπιστρέφον πρό τι συνάπτεται έκείνω πρό δ επιστρέφει, δήλον δη ότι καί τα μέρη τοϋ σώματο πάντα προ πάντα συνάγει τοϋ πρό εαυτό έπιστραφέντο - τοϋτο γάρ ήν τό πρό εαυτό έπιστρέγαι, όταν έν γένηται άμιρω, τό τε *έπιστραφεν καί πρό ό επιστράφη.*
Αδύνατον δε έπί σώματο τοϋτο, καί όλω τών μεριστώ))' πάντων ου γάρ ολον δλω συνάπτεται έαυτώ τό μεριστόν διά τον τών μεριάν χορισμόν, άλλων άλλαχοϋ κειμένων.

Omne quod ad seipsum [est] *conversivum, incorporale est.*
Nullum enim corporum ad seipsum natum est se convertere: si enim quod se convertit ad aliquid, coniungitur illi ad quod se convertit, manifestum [est] quod et partes corporis omnes coniunget ad omnes [partes] illius qui ad se convertit se. Hoc est enim ad seipsum se convertere, quando ambo et convertens se et ad quod [est] conversio, unum fiunt.
Hoc autem [est] impossibile in corpore et universaliter in omnibus divisibilibus; etenim, propter partium divisionem quae aliae alibi ponuntur, partibile non coniungitur totum toti sibi ipsi.

Οὐδέν αρα *σώμα προ εαυτό πέφυκεν επιστρέφειν, ώ όλου έπεστράφθαι. πρό ολον.*

Nullum igitur corpus ad seipsum natum est se convertere, ita ut totum se convertat ad totum.

Ε'ί τι αρα πρό εαυτό επιστρεπτικόν εστι, άσώματόν εστι και άμερέ .

Ergo si quid ad seipsum conversivum est, incorporale est et impartibile.

III. QUOAD USUM DOCTRINALEM :

η. 64: *de Pot.* VI, 6, 2 s. c. « in libro *de Causis* dicitur quod " intelligentia est substantia quae non dividitur " et dicit ibi [65] commentator quod neque est magnitudo neque super magnitudinem delata ».

— *de Spir. Creat.* 1, 7 s. c. « in libro *de Causis* dicitur quod " intelligentia est substantia quae non dividitur " ».

ORDO PROPOSITIONUM VIII-XIII

A) *De distinctione Causarum Primarum.*

2° - *Determinat de singulis Causis:*

b) de Intelligentia:

jj - quantum ad eius cognitionem:

‹*i)* declarat modum quo cognoscit alia a se:

i° - declarat modum quo cognoscit et superiora ct inferiora (prop. VIII);

2" - ostendit quid sit ea superius (prop. IX);

3° - ostendit quomodo se habeat in cognitione inferiorum:

j° - ostendit communiter qualiter cognoscat alia a sc (prop. X);

jj" - specialiter, quomodo cognoscat res sempiternas:

) cognoscit res aeternas (prop. XI);

) ostendit modum quo eas cognoscit (prop. XII).

/S) ostendit quomodo intelligat seipsam (prop. XIII).

c) *de Anima {prop. XIV-XV).*

PROPOSITIO VIII. LECTIO VIII.

Declarat modum quo cognoscit Intelligentia et superiora et inferiora.

72 — *Omnis intelligentia scit quod est supra se et quod est sub se: verumtamen scit quod est sub se, quoniam est causa ei et scit quod est supra se, quoniam acquirit bonitates ab eo*.

73 — Et Intelligentia quidem * est substantia intelligibilis; ergo secundum modum suae substantiae, scit res quas acquirit desuper et res quibus est causa.

74 — Ergo ipsa discernit quod est supra eam et quod est sub ea * et scit quod illud quod est supra se est causa ei, et quod est sub ea est causatum ab ea; et cognoscit causam suam et causatum suum per modum qui est causa eius scilicet per modum suae substantiae *.

75 — Et similiter omnis sciens non scit rem meliorem et rem inferiorem et deteriorem, nisi secundum modum suae substantiae et sui esse, non secundum modum secundum quem res sunt.

76 — Et si hoc ita est, tunc proculdubio bonitates quae descendunt super Intelligentiam a Causa prima, sunt in ea * intelligibiles et similiter res corporeae sensibiles sunt in Intelligentia intelligibiles.

77 — a) *Quod est:* quoniam res quae sunt in Intelligentia non sunt impressiones ipsae, immo sunt causae impressionum.
b) *Et significatio* illius est: quod Intelligentia ipsa est causa rerum quae sunt sub ea per hoc quod est Intelligentia *.
Si ergo Intelligentia est causa rerum per hoc quod est intelligentia *, tunc procul dubio causae rerum sunt intelligibiles etiam.

78 — Iam ergo manifestum est quod res, supra Intelligentiam et sub ea, sunt per virtutem intelligibilem et similiter res corporeae cum Intelligentia sunt intelligibiles et res intelligibiles in * Intelligentia sunt intelligibiles, quoniam ipsa est causa esse earum; et quia ipsa non apprehendit nisi per modum suae substantiae et ipsa, quia est intelligentia, apprehendit res apprehensione intelligibili, sive intelligibiles sunt * res sive corporeae.

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

198. — Posita notificatione Intelligentiae quantum ad eius substantiam, hic [72] incipit manifestare cognitionem ipsius. Et primo, declarat modum quomodo cognoscat alia a se; secundo, quomodo cognoscat seipsam et hoc in XIII propositione, ibi [109]: *Omnis Intelligentia intelligit essentiam suam....*

199. — Circa primum, tria facit: primo, declarat modum quo cognoscit Intelligentia et superiora et inferiora; secundo, ostendit quid sit ea superius IX propositione, ibi [79]: *Omnis Intelligentiae fixio...;* tertio, ostendit quomodo se habeat in cognitione inferiorum, ibi [92]: *Omnis Intelligentia est plena formis... X* propositione.

200. — Ad declarandum igitur modum quomodo Intelligentia cognoscat et superiora et inferiora, ponit talem propositionem [72]: *Omnis Intelligentia scit quod est supra se et quod est sub se; verumtamen scit quod est sub se quoniam est causa ei et scit quod est supra se quoniam acquirit bonitates ab eo.*

201. — Cuius quidem propositionis ratio [1]) quantum ad superficiem videtur esse quod causalitas sit intelligentiae ratio intelligendi. Et hoc quidem si recte consideretur, non

x) Saffrey leg.: «... propositionis < intellectus > quantum... » et in nota: « supplevi »; al. lectio: « intentio est ». Infra vero (204) leg.: « inducitur *haec* probatio... ».

habet veritatem neque quantum ad id a quo causatur Intelligentia neque quantum ad ea quae causât: non enim causatur a sua causa per suam scientiam, sed potius per scientiam Causae causantis ipsam. Ea vero quae sub se sunt, quamvis Intelligentia causet per suam scientiam, non tamen ideo scit ea quia causât ea, sed potius ideo causât ea quia scit ea.

202. — Verus autem intellectus huius propositionis est sic accipiendus: manifestum est enim quod in ordine rerum causa altiorem gradum obtinet quam causatum; si igitur aliquid sit et causa et causatum, medium gradum obtinet inter utrumque et huiusmodi est Intelligentia. Nam ipsa causatur a Causa prima et est infra eam. Causât autem quodammodo ea quae sunt sub ipsa, ut in III propositione est expositum [31; **78-81**] et ita est supra ea. Vult ergo dicere quod secundum gradum suum, quo est causa et causatum, medio modo se habet in intelligendo: nam intelligit id quod est supra se inferiori modo quam illud sit in seipso; quae autem sunt infra se intelligit altiori modo quam sint in seipsis.

203. — Et in hoc etiam sensu inducitur in libro Proculi CLXXIII propositio quae talis est: *omnis Intellectus intellectualiter est et quae ante ipsum et quae post ipsum,-* quia, scilicet, tam superiora quam inferiora sunt in Intellectu secundum modum eius, idest intellectualiter.

204. — Et ad hunc etiam sensum inducitur hic probatio: dicit enim [73] quod *Intelligentia quidem est substantia intelligibilis,* quia scilicet esse intelligibile convenit ei ratione suae essentiae; *ergo secundum modum suae substantiae scit res quas acquirit desuper et res quibus est causa.* Et huius ratio est quia unaquaeque res operatur secundum modum formae suae quae est operationis principium, sicut calidum calefacit secundum modum sui caloris unde oportet quod omne cognoscens cognoscat secundum formam quae est cognitionis principium, scilicet: secundum similitudinem rei cognitae quae quidem est in cognoscente *secundum modum substantiae* eius.

205. — Unde oportet quod omne cognoscens *secundum modum suae substantiae* cognoscat quicquid cognoscit. Cum ergo Intelligentia [74] *secundum modum suae substantiae* sit causa et causatum, erit ipsa quasi quidam terminus vel limes determinans sive distinguens superiora ab inferioribus, ita scilicet quod superiora cognoscit *per modum suae substantiae,* inferiori modo quam res superior sit in seipsa; inferiora vero cognoscit altiori modo quam sint in seipsis [75].

206. — Quod quidem est intelligendum ut modus cognitionis accipiatur ex parte cognoscentis; quia, scilicet, quamvis Causa prima sit superintellectualis, Intelligentia non cognoscit eam superintellectualiter, sed intellectualiter. Et similiter quamvis corpora sint materialia et sensibilia in seipsis, Intelligentia tamen non cognoscit ea sensibiliter et materialiter, sed intellectualiter [76-77].

207. — Si vero accipiatur modus cognitionis ex parte rei cognitae, sic cognoscit unumquodque prout est in seipso: cognoscit enim Intelligentia quod Causa prima est superintellectualiter in seipsa et quod res corporales habent in seipsis esse materiale et sensibile [78].

208. — Ex his patet intellectus omnium eorum quae hic dicuntur.

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM :

* ad n. 72: Ste inverse: « ab eo bonitates ».

* ad n. 73: in *exposit.* (204), Ste; Edit. add. haec ».

* ad n. 74: Ste; Edit, inverse: « ...sub ea et quod est supra eam ».

* —: in *exposit.* (205), Ste; Edit. add. I et sui esse (cfr. 75).

* ad n. 76: Ste; Edit.: intelligibiles in ea ».

* ad n. 77: Ste; Vel, Ant: quod est ipsa Intelligentia tantum »; Pa: quod est Intelligentia tantum ».

* —: Ste; Edit, add.: et sub ea sunt per virtutem intelligibilem (cfr. 78).

* ad n. 78: Ste; Edit. om. in ».

* —: Ste; Edit. « sint ».

II. QUOAD DOCTRINAM:

Propositio citata (203) talis est (CLXXIII):

Πα νοϋ νοερώ έστι και τά προ αύτοϋ καί τά μετ'αύτόν τά μεν γάρ έστι κατ'αϊτιαν, όσα μετ'αύτόν· τά δέ κατά μέθεξιν, οσα προ αύτοϋ' νου δέ ό αυτό έστι καί νοεράν ελαχεν ουσίαν κατά την έαυτοϋ άρα ύπαρξιν άφορίζει πάντα, καί ά κατ'αίτίαν έστι καί τά κατά μέθεξιν.

Καί γάρ έκαστον, ώ πέφυκεν, οϋτω μετέχει τών κρειττόνων, άλλ'ούχ ώ έκεϊνα έστιν.

'Ήδη γάρ αν ώσαύτω ύπδ πάντων μετείχετο' μετέχει δέ άλλα άλλω ' κατά την Ιδιότητα άρα τών μετεχόντων καί δνναμιν αί μεθέξει . Νοερώ άρα έν τώ νφ τά προ αύτοϋ.

Αλλά μην καί τά μετ'αύτόν νοερώ έστιν. Ού γάρ έκ τών αποτελεσμάτων έστιν, ουδέ έκεϊνα έχει έν έαυτώ, άλλά τά αιτία τά εκείνων έστι δέ πάντων τφ είναι αίτιο [prop. XXVI]' *το δέ είναι αύτοϋ νοερόν καί τά αίτια άρα νοερώ έχει τών πάντων.*

'Ωστε πάντα νοερώ έχει πα νοϋ , καί τά προ αύτοϋ καί τά μετ'αύτόν. 'Ω οϋν τά νοητά νοερώ έχει πα , οϋτω καί τά αισθητά νοερώ .

Omnis mens intellectualiter est et quae ante ipsam et quae post ipsam [sunt]: *est enim causaliter quae* [sunt] *post ipsam; participative autem quae* [sunt] *ante ipsam; mens vero eadem est et intellectualem sortita est substantiam, ideo secundum suam existentiam definivit omnia et quae est causaliter sicut quae participative.*

Unumquodque enim, sicut natum est ita meliorum est particeps, sed non ut illa sunt.

Profecto enim pariter ab omnibus participarentur; alia autem aliter participant. Ergo participationes [sunt] secundum proprietatem et potentiam participantium. Ea igitur quae [sunt] ante ipsam, intellectualiter [sunt] in mente.

Sed quidem et ea quae post ipsam intellectualiter est: non enim est ex effectibus neque ipsa in seipsa habet sed eorum causas; est autem causa omnium per esse; ipsius autem esse [est] intellectuale et omnium causas igitur intellectualiter habet.

Unde omnis mens intellectualiter omnia habet et ea quae ante ipsam et ea quae post ipsam. Igitur omnis [mens] sicut habet intelligibilia intellectualiter ita et sensibilia intellectualiter.

III. QUOAD USUM DOCTRINALEM:

n. 72: S. *Th.* I, 56, 2, 2a: « in libro *de Causis* dicitur quod " omnis intelligentia scit quod est supra se " inquantum est causata ab eo " et quod est sub se " inquantum est causa eius ».

— S'. *C. G.* II, 98; 1830b: «in libro de Causis dicitur quod intelligentia scit quod est sub se et quod est supra se per modum suae substantiae quia alia est causa alterius » (cfr. 73).

— *de Verit.* II, 3c: « in libro *de Causis* dicitur quod intelligentia cognoscit id quod est sub se, inquantum est causa eius ».

— *ibid.* VIII, 3c: « dicitur in libro *de Causis* quod intelligentia intelligit quod est supra se per modum substantiae suae, quia inquantum creata est a Deo, substantia sua est similitudo quaedam substantiae vel essentiae divinae » [73].

— *ibid.* VIII, 7, 2a: « omnis intelligentia scit quod est supra se, inquantum causa est ei, ut dicitur in libro *de Causis* et quod est infra se, inquantum est causatum ab ea ».

— *ibid.* XIII, 2c: « prout dicitur in libro *de Causis* quod intelligentia scit quod est supra se, inquantum est creata ab eo ».

— *de Pot.* III, 4, na: « in eodem libro *[de Causis]* dicitur quod intelligentia scit quod sub se est, per modum substantiae suae, inquantum est ei causa ».

— *de An.* 7, 8a: « dicitur., in libro *de Causis* quod intelligentia intelligit quod est supra se quia est causata [edit. « causatum », contra textum *de Causis,* cfr. n. 74] ab eo [edit. « ea »] et intelligit quod est sub se quia est causa eius ».

— *ibid.* 20, 18a: « in libro *de Causis* dicitur quod intelligentia cognoscit res, inquantum est causa eis vel inquantum regit eas» [173].

n. 73: S. *Th.* I, 58, i, 3a: « in libro *de Causis* dicitur quod intelligentia intelligit " secundum modum suae substantiae " ».

— S. *Th.* I, 89, 2C.

— 5. *Th.* I-II, 5, 5c: « naturalis cognitio cuiuslibet creaturae est " secundum modum substantiae " eius, sicut de intelligentia dicitur ».

— S. *Th.* I-II, 50, 6c: «et alia, '"secundum modum suae substantiae ", ut dicitur ».

— *de Verit.* VIII, 14, ad 6: « cognoscit enim omnia per modum substantiae suae, ut dicitur in libro *de Causis* ».

n. 74: *de Verit.* VIII, 7c: « in commento etiam libri *de Causis* dicitur quod intelligentia inferior quod est supra se, per modum substantiae suae intelligit et non per modum superioris ».

n. 76: *de Verit.* VIII, 7, item2 1: « per essentiam suam cognoscit omnes res sensibiles et non per aliquas formas, ut dicitur in libro *de Causis* » [78].

* Dantes Alligherius: « E qui è da sapere che ciascun Intelletto di sopra, secondo che è scritto nel *libro delle Cagioni,* conosce quello ch'è sopra sè e quello ch'è sotto sè: conosce dunque Iddio siccome sua cagione, conosce quello ch'è sotto sè siccomc suo effctto », *Convivio,* trat. III, cap. 6; R. Murari, *art. cit.,* pag. 106.

PROPOSITIO IX. LECTIO IX.

Ostendit quid sit supra Intelligentiam.

79 — *Omnis Intelligentiae fixio et essentia eins est per Bonitatem puram quae est Causa prima.*

80 — Et virtus quidem Intelligentiae * est vehementioris unitatis quam res secundae quae sunt post eam, quoniam ipsae non accipiunt cognitionem eius. Et non est facta ita, nisi quia causa est ei quod est sub ea.

81 — *Et significatio* eius est illud cuius rememoramur: quia * Intelligentia est regens omnes res quae sunt sub ea per virtutem divinam quae est in ea; et per eam retinet res quoniam per eam est causa rerum, et ipsa retinet omnes res quae sunt sub ea et comprehendit eas.

82 — *Quod est:* quoniam omne quod est primum * rebus et causa eis est retinens illas res et regens eas et non evadit ab eo * ex ipsis aliquid, propter virtutem suam alteram. Ergo Intelligentia est princeps rerum quae sunt sub ea et retinens eas et regens eas, sicut Natura regit res quae sunt sub ea per virtutem Intelligentiae et * similiter Intelligentia regit Naturam per virtutem divinam.

83 — Et Intelligentia quidem non facta est retinens res quae sunt post eam et regens eas et suspendens virtutem suam super eas, nisi quoniam ipsae * non sunt virtus substantialis ei, immo ipsa est virtus virtutum substantialium, quoniam est causa eis.

84 — Et Intelligentia quidem comprehendit generata et Naturam et horizontem Naturae scilicet Animam; nam ipsa est supra Naturam.

85 — *Quod est:* quia Natura continet generationem et Anima continet Naturam et Intelligentia continet Animam.

86 — Ergo Intelligentia continet omnes res; et non est facta intelligentia ita nisi propter Causam primam quae supereminet omnibus rebus, quoniam est Causa Intelligentiae et Animae et Naturae et reliquis rebus *.

87 — Et Causa quidem prima non est Intelligentia neque Anima neque Natura, immo est supra Intelligentiam et Animam et Naturam, quoniam est creans omnes res; verumtamen est causans * Intelligentiam absque medio et causans * Animam et Naturam et reliquas res, mediante Intelligentia.

88 — Et scientia quidem divina non est sicut scientia intelligibilis * neque sicut scientia animalis *; immo est supra scientiam Intelligentiae et scientiam Animae, quoniam est creans scientias *.

89 — Et quidem virtus * divina est supra omnem virtutem intelligibilem * et animalem et naturalem, quoniam est causa omni virtuti.

90 — a) Et Intelligentia est habens *helyatin,* quoniam est esse et forma et similiter Anima est habens *helyatin* et Natura est habens *helyatin;*

b) et Causae quidem primae « non est *helyatin* », quoniam Ipsa est esse * tantum

91 — b1) Quod si dixerit aliquis: « necesse est ut sit *helyatin* »,

b2) dicemus: *helyatin* idest suum est * infinitum et * individuum suum est. Bonitas pura, influens * super Intelligentiam * omnes bonitates et super reliquas res, mediante Intelligentia *.

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

209. — Postquam posuit modum quo Intelligentia cognoscit quod supra se est et id quod sub ipsa est, hic [79] ostendit quid sit supra ipsam, inducens propositionem ad manifestandum quod Intelligentia dependet ex Causa prima, quae talis est: *Omnis intelligentiae fixio et essentia eius est per Bonitatem puram quae est Causa prima.*

210. — Hanc autem propositionem Proculus ponit sed universalius, dicens XII pro-

positione sui libri: *omnium entium principium et causa prima Bonum est.* Idem autem figurat [1]) in hac propositione [79] quod dicitur: « Bonitas pura » et quod in propositione Proculi dicitur :« Bonum ». Bonitas enim pura dicitur Bonitas non participata scilicet: ipsa essentia bonitatis subsistens, quam Platonici vocabant: « Ipsum Bonum »; quod quidem essentialiter et pure et prime bonum oportet quod sit prima Causa omnium; quia, ut Proculus probat, semper causa est melior causato, unde oportet id quod est prima Causa esse optimum. Hoc autem est id quod est ipsa bonitatis essentia, unde oportet id quod est essentialiter bonum esse primam omnium Causam.

211. — Et hoc est quod Dionysius dicit I cap. *de Divinis Nominibus*2): *« quoniam autem »* Deus est ipsa *« bonitatis essentia, per ipsum »* suum *« esse, omnium est existentium Causa ».*

212. — Unde et Intelligentiae, quae habent esse et bonitatem participatam, oportet quod dependeant a Deo qui est ipsa « Bonitas pura », sicut effectus a causa. Et hoc est quod dicit [79] quod *Intelligentiae fixio et essentia est per Bonitatem puram,* quia scilicet, Intelligentia ex prima Bonitate habet esse fixum, idest immobiliter permanens.

213. — Hoc autem probat dupliciter: primo quidem [80] per effectum ipsius Intelligentiae. Et consistit vis suae probationis in hoc: quia si alicuius rei propria operatio inveniatur in re alia, oportet ex necessitate quod res illa habeat ex participatione alterius hanc operationem, sicut effectus habet aliquid a causa; puta, si ferrum ignitum faciat propriam operationem ignis, adurendo, oportet dicere quod hoc, ferrum habeat ab igne, sicut effectus a causa. Est autem propria operatio ipsius Dei quod sit universalis causa regitiva omnium, ut in III propositione [65] habitum est, unde ad hanc operationem nihil pertingere potest nisi in quantum participat illud a prima Causa, sicut effectus eius.

214. — Quia vero Causa prima est maxime una, quanto aliqua res fuerit magis simplex et una, tanto magis appropinquat ad Causam primam et magis participat propriam operationem Ipsius. *Intelligentiae* vero sunt maioris *unitatis* et simplicitatis *quam res* inferiores; cuius signum est quia quaecumque sunt infra Intelligentiam habentia cognoscitivam virtutem, non possunt attingere ad cognoscendam Intelligentiae substantiam, propter excessum simplicitatis ipsius; per quam etiam rationem, sensus corporeus deficit a cognitione rei intelligibilis. Et quod sit simplicior, ex hoc manifestatur quia est causa rerum inferiorum per modum quod supra [81-85] dictum est in III propositione.

215. — Et hoc manifestatur per id quod subsequitur [8i],,. *quia Intelligentia* regit *omnes res quae sunt sub ea, per virtutem divinam quae est in ea.* Intelligitur autem in regimine ordinatio et motio inferiorum ad finem *et, per* huius *virtutem* divinam in se existentem, *retinet* et conservat res ab impedimentis sui regiminis: haec enim duo, scilicet: regere et retinere, sunt propria causae in comparatione ad effectum. Ideo ergo Intelligentia per virtutem divinam regit res et *retinet* eas, quia per ipsam *est causa* rerum.

216. — Quomodo autem retineat res inferiores, manifestat per hoc quod subdit quod *ipsa retinet* causas omnes *quae sub ea sunt et comprehendit eas,* imprimendo scilicet eis virtutem suam: non enim est causa omnium inferiorum immediate, nisi mediantibus causis inferioribus.

217. — Hoc autem quod dixerat, probat consequenter per hoc [82] quia *omne quod est primum* in *rebus et causa eis,* retinet *illas res et* regit *eas* ut dictum est [215] *et* nihil eorum quae subsunt alicui causae possunt eximi a regimine et retentione suae causae per aliquam virtutem extraneam. Et ideo, cum Intelligentia sit prima respectu inferiorum et per consequens causa eorum per modum praemissum [81-85], consequens est quod habeat respectu inferiorum, quasi officium principis in retinendo et regendo.

Sic enim videmus quod etiam ea quae sunt infra Intelligentiam habent virtutem regitivam *per virtutem Intelligentiae, sicut* per Naturam quae est principium motus in rebus naturalibus reguntur et retinentur ea quae subsunt Naturae. Unde *similiter Intelligentia regit Naturam* et alia quae sibi subsunt *per virtutem divinam.* Sic ergo ex superioribus probatum est quod Intelligentia, quasi *princeps,* regit et retinet inferiora *per virtutem* superioris causae et hoc ideo quia ipsa est causa earum. Et quod sit causa procedit ex hoc quod est vehementioris unitatis.

x) SAFFREY hic leg.: « significatur »; postea (212): dependeant *a Bonitate pura* »; (215): « et per *huiusmodi* virtutem... retinet *idest* conservat... ».

2) § 5 (MG. III, 593 C) ex vers. I. Sarraceni: « *quoniam autem* sicut *bonitatis essentia per ipsum esse, omnium... causa* » (cfr. *de div. Nom.,* edit, cit., n. 24; 85-88).

218. — Sed quomodo, ex hoc quod est causa, sequatur quod retineat causata et regat, nondum erat probatum et ideo huius probationem subdit [83]: *et Intelligentia quidem non est facta retinens res quae sunt post ipsam et regens eas et suspendens virtutem suam super eas, nisi quoniam ipsae non sunt virtus substantialis* ipsi, *imtno ipsa est virtus virtutum substantialium, quoniam est causa eis.*

219. — Cuius probationis haec virtus est: quia unaquaeque res regitur et conservatur per aliquam virtutem suam per quam aliquid operatur ad finem et impedimentis resistit; sed virtus causati dependet ex virtute causae et non e converso: cum enim virtus sit operandi principium in unoquoque, necesse est quod illud sit virtus virtutis alicuius rei a quo habet quod sit operandi principium. Dictum est autem in I propositione [23, 24] quod causa inferior operatur per virtutem causae superioris, unde virtus causae superioris est virtus virtutis causae inferioris. Et per hunc modum dicit [83] quod virtus Intelligentiae *est virtus virtutum substantialium,* idest virtutum qfiae sunt propriae substantiis inferiorum rerum. Sic igitur patet quod Intelligentia regit et retinet res inferiores *virtutem suam* expandens *super eas,* ex hoc quod *est causa eis.*

220. — Quae autem sunt inferiora quae regit, ostendit subdens [84] quod *Intelligentia comprehendit generata,* idest continet sub se sicut effectus quos regit et retinet, res generabiles et corruptibiles *et Naturam* quae est principium motus in ipsis et invenitur primo in primo corporum; *comprehendit* etiam *horizontem naturae scilicet Animam* (dictum est enim supra in II propositione [22] quod Anima est in horizonte aeternitatis et temporis existens infra aeternitatem et supra tempus), quia *ipsa est supra Naturam,* quae est principium motus qui tempore mensuratur.

221. — Quod autem Intelligentia comprehendat omnia praedicta, probat [85] per hoc quod *Natura continet generationem* idest res generatas, tamquam principium generationis existens: particularis quidem Natura generationis particularis; universalis autem Natura, quae est in Corpore caelesti, comprehendit universaliter omnem generationem, sicut suum effectum. *Anima* vero *continet Naturam:* quia, secundum opinionem ponentium corpora caelestia animata, quam auctor huius libri supponit, Anima est principium motus primi corporis et consequenter omnium motuum naturalium ut in III propositione [30] habitum est. *Et* iterum *Intelligentia continet Animam,* quia Anima ab Intelligentia participat intellectualem operationem, sicut in eadem propositione [29] dictum est.

222. — Unde concludit [86] quod *Intelligentia continet omnes res,* quia quicquid continetur a contento continetur a continente. Et repetit causam quare hoc conveniat Intelligentiae, scilicet propter virtutem Causae primae cuius est proprium supereminere omnibus non per virtutem alterius, sed per virtutem propriam: Ipsa enim per suam virtutem divinam *est causa Intelligentiae et Animae et Naturae et* reliquarum rerum, scilicet generabilium et corruptibilium. Sic igitur ostensum est quod Intelligentia dependeat a Causa prima per hoc quod ab ea habet virtutem universalem continendi inferiora.

223. — Deinde, cum dicit [87]: *et Causa quidem...* ostendit idem ex conditione Causae primae, quasi demonstratione ostendente propter quid. Nam praemissa probatio [So-86] fuit magis per signum. Et primo, ponit probationem [87-90]; secundo, excludit obiectionem, ibi [91]: *quod si dixerit aliquis...*

224. — Dicit ergo primo [87], quasi proponens quod probare intendit, quod *Causa prima non est Intelligentia* nec est *Anima* nec *Natura,* sed *est supra* omnia ista quasi creatrix earum cum quodam ordine: nam Intelligentiam causât immediate, Animam vero et Naturam et reliquas res, mediante Intelligentia. Quod intelligendum est, sicut supra dictum est in III propositione [79-85], non quod esse eorum sit causatum ab Intelligentia, sed quia ista secundum suam essentiam sunt creata solum a Causa prima, per Intelligentiam vero sortiuntur quasdam perfectiones superadditas.

225. — Hoc autem quod Causa prima causât omnia praedicta, incipit probare, ibi [88]: *Et scientia quidem divina....*

226. — Ad cuius probationis intellectum, sciendum quod perfectionum pervenientium [x] in rebus a Causa prima, aliud est quod pervenit ad omnia etiam usque ad generabilia et corruptibilia scilicet esse; aliud autem est quod non pervenit ad effectus inquantum effectus sunt, sed solum ad causas inquantum causae sunt, scilicet virtus, unde participatio virtutis pervenit usque ad

x) Saffrey leg.: «provenientium...»; inde tria 'aliud' seq. leg. «aliquid».

Naturam quae habet rationem principii; aliud vero est quod pervenit usque ad Animam intellectualem, scilicet scientia quae tamen inferiori modo est in Anima quam in Intelligentia: nam Intelligentiae convenit sine motu, inquantum statim apprehendit veritatem; Animae vero convenit cum quodam motu, prout ex uno procedit ad aliud. Sic igitur ad Intelligentiam et Animam pervenit esse et virtus et scientia; ad Naturam, esse et virtus; ad generata, esse tantum. Si igitur Causa prima est causa omnis scientiae et virtutis et totius esse, consequens est quod ab Ipsa omnia causentur.

227. — Quod autem sit omnium horum causa probat per hoc quod id quod est primum et excellentissimum in unoquoque ordine est causa omnium consequentium in ordine illo. Sed Causa prima habet scientiam excellentiorem omni scientia et virtutem excellentiorem omni virtute et esse excellentius omni ente. Est igitur causa omnis scientiae et virtutis et esse. Et ex hoc sequitur quod sit creatrix et Intelligentiae et Animae et Naturae et reliquorum.

228. — Primo ergo [88] manifestat de scientia et dicit quod *scientia divina non est sicut scientia intelligibilis,* quia scientia Intelligentiae est per participationem rei intellectae et multo minus est *sicut scientia animalis* quae non solum est per participationem rei intellectae, sed per participationem luminis intellectualis ab Intelligentia, mobiliter se habens circa scientiam. *Immo* scientia divina *est supra scientiam Intelligentiae et* supra *scientiam Animae.,* quia immobiliter et absque omni participatione intelligibilis luminis vel rei intellectae habet scientiam essentialem, per suam essentiam cognoscens res. Et hoc ideo est quia Ipsa est creatrix omnis scientiae, unde oportet quod sit omni scientia superior.

229. — Idem autem prosequitur de virtute [89] et dicit quod *virtus divina est supra omnem virtutem intelligibilem et animalem et naturalem* quia et Intelligentia et Anima et Natura habent virtutem participatam ab alio, sicut virtus causae secundae participatur a virtute Causae primae quae non est participata ab alio, sed Ipsa *est causa* omnis virtutis.

230. — Similiter etiam prosequitur quantum ad esse [90] ostendens quod Causa prima habet altiori modo esse quam alia: nam Intelligentia habet « yleathin » idest aliquid « materiale » vel ad modum materiae se habens; dicitur enim « yleathin » ab « yle » quod est materia. Et quomodo hoc sit exponit subdens *quoniam est esse etforma:* quidditas enim et substantia ipsius Intelligentiae est quaedam forma subsistens et immaterialis; sed quia ipsa non est suum esse, sed est subsistens in esse participato, comparatur ipsa forma subsistens ad esse participatum sicut potentia ad actum et ut materia ad formam.

Et similiter Anima est habens « yleathin »: non solum ipsam formam subsistentem, sed etiam ipsum corpus cuius est forma.

Similiter etiam *Natura est habens* « yleathin », quia corpus naturale est compositum ex materia et forma.

231. — Causa autem prima nullo modo habet « yleathin », quia non habet esse participatum, sed ipsa *est esse* purum et per consequens « Bonitas pura », quia unumquodque inquantum est ens, est bonum. Oportet autem quod omne participatum derivetur ab Eo quod pure subsistit per essentiam suam; unde relinquitur quod essentia Intelligentiae et omnium entium sit a bonitate pura Causae primae.

232. — Sic igitur patet ratio quare supra [87] dixit quod *Causa prima non est Intelligentia* nec *Anima* nec *Natura,* quia eius scientia excedit scientiam Intelligentiae et Animae et Eius virtus excedit omnem virtutem et Eius esse omne esse.

233. — Deinde, cum dicit [91]: *Quod si dixerit...* excludit quamdam obiectionem: posset enim aliquis dicere quod si Causa prima sit *esse tantum,* videtur quod sit esse commune quod de omnibus praedicatur et quod non sit aliquid individualiter ens ab aliis distinctum χ): id enim quod est commune non individuatur, nisi per hoc quod in aliquo recipitur. Causa autem prima est aliquid individuale distinctum ab omnibus aliis, alioquin non haberet operationem aliquam: universalium enim non est nec agere nec pati; ergo videtur quod *necesse sit* dicere Causam primam habere « *yleathin* », idest aliquid esse recipiens.

234. — Sed ad hoc respondet quod ipsa infinitas divini esse, inquantum scilicet non est terminatum per aliquod recipiens, habet in Causa prima vicem « yleathin » quod est in aliis rebus. Et hoc ideo quia sicut in aliis

b Cfr. *contra Gent.* I, cap. 26 (237-249) ubi ct auctoritas » *commentatoris* libri *de Causis* ponitur (240 c). Ibi errorem Amauricianorum considerat, sed et radicem metaphysicam tangit de monismo existentiali in doctrina Avicennae et quorumdam ׀ *siifis* » (cfr. Gardet-Anawati, *Introduction à la Théologie musulmane. Essai de Théologie comparée,* Paris 1948, pag. 267, et nn. 1, 2),

rebus fit individuatio rei communis receptae per id quod est recipiens, ita divina Bonitas et esse individuatur ex ipsa sui puritate per hoc scilicet quod ipsa non est recepta in aliquo; et ex hoc quod est sic individuata sui puritate, habet quod possit influere *bonitates super Intelligent!am et* alias *res.*

235. — Ad cuius evidentiam considerandum est quod aliquid dicitur individuum ex hoc quod non est natum esse in multis; nam universale est quod est natum esse in multis. Quod autem aliquis non sit natum esse in multis, hoc potest contingere dupliciter: uno modo, per hoc quod est determinatum ad aliquod unum in quo est, sicut albedo per rationem suae speciei nata est esse in multis, sed haec albedo quae est recepta in hoc subiecto non potest esse nisi in hoc. Iste autem modus non potest procedere in infinitum, quia non est procedere in causis formalibus et materialibus in infinitum, sicut probatur in II *Metaphysicorum.*

Unde oportet devenire ad aliquid quod non est natum recipi in aliquo et ex hoc habet individuationem, sicut materia prima in rebus corporalibus, quae est principium singularitatis. Unde oportet quod omne illud quod non est natum esse in aliquo, ex hoc ipso sit individuum.

Et hic est secundus modus quo aliquid non est natum esse in multis, quia scilicet non est natum esse in aliquo: sicut si albedo esset separata sine subiecto existens esset per hunc modum individua. Et hoc modo, individuatio est in substantiis separatis quae sunt formae habentes esse et in ipsa Causa prima quae est ipsum esse subsistens.

I a, c. 2, 994 a 20 ss. et 994 b 17 ss.; *Expos, in II Met.,* lect. 3, n. 305 ss. et lect. 4, n. 320 ss.

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM :

* ad n. 80: Ste; Edit. add. « primae ».

* ad n. 81: Ste om. «quia».

* ad n. 82: Ste leg. primum »; Edit.: principium ».

* —: Ste; Edit.: « ab ea ».

* —: Ste; Edit.: « quia ».

* ad n. 83: *Expos.* (218), Ste; Edit. add. « res ».

* ad n. 86: *om.* Ste: « quoniam est causa Intelligentiae et Animae et Naturae et reliquis rebus » et notat cod. mss. D F *marg. add.* Additio ista et in *expos.* (222).

* ad n. 87: Ste leg. « creans ».

* —: Ste leg. « creans ».

* ad n. 88: Edit., Ste.II.

* —: *Expos.* (228), Ste; Edit.: « Animae ».

*—: Ste; cfr. *Expos.* (228); Edit. « causans ipsas».

* ad n. 89: Ste leg. « Et virtus quidem ».

* —: Edit., Ste.

' ad n. 90 «): In edit. Bardenheweriana (pag. 173) legitur: «Et intelligentia est habens helyatin et formam».

* ad n. 90 *bp.* Ant: « tantum esse ».

* ad n. 91 *bl):* Ste; Edit: « scit ».

* adn. 91 *b2):* Ste; Vel Ant: « suum esse infinitum »; Pa: « suum esse ei infinitum ».

* —: Pa, Ste; Vel Ant: « quia ».

* —·: Pa, Ste; Vel Ant: « effluens ».

* —: Vel, Ant, Ste; Pa: « Intelligentias ».

* —: Ste; Edit.: « ea ».

II. DE «HELYATIN» (90-91) et «YLEATHIN» (230-231; 234).

Tria quaerenda occurrunt:

A) *de scriptura et variatione in scriptura huius termini.*

B) *de etymologia latina et de relatione termini latini cum termino arabico.*

C) *de significatione termini arabici et de origine doctrinae significatae.*

A) Anceps diutius fui circa hunc terminum qui diversimode scriptum invenitur in editionibus; v. gr. Vel in textu: *ylcachim* » ct *ylcachin »,* in expositione vero: ' *ylcachim* » et *yliathim».*

Diversae item lectiones in textu vers. lat. inveniuntur: · *heliatim », « helyatin », ' heleatin », « heletine , helecine ».*

B) Explicatio etymologica Angelici Doctoris [230], per quamdam assonandam aliquarum syllabarum inventa videtur: «dicitur enim *" yl(eathin) "* ab yle quod est materia » (Vel).

Materia quidem *ὕλη {yle)* a philosophis graecis dicta, ab Ibn Masarra « hayuli » arabice redditur (cfr. supra pag. XXIX); nil tamen ex hac parte erui potest quod fundamentum aliquod praebere queat ad terminum alterum philologice intelligcndum, tamquam ex primo derivatum vel compositum.

Quod autem Angelicus Doctor terminum arabicum per « yle » quod est materia exponat, non est mirum, cum et apud Albertum Magnum eadem expositio inveniatur: ut autem dicit Aristoteles et Boetius in incorporalibus hyle non est; est tamen

ibi suppositum quod in sustinendo naturam communem " hyle " habet proprietatem; propter hoc *a* quibusdam philosophis " hyleachim " vocatur, quod denominatum est ab " hyle " » (De *Causis et processu universitatis,* lib. II, tract. II, cap. 18; cit. apud M.-D. Roland-Gosselin O. P., *Le « de Ente et Essentia » de S. Thomas d'Aquin,* Le Saulchoir, Kain 1926, pag. 179-180).

Textum arabicum per Clar. D. Richardum Matta Bibliothecae Vaticanae — cui plurimas gratias agere fas — habere et per R. D. Georgium Scialub S. D. B. — cui grati animi sensus exprimere item fas — legere potui.

Ibi autem habetur: « ...zu *Kullïat(yn)* »..., « ...zat *Kullïat(yri)...* », « ... zat *Kulliat(yri)...* », « *...Kullïat-(ori)...* », « *...Kullïatlpri)...* », « *...Kulliyataha...* » (edit. Bardenhewer pag. 78-79).

Termini « Kullïat » gramaticalis casus nominativus est « *Kidliatipri)* »; genitivus vero « Kullïat(yn) » (y-e), cuius pronuntiatio defectiva est « Kullïatew »; « Kulliyataha » ponit terminum in forma possessiva.

Quoad var. lect. lat. « helyatin » defectiva transcriptio termini « Kulliatyn » videtur; item de « yliatim » dicatur.

Ex isto primaevo termino « Kullïat(yn) » diversae lectiones per defectivam transcriptionem factae sunt quarum aliquae propius ad terminum arabicum accedere videntur, maxime si in hoc termino *lenis* pronuntiatio attenditur duorum elementorum « k » et « u » per « h » et « y »; inde « *Ku* » in « *hy* » vertitur.

Tunc enim habetur: « *hyliat(in)* » inde vero «*Æyleatlin)* », « *helyatifri)* »; « *hylecachifrn)* », « *ylcachljri)* » et «*yliatifri)* » graphice explicari possunt per confusionem « i » vel « e » cum « *c* », necnon per ineptam transcriptionem « *at(in)* »-« *ach(in)* ».

Ad terminum arabicum « Kullïat(yn) » propius accedere videtur « *hyliat(iri)* » ex quo procedere videntur: « *helyat(in)* » inde vero « *hyleat(in)* » male transcriptum « *hyleachim* », necnon « *yleat(iri)* » male transcriptum «*ylcach(ini)* » vel « *ylcach(in)* ».

Sic ergo, « *helyat(in)* » vers. lat. vel « *hyleach(im)* » in textu Alberti Magni et inde « *yleatiin)* », [« *ylcachlfri)* »-« *yliath(im)* »], in expositione Angelici Doctoris ad terminum arabicum reducuntur, per modum quem diximus.

C) « *Kullïat(yri)* » seu « *hyliat(iri)* » per *totalitatem* explicari solent et inde Procli *ὁλότη* occurrit.

R. D. Georgius Scialub versionem textus (n. 90-91) talem dedit:

« E l'Intelligenza possiede la totalità, perché è essere e forma c similmcntc l'Anima possiede la totalità e la Natura pur essa possiede la totalità, mentre la Causa prima non ha la totalità, perché è solamente essere.

« Che se alcuno dirà: " È impossibile che non abbia la totalità ", risponderemo: La sua totalità è la sua infinità e la sua individualità è il Bene puro il quale riversa tutti i béni sull'Intelligenza e, mediante la Intelligenza, sulle rimanenti cose ».

Quae quidem (supra n. 90-91) optime germanicae version! respondent: « Die Intelligenz endlich ist etwas Ganzes (Zusammengesetztes), weil sie Sein und Form ist, und ebenso ist auch die Seele etwas Ganzes und dic Natur gleichfalls.

Die erste Ursache hingegen hat keine Ganzheit (Zusammengesetztheit) weil sie nur Sein ist; und wenn lemand sagt, sie müsse nothwendig eine Ganzheit haben, so erwiedern wir: ihre Ganzheit ist ihre Unendlichkeit und ihr eigenthümliches Wesen ist das reine Gute, welches ailes Gute auf die Intelligenz und dutch die Vermittlung der Intelligenz auf aile anderen Dinge ausstrômen lasst ».

« Kullïat », igitur, iuxta quorumdam iudicium, est *ὁλότη* seu «totalitas» Procli (cfr. *infra* n. 197: « universitas »; n. 208: totalitas »).

Quare veto terminus « Kullïat in materiali transcriptione latina « helyatin », « hyleachim , « ylcachin hic (90-91) legatur, valde implexam difficultatem ponit.

Ut autem quaestio aliqualiter solvatur, amicorum auxilium petere mihi necessarium, illis vero praebere gratum.

Diligentioris inquisitionis fructus, ex Cl.mi Prof. C. Mazzantini conversatione collectos, ipse Rev.mus D. P. Caramello, ex propria venatione textus aliquos apponens, ita consequenter exponit:

« Principium ad hanc difficultatem solvendam forsan Proclus ipse nobis exhibet prop. 67, 108, 109, 209, sed praesertim 69 et 73, ubi distinguit duplicem *ολότητα,* aliam scii, ex partibus consistentem aliam vero partes ipsas transcendentem.

« Haec autem distinctio Angelico Doctori, cum l. *De Causis* exponendum aggrederetur, ignota non erat. Iam enim scripserat in Commentariis super l. *De Div. Notn.* (n. 113, super c. II, § i, n. 31): " Totum hic non accipitur secundum quod ex partibus componitur, sic enim Deitati congruere non posset, utpote Eius simplicitati repugnans, sed prout *secundum Platonicos* totalitas quaedam dicitur *ante partes,* quae est ante totalitatem quae est *ex partibus;* utpote si dicamus quod domus, quae est in materia, est totum ex partibus et quae praeexistit in arte aedificatoris, est totum ante partes [cfr. *Summam Theol.* I, 18, 4, ad 3]. Et in hunc modum tota rerum universitas, quae est sicut totum ex partibus, praeexistit sicut in primordiali causa in ipsa Deitate; ut sic ipsa Deitas Patris et Filii et Spiritus Sancti, dicatur tota quasi praehabens in se universa ".

« Unde Auctor l. *De Causis* aliter videtur *ολότητα* accepisse nn. 90-91, aliter autem nn. 197 et 208; latinus vero Interpres, ad servandam duplicem significationem (quam, licet forsitan non bene intelligens, recte tamen perspexerat admittendam esse), vocem "kullïat" (arabice proclianam *ολότητα* reddentem' prioribus numeris latinis litteris tantummodo transcripsisse, posterioribus autem per " universalitatem " simpliciter vertisse.

Sic ergo, acturus postea, nn. 197 et 208, de universalitate sive totalitate " quae est ex partibus ", Auctor hic de illa totalitate " quae est ante partes" loqui videtur. Eius igitur sententia sic paraphrastice reddi posset: " Et Intelligentia *participat* de illa totalitate quae est ante partes (= helyatin). Et similiter dicendum est de Anima et de Natura. Sed Causa prima *non participat* de illa totalitate quae est ante partes, quoniam ipsa est esse tantum. Quod si di-

xerit aliquis: Atqui necesse est ut participet!, dicemus: Non participat, sed simpliciter et plane *est* illa totalitas! Aliis verbis: Intelligentia non est illa totalitas quae est ante partes, sed totum ex partibus consistens (forma et esse) et de illa totalitate participans. Et similiter dicendum est de Anima et de Natura. Sed Causa prima, quae, utpote Esse purum, est simplex, non est totalitas participata (et ideo ex partibus consistens) sed subsistens et per essentiam, videlicet est ipsa totalitas quae est ante partes ".

Quid igitur dicendum de huius loci expositione thomistica, quae legitur numeris 230-231, 233-234?

Licet vox " yleathin " originem illam, quam signat Angelicus, revera non habeat, recolendum tamen est quod ipse infra (n. 431 super n. 197, ubi agitur de totalitate " quae est ex partibus ") notabit: " omne compositum ex partibus... indiget ad sui subsistentiam partibus, ex quibus componitur, *quae se habent in habitudine causae materialis ad totum ".*

Textus igitur thomisticus nn. 230 sqq. — iterum paraphrastice — sic reddi posset: " Intelligentia *participat* totalitatem, quae est ante partes ct ideo non est sine partibus (perfectio participata invenitur semper defective in subiecto participante). Et hae partes, quae sunt esse et forma, se habent in habitudine *causae materialis* ad totum. Et similiter Anima *participat* totalitatem illam, ideoque — non tantum in ordine essendi, sed etiam in ordine essentiae — habet partes, quae iterum se habent in habitudine *causae materialis* ad totum. Idem proportionaliter dicendum de Natura. Causa autem prima non participat de illa totalitate, sed *est* illa totalitas, quia est esse primum et per consequens bonitas pura. Et cum Intelligentia et Anima et Natura fiant individuae ex aliqua partium, quibus constant (etenim in Intelligentia esse individuatur ab essentia et, similiter, in Anima et in Natura principium formale individuationem recipit ex materia), Causa prima per seipsam individuatur: in quantum scii. Ipsa, quae est totalitas ante partes, vicem gerit illius principii, ex quo in rebus inferioribus individuatio procedit et fit ". Quae si vere dicta sint, licet prima facie aliter cuipiam videri possit, concludere fas erit Sanctum Thomam satis fideliter sententiam Auctoris exposuisse.

« Hic demum, antequam finis huic notulae imponatur, recolendum venit id quod legitur apud Angelicum *(In III Phys.,* lect. n, n. 4, ed. leon.): " *Totum* non invenitur in simplicibus, quae non habent partes: in quibus tamen utimur nomine *perfecti ". Totum* igitur et *perfectum* reddere videntur, in concreto ct potius aristotelice, idipsum quod significant, in abstracto ct potius platonice, *totalitas quae est ex partibus* et *totalitas quae est ante partes.* Unde S. Thomas concludit *ibid,* definitionem totius et perfecti, i. c.: ""cuius nihil est extra" (== cui nihil deest eorum quae debet habere) applicandam non esse infinito, quod est verius " cuius est semper aliquid extra " (= quod est impertransibile seu inexhauribile) ».

III. QUOAD DOCTRINAM :

Propositio citata (210) talis est (XII):

Πάντων των οντων αρχή και αιτία πρώτιστη το άγαθόν έστιν.

El γάρ άπό μια αιτία πάντα πρόεισιν [prop. XI]. *εκείνην την αιτίαν ή τάγαθον χοή λέγειν ή τάγαθον κρεΐττον.*

Ιζλ'ει *μεν κρείττων εκείνη τον αγαθόν, πότερον ήκει τι και άπ'έκείνη ει τά όντα καί την φνσιν των οντων, ή ονδέν;*

Και ει μεν μηδέν, ατοπον ον γάρ άν έτι φνλάττοιμεν αυτήν εν αιτία τάξει, δέον πανταχοϋ παρεϊναί τι τοϊ αίτιατοΐ εκ τή αιτία , καί διαφερόντω εκ τή πρώτιστη , ή πάντα έξήρτηται καί δι'ήν εστιν έκαστα τών οντων.

Ει δέ εστι μετουσία κάκείνη τοϊ ονσιν, ώσπερ καί τάγαθον [prop. VIII], *εσται τι αγαθότητα κρεΐττον έν τοϊ ονσιν, έφήκον άπό τή πρώτιστη αιτία ' ον γάρ πον, κρείττων οΰσα καί υπέρ τάγαθον, καταδεέστερόν τι δίδωσι τοϊ δεντέροι ών τό μετ'αντήν δίδωσι.*

Καί τί αν γένοιτο τή αγαθότητα κρεΐττον;

Έπεί καί αυτό το κρεΐττον τό μειζόνω άγαθον μετειληφό είναι λέγομεν.

Ει ονν ουδέ κρεΐττον άν λέγοιτο το μή άγαθόν. τον άγαθον πάντω δεύτερον.

El δέ καί τά όντα πάντα τον άγαθον έφίεται, πώ ετι προ τή αιτία ταντη ειναίτι δυνατόν;

Omnium entium principium et causa suprema Bonum est.

Si enim omnia ab una causa procedunt, illam Causam vel Ipsum Bonum convenit dicere vel [aliquid] Ipso Bono melius.

Sed si quidem illa melior est Bono, utrumne venit ab illa aliquid in entia et naturam entium an nihil?

Et si quidem nihil, absurdum: non enim amplius ipsam servabimus in ordine causae; ubique aliquid ex causa adesse causatis debet et maxime a suprema a qua omnia pendent et propter quam singula entium sunt.

Si autem et illius communio est entibus sicut et Ipsius Boni, in entibus erit aliquid bonitate melius, a suprema Causa manans: nullo enim pacto, melior cum sit et supra Ipsum Bonum, secundis dat aliquid inferius quam ea quae dat quod post ipsam [est].

Et quid bonitate melius esse poterit?

Quoniam et ipsum quod [est] melius, dicimus esse, maiorem in modum, boni particeps.

Si vero neque melius dici possit quod non [est] bonum, totaliter est bono posterius.

Si autem omnia bonum appetunt, quomodo adhuc possibile est aliquid ante causam hanc?

"Ειτε γάρ εφίεται κάκείνον, πώ τοϋ άγαθοϋ μάλιστα; είτε μή εφίεπαι, πώ τή πάντων αίτια ούκ εφίεται, προελθόντα απ'αυτή ;

El δε τάγαθόν εστι άφ'οΰ πάντα εξήρτηται τα όντα, άρχή και αιτία πρώτιστη τών πάντων εστι. τάγαθόν.

Aut enim appetunt et illud: quomodo summe [appetunt] bonum? Aut non appetunt: quomodo procedentia ab ipsa non appetunt omnium causam?

Si autem bonum est a quo omnia entia pendent, principium et suprema causa omnium est Ipsum Bonum.

IV. QUOAD USUM DOCTRINALEM :

n. 79: *de Pot.* V, I, 4 s. c. « in libro *de Causis* dicitur: " omnis intelligentiae fixio ", idest permanentia " et essentia est per bonitatem quae est Causa prima " ».

n. 84: cfr. supra n. 22.

n. 90: *Quodl.* II, 2, 1 (25) s. c. « dicitur in commento libri *de Causis* quod " intelligentia " quam dicimus angelum habet essentiam et esse ».

— *de Ente et Essentia* (edit. Roland-Gosselin) IV: « unde in commento none propositionis libri *de Causis* dicitur quod intelligentia est habens formam et esse; et accipitur ibi forma pro ipsa quiditate uel natura simplici ».

n. 91: S. *C. G.* I, 26; 247c: «unde commentator in libro *de Causis* dicit quod Causa prima ex ipsa puritate suae bonitatis ab aliis distinguitur et quodammodo individuatur ».

— *de Verit.* XXI, 5c: « et auctorem libri *de Causis* qui dicit solum Deum esse bonitatem puram .

— *de Ente et Essentia* (edit, cit.) V: « propter quod in commento none propositionis libri *de Causis* dicitur quod indiuiduatio prime cause que est esse tantum [90J, est per puram bonitatem eius .

* Dantes Alligherius: « Ciascuna forma sostanziale procede dalla sua prima Cagionc la quai è Iddio, siccome nel *libro delle Cagioni* è scritto , *Convivio,* trat. Ill, cap. 2. Quod quidem universaliter dictum, iuxta R. iVIurari ex verbis n. 87 signatis excipitur: « et Causa prima... est creans omnes res » *(art. cit.,* pag. 104-105).

PROPOSITIO X. LECTIO X.

Ostendit communiter qualiter cognoscat alia a se.

92 — a) *Omnis Intelligentia plena est formis;* b) *verumtamen ex Intelligentiis sunt quae continent formas plus universales et ex eis sunt quae continent formas minus universales.*

93 — *Quod est:* quoniam formae quae sunt in Intelligentiis secundis * inferioribus per modum particularem, sunt in Intelligentiis primis per modum universalem; et formae quae sunt in Intelligentiis primis per modum universalem sunt in Intelligentiis secundis per modum particularem.

94 — Et in primis Intelligentiis est virtus magna, quoniam sunt vehemcntioris unitatis quam Intelligentiae secundae * inferiores et in Intelligentiis secundis inferioribus sunt virtutes debiles, quoniam sunt minoris unitatis et pluris multiplicitatis.

95 — *Quod est:* quia Intelligentiae quae sunt propinquae Uni-Vero-Puro, sunt minoris * quantitatis et maioris virtutis et Intelligentiae quae sunt longinquiores ab Uno-Puro sunt pluris * quantitatis et debilioris virtutis.

96 — Et quia Intelligentiae propinquae Uni *Puro-Vero * sunt minoris * quantitatis, accidit inde ut formae quae procedunt ex Intelligentiis primis, procedant processione universali unita.

97 — *Et nos quidem abbreviamus et dicimus* quod formae quae adveniunt * ex Intelligentiis primis secundis sunt debilioris processionis et vehementioris separationis.

98 — Quapropter fit quod Intelligentiae secundae proiciunt visus suos super universalem formam quae est in Intelligentiis universalibus et dividunt eam et separant eam, quoniam ipsae non possunt recipere illas * formas * secundum unitatem * et * certitudinem earum, nisi per modum secundum quem possunt recipere eas, scilicet per separationem et divisionem.

99 — Et similiter aliqua ex rebus non recipit quod est supra eam, nisi per modum secundum quem potest recipere ipsum, non per modum secundum quem est res recepta.

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

236. — Postquam auctor huius libri ostendit qualiter scit Intelligentia quae sunt sub se et quod est supra ipsam, modo incipit ostendere qualiter intelligat alia a se praeter Causam primam. Et primo, ostendit communiter qualiter cognoscat alia a se; secundo, specialiter quomodo cognoscat res sempiternas in XI propositione, ibi [100]: *Omnis intelligentia...*

237. — Primo ergo praemittit talem propositionem [92]: *Omnis intelligentia plena est formis, verumtamen ex Intelligentiis sunt quae continent formas plus universales et ex eis sunt quae continent formas minus universales.*

238. — Et hoc etiam invenitur in libro Proculi CLXXVII propositione sub his verbis: *Omnis Intellectus plenitudo ens specierum: hic quidem universaliorum, hic autem particulariorum est contentivus specierum.*

239. — Circa hanc propositionem duo oportet considerare: primo, id quod est commune omnibus Intelligentiis vel Intellectibus separatis, scilicet: plenitudo formarum vel intelligibilium specierum; secundo, differentiam universalitatis et particularitatis in ipsis.

240. — Circa primum ergo considerandum est quod sicut iam diximus supra [67] Platonici ponentes formas rerum separatas, sub harum formarum ordine ponebant or-

dinem Intellectuum. Quia enim omnis cognitio fit per assimilationem intellectus ad rem intellectam, necesse erat quod Intellectus separati, ad intelligendum participarent formas abstractas. Et huiusmodi participationes formarum sunt species vel formae intelligibiles de quibus hic [92] dicitur.

241. — Sed quia secundum sententiam Aristotelis, quae circa hoc est magis consona fidei Christianae, non ponimus alias formas separatas supra intellectuum ordinem, nisi ipsum Bonum separatum ad quod totum universum ordinatur sicut ad Bonum extrinsecum, ut dicitur in XII *Metaphys.* oportet nos dicere quod sicut Platonici ponebant Intellectus separatos, cx participatione diversarum formarum separatarum, diversas intelligibiles species consequi, ita nos dicamus quod consequuntur huiusmodi species intelligibiles ex participatione primae formae separatae quae est Bonitas pura, quae est Deus. Ipse enim Deus est ipsa Bonitas et ipsum Esse in seipso virtualiter comprehendens omnium entium perfectiones. Nam Ipse solus per essentiam suam omnia cognoscit absque participatione alicuius alterius formae.

242. — Inferiores vero Intellectus, cum eorum substantiae sint finitae, non possunt per essentiam suam omnia cognoscere, sed ad habendum rerum cognitionem, necesse est quod ex participatione Causae primae speciebus intelligibilibus receptis intelligant, ut Dionysius dicit VII cap. *de Divinis Nominibus* 2), quod « *ex ipsa* » Sapientia « *intelligibiles et intellectuales Angelicarum [mentium] virtutes, simplices et beatos habent intellectus* ».

243. — Et est considerandum, sicut Augustinus dicit II *super Genesim ad litteram* 3), quod sicut ex Verbo Dei procedunt formae in materiam corporalem ad rerum constitutionem, ita ab eodem scilicet Verbo in Angelis fit rerum cognitio per huiusmodi specierum intelligibilium receptionem; quia et Platonici ponebant secundum participationem idearum et Intellectus separatos res cognoscere et Materiam corporalem secundum diversas species variari.

244. — Sed sciendum est quod eadem diversitas participationis invenitur in Intellectibus et in Materia corporali. Materia enim inferiorum corporum participat quidem formam aliquam ad esse specificum, sed tamen illâ forma non repletur materiae potentia, quae adhuc ad alias formas se extendit. Materia vero caelestium corporum repletur forma quam participat, quia non remanet in ea potentia ad aliam formam. Similiter etiam Intellectus inferiores humani non replentur intelligibilibus speciebus, sed a principio quidem intellectus possibilis humanus est sicut tabula in qua nihil est scriptum, ut dicitur in III *de Anima* 9; postmodum autem ordine quodam species recipit, nec tamen in hac vita repletur.

Sed Intellectus separati statim a principio sunt repleti speciebus intelligibilibus ad cognoscendum omnia ad quae se extendit naturalis facultas ipsorum.

245. — Unde Dionysius dicit IV cap. *de Divinis Nominibus* 2) quod *Intellectus supermundane intelligunt et illuminantur* secundum *existentium rationes.* Et hoc est quod hic [92] dicitur quod *Intelligentia est plena formis* vel, sicut Proculus expressius dicit, est *plenitudo formarum,* quia ipsa intellectualitas ad propriam naturam Intelligentiae vel Intellectus separati pertinet.

246. — Circa differentiam universalitatis et particularitatis specierum intelligibilium, hoc primo attendendum est quod sicut hic [92-93] dicitur et in libro Proculi [CLXXVII] superiores habent formas magis universales, inferiores vero minus universales. Et hoc etiam Dionysius dicit XII cap. *Caelestis Hierarchiae* 3) ubi dicit quod *Cherubim ordo participat sapientia et cognitione altiore,* sed inferiores substantiae *participant sapientia* et scientia particulariori.

247. — Quae quidem universalitas et particularitas non est referenda ad res cognitas, sicut aliqui male intellexerunt, existimantes quod Deus non cognosceret nisi universalem naturam entis 4). Cui consequens

1) C. 10, 1075 a 13-15; *Expos.,* lect. 12, nn. 2627-2631.

2) § 2 (MG. III, 868 B) ex vers. I. Sarraceni; edit. Dionysii Carth. « *simplices et beatos habent intellectus* » et sic graece legitur, dum al. « *simplices* et beatos *et bonos habent intellectus* » (cfr. *de div. Norn.,* edit, cit., n. 305; 709-710).

3) Cap. VIII, n. 18: « ... *Ex ipso* ergo discebant Angeli, *cum in eis fieret cognitio creaturae* deinceps faciendae ac *deinde fieret in genere proprio* » (S. A. Aug., *Operum,* tomus tertius, pars prima, Parisiis MDCLXXX, coi. 137 F; ML. 34, 270).

1) C. 4, 430 a 1; *Expos.,* lect. 9, nn. 722-723.

2) § 1 (MG. III, 693 C) ex vers. I. Scoti quoad primam partem « *Intellectus* (I. Sarr. vertit: " *mentes* ") supermundane intelligunt »; alteram vero suo modo construit distinctius (cfr. *de div. Norn.,* edit, cit., n. 99; 278).

3) § 2 (MG. III, 292 D) ex vers. I. Sarraceni.

4) Cfr. I, q. 14, aa. 6, 11; *de Verit.* q. 2, a. 5: « Quidam..., ut Commentator... dicit, negaverunt Deum singularia cognoscere, nisi forte in universali... Et ideo alii dixerunt, ut Avicenna et sequaces eius, quod Deus unumquodque

esset quod in inferioribus Intellectibus tanto uniuscuiusque cognitio magis in universali sisteret, quanto esset altior; puta quod unus intellectus cognosceret solum naturam substantiae, inferior vero naturam corporis et sic usque ad individuas species.

Quae quidem existimatio aperte continet falsitatem: cognitio enim qua cognoscitur aliquid solum in universali est cognitio imperfecta; cognitio vero qua cognoscitur aliquid in propria specie est cognitio perfecta. Cognitio enim speciei includit cognitionem generis, sed non e converso. Sequeretur igitur quod quanto intellectus esset superior, tanto esset cognitio eius imperfectior.

248. — Est ergo haec differentia universalitatis et particularitatis attendenda solum secundum id quo intellectus intelligit: quanto enim aliquis Intellectus est superior, tanto id quo intelligit est universalius; ita tamen quod illo universali, eius cognitio extendatur etiam ad propria cognoscenda, multo magis quam cognitio inferioris Intellectus qui per aliquid magis particulare cognoscit.

Et hoc etiam experimento in nobis percipimus: videmus enim quod illi qui sunt excellentioris intellectus, ex paucioribus auditis vel cognitis totam veritatem alicuius quaestionis vel negotii comprehendunt, quod alii grossioris intellectus existentes percipere non possunt nisi manifestetur eis per singula; ratione cuius oportet frequenter inducere.

249. — Et ideo, Deus cuius intellectus est excellentissimus, uno solo, scilicet essentia, sua omnia comprehendit. Aliorum vero Intellectuum separatorum tanto unusquisque paucioribus speciebus et ad plura se extendentibus, rerum notitiam habet, quanto est altior. Ita quod, Intellectus humanus, qui est infimus, rerum scientiam habere non potest, nisi singulis speciebus singularum rerum naturas cognoscat. Materia vero corporalis et sensus corporeus omnino a participatione universali specierum deficere invenitur [99].

250. — Huius igitur differentiae, quae est secundum universalitatem et particularitatem specierum, probatio eadem ponitur hic et in Proculo et est sumpta ex effectu. Sicut enim Intelligentiae per intelligibiles formas cognoscunt, ita et per intelligibiles formas suos effectus producunt; quia omnis Intellectus intelligendo operatur, ut infra [253] dicetur.

251. — Superiorum autem intelligentiarum sunt maiores virtutes [94]. Et hoc ideo quia sunt magis simplices et *minoris quantitatis* [95] idest compositionis, utpote Uni primo propinquiores: ergo, oportet quod virtutes operativae ipsarum ad plura se extendant et tamen ipsae virtutes sint magis simplices. Et ex hoc apparet quod formae superiorum intelligentiarum sunt universaliores [96].

252. — Quomodo autem formae quae sunt in superioribus Intelligentiis unitae multiplicentur in Intelligentiis secundis [97] manifestat consequenter, rationem huius assignans sicut Proculus [CLXXVII], ex parte Intelligentiarum inferiorum.

253. — Intelligentiae enim inferiores consequuntur intelligibiles species ex superioribus intelligentiis, quodammodo ad eas respiciendo [98]: quia Intelligentia, sicut omne quod agit intelligendo agit, ita omne quod recipit intelligibiliter recipit, secundum modum scilicet propriae naturae. Et quia natura inferioris Intelligentiae non est tantae simplicitatis et unitatis quantae natura superioris Intelligentiae, ideo nec formae intelligibiles recipiuntur in Intelligentia inferiori in illa unitate in qua sunt in superioribus Intelligentiis. Et propter hoc, formae intelligibiles magis multiplicantur in inferioribus Intelligentiis, quam in superioribus, ita quod ea quae intelliguntur a superiori intelligentia per unam speciem intelligibilem inferior intelligentia intelligit per plures.

254. — Sed quia sicut dictum est [253] Intelligentia quicquid operatur, intelligendo operatur, sicut et intelligendo recipit quod recipit, potest ratio huius multiplicationis specierum assignari non solum ex parte Intelligentiae recipientis, sed etiam ex parte Intelligentiae imprimentis, cuius provisione multiplicantur species in inferiori Intelligentia secundum suam capacitatem.

255. — Unde Dionysius dicit XV cap. *Caelestis Hierarchiae* b); *« unaquaeque essentia intellectualis donatam sibi a diviniore uniformem intelligentiam provida virtute dividit et multiplicat ad inferioris ductricem analogiam »* idest secundum proportionem inferioris substantiae.

singularium cognoscit quasi in universali, dum cognoscit omnes causas universales ex quibus singulare producitur... ; *de Pot.,* q. 6 *[de Miraculis* - valde notandum!] a. 1: « Secundum autem quod *praedictam veritatem impedire potest,* est opinio aliorum philosophorum... Sed dixerunt quod Deus de entibus habet universalem quamdam cognitionem... »; *contra Gent.* I, cap. 50 (418-428).

b § 3 (MG. III, 332 B) ex vers. I. Scoti, omisso « enim «: « unaquaque enim... ».

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM:

* ad n. 93: Ste add. « universalibus ».
* ad n. 94: Edit. add. « universales ».
* ad n. 95: Ste; Edit, «maioris».
* —: Ste; Edit.: « minoris ». Inversio quae in Edit, invenitur per ea quae supra leguntur non comprobatur: « in Intelligentiis secundis... *minoris* unitatis et *pluris* multiplicitatis » (94).
* ad η. 96: add. Ste; Vel, Ant: « Uni puro ».
* —: Ste; Pa: « Vero Puro ».
* —: Ste; Edit.: « maioris » (cfr. 95).
* ad n. 97: Ste; Vel, Ant: «veniunt», Pa: 'proveniunt ».
* ad n. 98: Pa, Ste; Vel, Ant: «ipsas».
* —: Pa add. « per separationem et divisionem (ex seq. verbis).
* —: Edit.: « secundum *virtutem* suam »; Ste: « secundum *veritatem* », at ex Bardenhewer ponit var. « secundum *unitatem* » quae praefer, videtur ex contextu (cfr. *Expos.* 253).
* —: Vel, Ant add. « secundum ».

II. QUOAD DOCTRINAM:

Propositio citata (238) talis est (CLXXVII):

Πα νου , πλήρωμα ών ειδών, ό μεν όλικωτέρων, ό όε μερικωτέρων έστί περιεκτικό ειδών και οι μεν ανωτέρω νόε όλικώτερον εχονσι οσα μερικώτερον οί μετ᾽αύτοϋ · οί δε κατώτερο) μερικώτερον όσα όλικώτερον οί προ αυτών.

Oί μεν γάρ ανωτέρω δυνάμεσι χρώνται μείζοσιν, ένοειδέστεροι τών δευτέρων όντε · οί δε κατωτέρω, πληθυνόμενοι μάλλον, έλαττοϋσι τά δυνάμει α εχονσι. Τά γάρ τώ 'Ενί συγγενέστερα, τώ ποσώ συνεσταλμένα, τη δυνάμει τά μετά ταΰτα ϋπεραίρει· και τά τον "Ενό πορρώτερον, έμπαλιν [prop. LXII],

Δϋναμιν οϋν οί ανωτέρω προστησάμενοι μείζονα, πλήθο ôè ελαττον, δι'έλαττόνων κατά τό ποσόν ειδών, πλείω παράγουσι διά την δϋναμιν οί δε μετ᾽εκείνου διά πλειόνων ελάττω κατά την τή δυνάμεω ελλειιριν.

El οϋν εκείνοι δι'έλαττόνων πλείονα παράγουσιν, όλικώτερα τά εν αύτοϊ είδη- καί εί οϊδε διά πλειόνων έλάττονα, μερικότερα τά εν τούτοι .

Έξ ών δή συμβαίνει τά καθ'έν είδο έκ τών ύπερτέρων άπογεννώμενα κατά πλειον ιδέα έκ τών δευτέρων διηρημένω παράγεσθαι καί εμπαλιν τά διά πολλών και διακεκριμένων ιδεών υπό τών καταδεεστέρων παραγόμενα δι'έλαττόνων καί όλικωτέρων υπό τών ανωτέρω παράγεσθαι· καί τό μεν όλον καί κοινόν πάσι τοΐ μετέχουσιν άνωθεν παραγίνεσθαι, τό δε μεμερισμένον καί τό ίδιον έκ τών δευτέρων.

"Oθεν οί δεύτεροι νόε ταΐ τών ειδών μερικωτέραι διακρίσεσιν έπιδιαρθροϋσί πω καί λεπτουργοϋσι τά τών πρώτων ειδοποιία .

Omnis mens, cum sit plenitudo formarum, haec quidem magis universalium haec autem magis particularium specierum est contentiva: et mentes quidem quae superius [sunt] *universalius habent quae particularius* [sunt] *post ipsas; quae autem inferius* [sunt] *particularius* [habent] *quae universalius* [sunt] *ante ipsas.*

Nam superiores quidem potentiis utuntur maioribus, quia sunt uniformiores quam secundae; inferiores vero, quia magis multiplicantur, potentias quas habent, minores faciunt: etenim quae Uni sunt magis congenera, quantitate contracta superant potentia quae [sunt] post haec; quae vero ab Uno longius [sunt], e converso.

Profecto, superiores [mentes] potentiam maiorem sibi accipientes multitudinem vero minorem, per species minores secundum quantitatem, plures propter potentiam producunt; quae autem [sunt] post ipsas, per plures [producunt] minores secundum potentiae defectum.

Profecto, si illae, per [species] minores, plures producunt, magis universales species in ipsis [sunt] et si istae, per plures [species], minores [producunt], magis particulares [species] in ipsis [sunt].

Ex quibus profecto contingit quod ea quae a superioribus secundum unam speciem generantur, a secundis divisim producuntur secundum plures ideas; et e converso, per multas et distinctas ideas ab inferioribus producta, per minores [species] et universaliores a superioribus producuntur; et quod universale et commune [est] omnibus participantibus ab alto advenit, quod vero partitum et proprium [est], a secundis.

Proinde, secundae mentes, discretionibus specierum magis particularium, articulant quodammodo et comminuunt primorum formationes.

III. QUOAD USUM DOCTRINALEM :

n. 92 a: S. *Th.* I, 84, 3, ia: « dicitur quod omnis intelligentia est plena formis ».

— *de Verit.* VIII, 5, 3 s. c. « omnis intelligentia est plena formis, ut dicitur in libro *de Causis* ».

— *ibid.* VIII, 8, 1 s. c. « dicitur in libro *de Causis* quod omnis intelligentia est plena formis » [96].

— *ibid.* VIII, 14, 9a: « cum intelligentia sit plena formis, ut dicitur in libro *de Causis* ».

— *ibid.* VIII, 15c: « et propter hoc dicitur in libro *de Causis* quod intelligentia est plena formis ».

— *ibid.* XVIII, 4, 7a: « secundum illud in libro *de Causis:* omnis intelligentia est plena formis ».

— *de An. y,* ad 1: « secundum quod dicitur in libro *de Causis* quod omnis intelligentia est plena formis ».

— *ibid.* 18c: « in libro *de Causis* dicitur quod omnis intelligentia est plena formis ».

n. 92 b: S. *Th.* I, 55, 3 s. c. « et in libro *de Causis* dicitur quod Angeli superiores habent formas magis universales ».

— *de Verit.* VIII, 10, 2 s. c. « in libro *de Causis* dicitur quod intelligentiae superiores continent formas magis universales ».

— *Quodlib.* VII, q. 1, a. 3 c.

— *de An.* 7, ad 5: « unde dicitur in libro *de Causis* quod superiores intelligentiae intelligunt per formas magis universales ».

n. 95: S. *Th.* II-II, 45, 3, ad 1: « quanto aliqua virtus est altior, tanto ad plura se extendit » (cfr. 141).

— S. *C. G.* III, 74, 2499.

— *Quodlibet* III, q. 3, a. 1 c: « secundum *Platonicos...* quanto aliqua causa est superior, tanto eius causalitas ad plura se extendit ».

n. 96: *de Verit.* VIII, 8, 1 s. c. « ...et in eodem libro *[de Causis]* dicitur quod formae sunt in ea per modum intelligibilem ».

* Dantes Alligherius n. 92 excipit in *Epist.* X, cap. 21: «Omnis intelligentia plena est formis »5 R. Murari, *art. cit.,* pag. 107.

PROPOSITIO XL

LECTIO XL

De cognitione qua Intelligentia cognoscit res aeternas.

100 — *Omnis Intelligentia intelligit res sempiternas quae non destruuntur neque cadunt sub tempore.*

101 — *Quod est:* quoniam si Intelligentia est semper quae non movetur, tunc ipsa est causa rebus sempiternis quae non destruuntur nec permutantur neque cadunt sub generatione et corruptione. Et * Intelligentia quidem non est ita, nisi quia intelligit rem per esse suum; et esse suum est * sempiternum, quod non corrumpitur.

102 — Cum ergo hoc sit ita, dicimus quod res destructibiles sunt ex corporeitate, scilicet ex causa corporea * temporali, non ex causa intellectuali aeterna.

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

256. — Ostenso quomodo Intelligentia intelligat alia a se, quia per formas intelligibiles quibus est plena, hic [100] specialiter agitur de cognitione qua Intelligentia cognoscit res aeternas. Et primo, ostenditur quod cognoscit res aeternas sive incorruptibiles; secundo, ostendit modum quo eas cognoscit, ibi [103]: *Primorum omnium quaedam sunt....*

257. — Circa primum, proponit talem propositionem [100]: *Omnis Intelligentia intelligit res sempiternas quae non destruuntur neque cadunt sub tempore.* Per *res sempiternas* intelligit quae sunt supra tempus et motum, ut expositum est in II propositione [48-50]. Signanter autem dicit: *quae non destruuntur neque cadunt sub tempore;* quaedam enim cadunt sub tempore quae tamen non destruuntur, sicut motus caeli qui cum tempore mensuretur non destruetur nec cessabit, secundum Philosophorum positionem r).

258. — Videtur ergo, secundum superficiem, intellectus huius probationis esse quod Intelligentia non cognoscat res corruptibiles et cadentes sub tempore, sed solum res incorruptibiles supra tempus existentes. Sed quod non sit hic intellectus propositionis patet ex propositione quae subditur [101] in qua non probatur quod Intelligentia cognoscat sempiterna et non corruptibilia, sed quod non causet immediate nisi sempiterna. Unde exponendum est: *omnis Intelligentia intelligit,* idest intelligendo causât *res sempiternas.*

259. — Et hoc patet ex libro Proculi qui ad hoc inducit duas propositiones, quarum una est CLXXII: *Omnis intellectus perpetuorum est proxime et intransmutabilium secundum substantiam institutor;* alia est CLXXIV: *Omnis intellectus intelligendo instituit quae post ipsum.* Ex quibus duabus propositionibus auctor huius libri conflavit unam et dum brevitati studuit, obscuritatem induxit ').

260. — Probat autem sub hoc sensu hanc propositionem eo modo quo et Proculus et in hac probatione duo facit: primo, enim, ostendit quod Intelligentia non producit immediate res corruptibiles vel cadentes sub tempore, sed solum res sempiternas; secundo, unde veniat corruptibilitas in rebus [102].

261. — Primum autem ostendit sic [ioij: Intelligentia producit suum effectum secundum suum esse et hoc ideo quia suum intelligere est sibi connaturale et essentiale. Nihil

x) Positio ista in qq. dd. de *Potentia,* q. 5, a. 5 diligentissime examinatur; rursus in *libro de Veritate Catholicae Fidei contra errores Infidelium,* seu *Summa contra Gentiles* IV, 97 (4287 a b).

1) Horatianae sententiae meminit et *in lib. Boët. de Trinitate expositione* (prooemium-expos. S. Th. ii); «...secundum illud Horatii: *dum brevis esse laboro, obscurus fio*».

autem producit nisi intelligendo, ut supra [253] manifestavimus. Unde relinquitur quod quicquid producit, producit *per suum esse.* Sed esse Intelligentiae est incorruptibile et supra tempus, aeternitati parificatum, ut in II propositione [21. 25; 57] habitum est. Ergo immediatus Intelligentiae effectus est sempiternus, non cadens sub corruptione vel tempore.

262. — Secundum autem manifestat dicens [102] quod cum Intelligentia immediate non causet res corruptibiles, sequitur quod res corruptibiles non sunt immediate ab Intelligentia, sed sunt ab aliqua *causa corporea temporali.* Nam corruptio et generatio in his inferioribus rebus, causatur per motum caeli: ipse autem motus caeli non est immediate ab Intelligentia, sed ab Anima, sicut supra dictum est in III propositione [30; 86].

263. — Si quis autem hunc processum reducere velit ad intellectum qui superficialiter ex propositione apparet, poterit dicere ulterius quod res corruptibiles cognoscuntur ab Intelligentia ut sempiternae. Sunt enim in Intelligentia sicut non materialiter, quamvis in se sint materiales, ita nec temporaliter, sed sempiterne; quod manifestatur per effectum: quia immediatus effectus Intelligentiae est sempiternus. Id enim quo Intelligentia cognoscit est principium factivum in ipsa, sicut et artifex per formam artis operatur.

264. — Haec autem probatio quae hic [102; 263] inducitur, etsi a quibusdam philosophis concedatur, non tamen necessitatem habet. Hac enim probatione suscepta, multa fundamenta catholicae fidei tollerentur: sequeretur enim quod Angeli nihil de novo in his inferioribus immediate facere possent et multo minus Deus qui non solum est aeternus sed ante aeternitatem, ut supra [20; 54-55] dictum est; et sequeretur ulterius, mundum semper fuisse. Haec enim videtur esse efficacissima ratio ponentium aeternitatem mundi, quae sumitur ex immobilitate Factoris: non enim videtur posse contingere quod aliquod agens nunc incipiat operari, cum prius non operatus fuerit, si omnino immobiliter se habeat, nisi forte aliqua exteriori mutatione praesupposita; quia, ut Averroes in commento VIII *Physicorum* prosequitur, si aliquod agens voluntarium vult aliquid facere post et non prius, ad minus oportet quod imaginetur tempus quod est numerus motus. Et ideo concludit impossibile esse quod ex voluntate immobili et aeterna, proveniat effectus novus, nisi praesupposito motu 1).

265. — Et quia haec videtur esse efficacior ratio qua utuntur ad probandum aeternitatem mundi, diligenter est huius rationis solutio attendenda 2).

1) *In Phys.* VIII, 1, 252 a 10-b 6 (ed. Veneta 1550, fol. 159 r a 25 - v a 50); Cfr. S. Thomae, *ibid.*, lect. 2; XII *Metaphys.*, lect. 5 (2497-2499); I *de Caelo et Mundo,* lect. 6 (64); *ibid.*, lect. 29 (287); I *de Generat, et Corrupt.*, lect. 7 (52, 57).

2) Cfr. I, q. 46, a. 1 arg. 5, 6, ad 5, 6; *contra Gent.* II, cap. 32 (1088-1092), cap. 35 (1112-1116); *Quodlib.* III, q. 14, a. 2; XII, q. 6, a. I, *de aeternitate mundi contra murmurantes; Comp. Theol.*, cap. 98 (186, 187-188); *in Symbolum Apost.* art. 1 (880). Quaestio ista una fuit ex illis quae in universitate parisiensi maxime animos exagitaverunt. Haud pigeat S. Bonaventuram diversarum quaestionum connexionem tractantem audire (*Collationes in Hexaemeron* — habitae Parisiis a. 1273 post Pascha — coll. VI): «... Nam *aliqui negaverunt* in ipsa [prima Causa] *esse exemplaria rerum,* quorum princeps videtur fuisse Aristoteles qui et in principio Metaphysicae et in fine et in multis aliis locis, exsecratur ideas Platonis. Unde *dicit quod Deus solum novit se* et non indiget notitia alterius rei et movet ut desideratum et amatum.

« Ex hoc *ponunt quod nihil vel nullum particulare cognoscit...*

« Ex isto errore, sequitur alius error, scilicet quod *Deus non habeat praescientiam neque providentiam,* ex quo non habet rationes rerum in se per quas cognoscat.

« *Dicunt* etiam quod *nulla veritas de futuro est nisi veritas necessariorum et veritas contingentium non est veritas.*

« Et ex hoc sequitur quod *omnia fiant a casu vel necessitate fatali.*

« Et quia impossibile est fieri a casu, ideo *inducunt necessitatem fatalem Arabes* scilicet quod illae substantiae moventes orbem sunt causae omnium necessariae.

« Ex hoc sequitur *veritas occultata* scilicet *dispositionis mundialium secundum poenas et gloriam.* Si enim illae substantiae movent non errantes, nihil ponitur de inferno nec quod sit daemon; nec Aristoteles unquam posuit daemonem nec beatitudinem post hanc vitam, ut videtur.

« Iste est ergo *triplex error,* scilicet: *occultatio exemplaritatis, divinae providentiae, dispositionis mundanae.*

« Ex quibus sequitur *triplex caecitas* vel caligo, scilicet: *de aeternitate mundi,* ut videtur dicere Aristoteles secundum omnes doctores Graecos... et commentatores omnium Arabum qui dicunt quod Aristoteles hoc sentit et verba sua sonare videntur.

« Ex isto sequitur alia caecitas *de unitate intellectus,* quia si ponitur mundus aeternus, necessario aliquod istorum sequitur: vel quod animae sunt infinitae; cum homines fuerint infiniti, vel quod anima est corruptibilis, vel quod est transitio de corpore in corpus, vel quod *intellectus sit unus in omnibus,* qui error attribuitur Aristoteli, secundum Commentatorem.

« Ex his duobus sequitur quod post hanc vitam, *non est felicitas nec poena.*

« Hi ergo ceciderunt in errores... *et alii videntes quod tantus fuit Aristoteles in aliis et ita dixit veritatem, credere non possunt quin in istis dixerit verum* » (S. Bonaventurae *Opera omnia,* t. V, ad Claras Aquas, 1891, pag. 360 b-361 b).

Ex S. Bonaventurae collatione cultiorum hominum problemata et quaestiones percipimus. Ex Angelici Doctoris expositione solutiones habemus quae Aristotelismum heterodoxum, ut dicunt, evacuant simul vero nova elementa ad humanam synthesim perficiendam Christianae doctrinae *consonam* (241) inde sumuntur.

De Exemplarismo divino (121, 241) *de Unitate intellectus*

266. — Considerandum est igitur aliter loquendum esse de agente quod producit aliquid in tempore atque aliter de agente quod producit tempus simul cum re quae in tempore producitur. Cum enim aliquid in tempore producitur oportet accipere aliquam proportionem ad tempus vel solum eius quod producitur vel etiam producentis ipsius; quandoque, enim, actio est in tempore non solum ex parte eius quod agitur, sed etiam ex parte agentis. In tempore enim est aliquid secundum quod est in motu, cuius numerus tempus est.

267. — Quando igitur aliqua mutatio invenitur ex parte eius quod agitur et ex parte agentis, tunc actio secundum utrumque est in tempore: puta, cum aliquis alteratus a frigore [1], ignem de novo accendat ad frigus pellendum.

268. — Hoc autem non semper contingit: est enim aliquid cuius substantia non est in tempore, sed operatio in tempore est ut infra [269] dicetur. Huiusmodi ergo agens absque aliqua sui mutatione effectum producit in tempore qui prius non fuerat. Et sic etiam Deus aliquid potest producere in tempore de novo quod prius non fuerat, secundum certam proportionem huius effectus ad hoc tempus, sicut contingit in omnibus miraculosis effectibus qui fiunt immediate a Deo.

269. — Nec obstat quod dicitur quod producit per suum esse, quia suum esse est suum intelligere. Et sicut suum esse est unum intelligit tamen multa et propter hoc potest multa producere, quamvis Eius intelligere unum et simplex remaneat, ita, quamvis sit esse suum aeternum et immobile, potest tamen intelligere aliquod esse temporale et mobile. Et ideo, etsi suum intelligere sit sempiternum, per ipsum tamen producere potest effectum novum in tempore.

Cuius indicium aliqualiter in nobis apparet: potest enim homo voluntate immobili permanente, opus suum in futurum differre, ut faciat id determinato tempore.

270. — Sed si tu dicas quod quoties hoc contingit oportet praeintelligere alium motum ex quo contingat quod aliquid prius non fuerit conveniens fieri, postmodum iudicatur ut conveniens ad fiendum, ad minus ipsum temporis decursum qui sine motu intelligi non potest, dicemus hoc quidem verum esse in particularibus Dei effectibus quos in tempore operatur. Quod enim Lazarum suscitavit quarta die [x] et non prius, habito respectu ad aliquam rerum mutationem praecedentem, hoc fecit.

271. — Sed in Universi productione hoc locum non habet, quia simul cum mundo, fit etiam tempus et totus universaliter motus [2]; nec fuit aliquod tempus praecedens vel motus ad quem oporteat novitatem huius effectus proportionari, sed solum ad rationem facientis prout intellexit et voluit hunc effectum ab aeterno non fore, sed incipere post non esse. Sic enim tempus est mensura operationis vel motus, sicut dimensio est mensura magnitudinis corporalis.

272. — Si igitur quaeramus de aliquo particulari corpore, puta: de terra, quare infra hos magnitudinis limites coercetur et non extenditur ultra, potest eius ratio esse ex proportione ipsius ad totum mundum. Sed si rursum quaeramus dc tota corporum universitate quare huius determinatae magnitudinis terminos non excedat, non potest huius ratio esse ex proportione eius ad aliquam magnitudinem aliam, sed vel oportet dicere magnitudinem corporalem esse infinitam, sicut antiqui naturales posuerunt; vel oportet huius determinatae magnitudinis rationem accipi ex sola intelligentia et voluntate facientis. Sicut igitur infinitus Deus finitum universum produxit secundum suae sapientiae rationem, ita aeternus Deus potuit novum mundum producere secundum eamdem sapientiae rationem.

(127) *de resurrectione et retributione in aeterna vita* (155) hic (266-272) *de aeternitate mundi,* « diligenter » et, ausim dicere, reverenter tractatur. Omnia vero componuntur in nova Synthesi quae proprium Angelici Doctoris opus esse, historia teste, constat, absque detrimento quorumcumque veritatis elementorum: cfr. *de cognitione Angelorum* (243, 253); *de cognitione humana* (244); *de cognitione Dei* (247); *de Dius regimine* (lect. 21-22).

1) Saffrey add.: « de novo sibi venit in mentem ut... ».

x) Ioan. XI, 6. 17. 39.

2) Saffrey leg.: «... motus; non est ergo aliud tempus praecedens...»; et infra (272): «quare huiusmodi determinatae magnitudinis terminos... ad aliquam aliam magnitudinem... vel oportet huiusmodi... ».

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM:

* ad η. ιοi: Pa, Ste; Vel, Ant: « corruptione, quia».
*—: Ste; Vel, Ant: «sempiternum est, quod... »; Pa: s. e. et non corrumpitur ».

* ad η. ιοζ: Pa, Ste; Vel, Ant add. «vel»; cfr. *Expos.* 262.

II. QUOAD DOCTRINAM:

Propositio citata (259) talis est (CLXXII):

/7a,' *νου ἀϊδίων ἐστι προσεχώ καί αμεταβλήτων κατ'ούσίαν υποστάτη .*
Το γάρ άπό ακινήτου παραγόμενον αίτια ίίπαν αμετάβλητόν έστι κατά την ουσίαν [prop. LXXVI]' *νου δέ ακίνητο , αιωνίω πάντη ιόν καί έν αίώνι μένων* [prop. CLXIX].
Καί τώ είναι παράγει ά αν παράγη [prop. XXVI]' *ει δέ αεί έστι καί ωσαύτω έστιν, άεί παράγει καί ωσαύτω ' ούκ άρα ποτέ μέν οντων, ποτέ δέ μή δντων αίτιο , άλλα τών άεί οντων.*

Omnis Mens aeternorum est immediate et intransmutabilium secundum substantiam institutor.
Omne enim quod ab immobili causa producitur, intransmutabile est secundum substantiam; mens autem immobilis [est], cum sit omnino aeternaliter et in aeternitate maneat.
Et per esse producit quae producit. Si autem semper est et eodem modo est, semper producit et eodem modo. Non [est] ergo causa eorum quae modo sunt, modo non sunt, sed eorum quae semper sunt.

Propositio citata (259) talis est (CLXXIV):

Πα νου τώ νοείν ύφίστησι τά μετ'αύτόν, καί ή ποίησι έν τώ νοείν, καί ή νόησι έν τφ ποιείν.
El γάρ νοητόν έστι καί νου ταύτόν [prop. CLXVII] *καί τό είναι έκάστου τη νοήσει τη έν έαυτώ* [prop. CLXIX] [ταὗτὸν], *ποιεί δέ ά ποιεί τώ είναι, καί παράγει κατά τό είναι ο έστι* [prop. XXVI] *καί τώ νοείν αν παράγοι τά παραγόμενα.*
Τό γάρ είναι καί τό νοείν έν άμφιο' καί γάρ ό νου καί [παν] τὸ ὸν *τώ έν αύτώ ταύτόν.*
Εί ούν ποιεί τώ είναι τό δέ είναι νοείν έστι, ποιεί τφ νοείν.
Καί ή νόησι ή κατ'ενέργειαν έν τιρ νοείν τοϋτο δέ τφ είναι ταύτόν· τό δέ είναι έν τφ ποιείν — τό γάρ άκινήτω ποιούν τό είναι έν τφ ποιείν άεί έχει — καί ή νόησι άρα έν τφ ποιείν.III.

Omnis mens intelligendo instituit quae post ipsam et factio [est] *in intelligendo et intellectio in faciendo.*
Si enim intelligibile et mens idem sunt et uniuscuiusque esse intellectioni quae [est] in se ipsa, facit autem quae facit per esse et producit secundum esse quod est, et intelligendo producet quae producuntur.

Etenim esse et intelligere ambo unum [sunt]: quia mens et ens idem [est] ei [quod] in ipsa [est].
Si ergo per esse facit, esse autem intelligere est, intelligendo facit.
Et intellectio secundum actum [est] in intelligendo; hoc autem idem est cum esse; esse autem est in faciendo — quod enim immobiliter facit, in faciendo habet semper esse — et intellectio ergo [est] in faciendo.

III. QUOAD USUM DOCTRINALEM:

n. roo: S. *Th.* I, 56, 2 s. c. « omnis intelligentia scit res quae non corrumpuntur ».
— *de Verit.* VIII, 7, 1 s, c, « in libro *de Causis* dicitur: “ omnis intelligentia scit res quae non corrumpuntur nec cadunt in tempore ” »,

PROPOSITIO XII. LECTIO XII.

Qualiter Intelligentiae quae sunt res sempiternae mutuo se intelligant.

103 — *Primorum omnium quaedam sunt in quibusdam per modum, quo licet ut sit unum eorum in alio.*
104 — *Quod est:* quia in Esse sunt vita et intelligentia et in Vita sunt esse et intelligentia et in Intelligentia sunt esse et vita.
105 — Verumtamen esse et vita in Intelligentia sunt duae *al-dchili* [idest intelligentiae] et esse et intelligentia in Vita sunt duae vitae et intelligentia et vita in Esse sunt duo esse.
106 — Et illud quidem non est ita nisi quia unumquodque primorum aut est causa aut causatum. Causatum ergo in causa est per modum causae et causa in causato per modum causati.
107 — *Et nos quidem abbreviamus et dicimus* quod res agens in rem per modum causae non est in ea, nisi per modum qui est causa eius. Sicut Sensus in Anima per modum animalem et Anima in Intelligentia per modum intelligibilem et Intelligentia in Esse per modum essentialem et Esse primum in Intelligentia per modum intelligibilem et Intelligentia in Anima per modum animalem et Anima in Sensu per modum sensibilem.
108 — Et * redeamus * et dicamus quod Sensus in Anima et Intelligentia in Causa prima sunt per modos suos * secundum quod * ostendimus.

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

273. — Postquam ostendit quod Intelligentia intelligit res sempiternas, hic [103] inducit propositionem ad manifestandum qualiter Intelligentiae quae sunt res sempiternae mutuo se intelligant. Per hoc autem aliquid intelligitur quod est in intelligente et ideo ostendit in hac propositione quomodo unum de entibus superioribus sit in alio. Et est propositio talis: *Primorum omnium sunt quaedam in quibusdam per modum quo licet ut sit unum eorum in alio.*

274. — Haec etiam propositio proponitur CIII in libro Proculi, sub his verbis: *Omnia in omnibus, proprie autem in unoquoque.* Idem autem est quod Proculus dicit: *proprie autem in unoquoque* et quod hic dicitur: *per modum quo licet ut sit unum eorum in alio.* Utrobique enim signatur quod unum est in alio secundum convenientem modum ei in quo est.

275. — Sed a Proculo quidem inducitur haec propositio secundum positiones platonicas quibus ponuntur formae separatae subsistentes quarum, ut supra **[53, 66, 98]** dictum est, unaquaeque tanto est altior, quanto est universalior et ad plura suam participationem extendens. Et secundum hoc, ipsum Esse est superius quam ipsa Vita et haec quam ipse Intellectus. Et ideo Proculus hoc determinans in sua propositione [GUI] addit: *etenim in ente vita et intellectus et in vita esse et intelligere et in intellectu esse et vivere.* Et sic etiam videtur auctor huius libri loqui huiusmodi separata « prima » nominans; subdit enim [104] quasi exponens: *quod est: quia in Esse sunt vita et intelligentia et in Vita sunt esse et intelligentia et in Intelligentia sunt esse et vita,* quod est omnino idem cum verbis Proculi.

276. — Addit autem Proculus in sua propositione [CIII] expositionem modi quo unum horum sit in alio dicens: *sed alicubi quidem intellectualiter, alicubi autem vitaliter, alicubi vero enter,* idest per modum entis,

entia omnia; quasi dicat quod omnia tria praedicta sunt in Intellectu intellectualiter, in Vita vitaliter, in Esse essentialiter.

277. — Sed hoc quod ponitur loco huius in hoc libro, videtur esse corruptum et malum intellectum habere. Sequitur enim [105]: *Verumtamen esse et vita in Intelligentia sunt duae intelligentiae.* Debet enim intelligi quod ista duo scilicet esse et vita sunt in Intelligentia intellectualiter. *Et esse et intelligentia in Vita sunt duae vitae,* idest ambo sunt in vita vitaliter. *Et intelligentia et vita in Esse sunt duo esse* idest ambo sunt in ipso esse essentialiter.

278. — Si autem intelligatur secundum quod verba sonant, falsum continent intellectum: vivere enim viventis est ipsum esse eius, ut dicitur in II *de Anima* 0 et ipsum intelligere primi Intelligentis est vita eius et esse ipsius, ut in XII *Metaphys.* 2) dicitur.

Unde et hoc Proculus excludens dicit [CIII] quod *esse intellectus est cognitivum et vita* eius est *cognitio.* Alioquin sequeretur inconveniens quod Aristoteles inducit in III *Metaphys.*3) contra Platonicos quod scilicet Socrates esset tria animalia quia et ipse est animal et de eo praedicatur idea animalis communis quam participat et similiter idea hominis qui idem est animal. Sequeretur enim quod unumquodque istorum trium esset non unum, sed multa [83].

279. — Apponit autem Proculus probationem manifestam ad ea quae dicta sunt [CIII] distinguens quod tripliciter aliquid de aliquo dicitur: uno modo *causaliter,* sicut calor de sole; alio modo *essentialiter* sive naturaliter, sicut calor de igne; tertio modo *secundum* quamdam *posthabitionem* idest consecutionem sive participationem, quando scilicet aliquid non plene habetur, sed posteriori modo et particulariter, sicut calor invenitur in corporibus dementatis non in ea plenitudine secundum quam est in igne. Sic ergo illud quod est essentialiter in primo, est participative in secundo et tertio; quod autem est essentialiter in secundo, est in primo quidem causaliter et in ultimo participative; quod vero est in tertio essentialiter, est causaliter in primo et in secundo. Et per hunc modum, omnia sunt in omnibus.

*) C. 4, 415 b 13; *Expos.,* lect. 7, n. 319.
2) C. 7, 1072 b 24 ss.; *Expos.,* lect. 8, n. 2544.
3) C. 6, 1003 a ii ss.; *Expos.,* lect. 15, n. 526.

280. — Sed quia auctor huius libri non videtur ponere formas separatas, quod hic [104] dicitur Esse et Vitam et Intelligentiam in se invicem esse, est intelligendum secundum quod inveniuntur in habentibus esse, vivere et intelligere; quia in ipso esse secundum propriam rationem invenitur causaliter vivere et intelligere, secundum illum modum quo in I propositione dictum est [9] quod Esse est causa prima, Vivere et Intelligere posteriores causae.

281. — Non tamen ita est intelligendum sicut verba sonant [105] quod Intelligentia et Vita sint in ipso Esse duo esse, sed quia haec duo, prout sunt in ipso Esse non sunt aliud quam esse; et similiter esse prout est in Vita est ipsa Vita, cum vita nihil addat supra esse nisi determinatum modum essendi seu determinatam naturam entis. Et idem intelligendum est in aliis comparationibus, secundum quas unum istorum dicitur esse in alio.

282. — Sed quia, secundum intellectum huius auctoris, haec tria non sunt quaedam res subsistentes, sicut dictum est **[75, 280]** consequenter applicat istam propositionem ad res quae per se subsistunt quae sunt: Esse primum quod est Deus; Intelligentia; Anima intellectiva; et Anima sensitiva. Et dicit [106] quod hoc modo causa est in effectu et e converso, secundum quod causa agit in effectum et effectus recipit actionem causae. Causa autem agit in effectum per modum ipsius causae; effectus autem recipit actionçm causae per modum suum: unde oportet quod causa sit in effectu per modum effectus et effectus sit in causa per modum causae.

283. — Sic igitur [107] ea quae sunt in Sensu sensibiliter, sunt in Anima intellectiva per modum ei convenientem. Et ea quae sunt in Anima per modum animalem sunt in Intellectu per modum proprium et quae sunt in Intelligentia intelligibiliter sunt in Causa prima essentialiter, secundum modum suum. Et e converso, priora sunt in posterioribus, secundum modum posteriorum.

284. — Ex quo accipi potest qualiter [108] Intelligentiae se invicem intelligant et Causam primam: unaquaeque enim intelligit aliam secundum quod aha est in ipsa per modum cius in quo est; quia etiam in superioribus sunt inferiores secundum quasdam excellentiores similitudines seu species; superiores vero in inferioribus secundum quasdam deficientiores similitudines et species.

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM:

* ad n. 105: Stc, inde expl. uncis claudo: cfr. 43, 52; Edit.: « sunt duae intelligentiae ».
* ad n. 107: Ste; Edit.: «Nos».
* ad n. 108: Ste; om. Edit.
* —: Ste; Edit. add. « ergo ».
* —: Ste; Edit.: « similes et diversos ».
* —: Ste; Edit.: « sicut ».

II. QUOAD DOCTRINAM:

Propositio citata (274) talis est (CIII):

Πάντα ἐν πάσιν' οἰκείω δέ ἐν ἑκάστιρ' και γάρ ἐν τῳ όντι και ἡ ζωή και ό νοϋ , καί ἐν τή ζωή τό είναι και τό νοεϊν, και ἐν τῳ νω τό είναι καί τό ζην, άλλ'όπου μεν νοερώ οπού δέ ζωτικώ οπού δε όντω όντα πάντα.

Ἐπεί γάρ έκαστον η κατ'αἰτίαν ἐστιν ή καθ'υπαρξιν ή κατά μέθεξιν [prop. LXV], *ἐν τε τῳ πράττω τα λοιπά κατ'αἰτίαν εστι, καί ἐν τῳ) μέσο) τό μεν πρώτον κατά μέθεξιν τό δέ τρίτον κατ'αἰτίαν, και ἐν τῳ) τρίτω τά προ αυτόν κατά μέθεξιν.*

Καί ἐν τῳ όντι άρα ζωή προειληπται καί νου , ἑκάστον δέ κατά τήν ϋπαρξιν χαρακτηριζομένου καί ούτε κατά τήν αιτίαν — άλλων γάρ ἐστιν αίτιον — οϋτε κατά τήν μέθεξιν — άλλαχόθεν γάρ ἐχει τοϋτο ου μετείληφεν — όντω ἐστιν ἐκεϊ καί τό ζην καί τό νοεϊν, ζωή ουσιώδη καί νου ουσιώδη .

Καί ἐν τή ζωή κατά μέθεξιν μέν τό είναι, κατ'αἰτίαν δέ τό νοεϊν, αλλά ζωτικώ ἑκάτερον· κατά τοϋτο γάρ ή ϋπαρξι .

Καί ἐν τῳ> νῳ) καί ή ζωή καί ή ουσία, κατά μέθεξιν, καί νοερώ ἑκάτερον καί γάρ τό είναι τοϋ νοϋ γνωστικόν καί ή ζωή γνώσι .III.

Omnia in omnibus [sunt], *proprie autem in unoquoque: etenim in Ente* [sunt] *et Vita et Mens et in Vita* [sunt] *et esse et intelligere et in Mente* [sunt] *et esse et vivere; sed alicubi quidem intellectualiter, alicubi vero vitaliter, alicubi autem entitative, entia* [sunt] *omnia.*

Quoniam enim unumquodque est vel causaliter vel existentialiter vel participative, in primo reliqua sunt causaliter; in medio primum [est] participative, tertium autem causaliter et in tertio ea quae [sunt] ante ipsum [sunt] participative.

Ergo et in Ente anticipantur Vita et Mens, unoquoque autem designato existentialiter et neque causaliter — aliorum enim est causa — neque participative — aliunde enim habet id cuius est particeps — entitative ibi sunt et vivere et intelligere, Vita substantialis et Mens substantialis.

Et in Vita, participative quidem esse, causaliter autem intelligere [sunt], sed utrumque vitaliter: secundum hoc enim [est] existentia.

Et in Mente [sunt] et Vita et Substantia, utrumque participative et intellectualiter: Mentis enim esse est cognoscitivum et Vita, cognitio.

III. QUOAD USUM DOCTRINALEM:

n. 103: S. *Th.* II-II, 23, 6, ad 1: « unumquodque est in aliquo per modum eius in quo est » [157].
— S. *C. G.* II, 73; 1518: « receptum est in recipiente per modum recipientis »; cfr. *ibid.* 74, 1534; S. *Th.* III, II, 5C.
— *de Verit.* XXIV, 8, 6a: « ut dicitur in lib. *de Causis* quod est in aliquo est in eo per modum eius in quo est ».
— *de Pot.* III, 3, ia: « ut enim dicitur in libro *de Causis,* omne quod recipitur in aliquo, est in eo per modum recipientis ».
— *Quodlib.* IX, q. *4, a· 1 c·*

PROPOSITIO XIII.

LECTIO XIII.

Quomodo Intelligentia intelligat seipsam.

109 — *Omnis Intelligentia intelligit essentiam suam.*

no — *Quod est:* quia intelligens * et intellectum sunt simul; cum ergo * Intelligentia est intelligens et intellectum ;* tunc procul dubio videt essentiam suam;

m — Et quando videt essentiam suam, scit quod * intelligit per intelligentiam essentiam suam.

112 — Et quando scit essentiam suam, scit reliquas res quae sunt ab ea, quoniam sunt ex ea.

113 — Verumtamen in ea sunt per modum intelligibilem, ergo intelligentia et res intellectae sunt unum.

114 — *Quod est:* quia si res intellectae et intelligentia sunt unum et Intelligentia scit essentiam suam ;* tunc procul dubio, quando * scit essentiam suam, scit reliquas res ct quando scit reliquas res, scit essentiam suam, quia * quando scit reliquas res ;* ipsa non scit eas nisi quia sunt intellectae. Ergo intelligentia scit essentiam suam et scit res intellectas, simul, sicut ostendimus.

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

285. — Ostenso quomodo Intelligentia intelligat alia a se, nunc ad ostendendum quomodo intelligat seipsam inducitur haec propositio [109], quae etiam invenitur CLXVII in libro Proculi sub his verbis: *Omnis intellectus seipsum intelligit.*

286. — Sed huius propositionis et probationis eius intellectum oportet nos accipere ex his quae Proculus dicit. Ut enim supra [67] dictum est secundum opiniones platonicas, ordo Intellectuum ponitur sub ordine formarum separatarum ex quarum participatione fiunt intelligentes in actu. Unde formae separatae comparantur ad eos sicut intelligibile ad intellectum. Sicut autem aliarum rerum ponebant quasdam ideas, ita et ipsorum Intellectuum ponebant quamdam ideam quam vocabant primum Intellectum. Iste ergo Intellectus idealis, inquantum est intellectus, intelligit; et in quantum est forma idealis est forma intellecta. Sic igitur in eo unitur omnino intellectus et intellectum. Et per hoc perfecte seipsum intelligit quia essentia sua totaliter est intelligibile, non solum intelligens.

287. — Omnis autem Intellectus, secundum Platonicos, habet intellectum participatum. Sed superiores Intellectus participant ipsum intellectum perfectius. Unde participant de ipso non solum quod sint intellectus, sed etiam quod sint intelligibiles et quodammodo formales intellectus. Sic igitur coniungitur in eis secundum eorum substantiam quodammodo intellectus et intellectum. Et ideo ipsi etiam intelligunt suam essentiam, sed diversimode a primo Intellectu. Nam primus Intellectus idealis non participat aliquam priorem formam intellectualitatis sed ipsemet est prima forma intellectualitatis. Unde suum intelligibile non est aliud quam ipse. Posteriores vero intellectus sic habent aliquid de forma intclligibilitatis in sua substantia, quod tamen illud derivatur a superiori Intellectu ideali. Sic ergo intelligunt essentiam suam quod etiam intelligunt superiorem intellectum quem participant [312].

288. — Et hoc est quod Proculus addit in praedicta propositione [CLXVII]: *sed primus quidem seipsum solum et unum secundum numerum in hoc intellectus et intelligibile. Unusquisque autem consequentium seipsum si-*

mid et quae ante ipsum; et intelligïbile huic hoc quidem quod est, hoc autem a quo est.

289. — Sed quia secundum sententiam Aristotelis quae in hoc magis catholicae doctrinae concordat, non ponimus multas formas supra intellectus, sed unam solam quae est Causa prima, oportet dicere quod sicut ipsa est ipsum Esse ita est ipsa Vita et ipse Intellectus primus. Unde et Aristoteles in XΠ *Metaphys.* Q probat quod intelligit seipsum tantum, non ita quod desit ei cognitio aliarum rerum, sed intellectus Eius non informatur ad intelligendum alia specie intelligibili, nisi seipso. Sic igitur superiores intellectus separati, tamquam Ei propinqui, intelligunt seipsos et per essentiam suam et participationem superioris naturae.

290. — Et ideo ad probandam hanc propositionem [109] primo hic [110] inducitur quod *intelligens et intellectum* in intellectibus separatis *sunt simul,* inquantum scilicet secundum substantiam suam non solum sunt intellectus, sed intelligibiles utpote propinquissime participantes primum Intellectum. Unde concludit quod *intelligentia* intelligit *essentiam suam.* Et quia essentia sua est essentia intelligentis, sequitur quod, intelligendo suam essentiam, intelligit se intelligere suam essentiam [m].

291. — Consequenter autem ostendit quomodo, per hoc quod intelligit essentiam suam, intelligit etiam alia [112]. Habetur enim ex praemissa propositione [113] quod omnes aliae res sunt in intelligentia *per modum intelligibilem* et ita *sunt unum intelligentia et res intellectae,* secundum quod in intelligentia. Et ideo [114] quando intelligit essentiam suam, intelligit res alias et, eadem ratione, quandocumque intelligentia intelligit res alias, intelligit seipsam.

292. — Sed utrum haec conveniant Animae intellectuali infra [115; 293] considerabimus.

Q C. 9, X074 b 30 ss.; *Expos.,* lcct. u, nn. 2611-2616.

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM:

* ad n. no: Ste.
* —: Ste; cfr. *Expos.* (290): « unde *concludit »;* Edit. « enim ».
* —: Ste; Edit.: « est intellectum et intelligens ».
* ad n. m: Ste; cfr. *Expos.* (290): «intelligit se intelligere »; Edit.: « scit et intelligit ».
* ad n. 114: Ste leg. «esse suum ».
* —: Ste add. « ipsa ».
* —: Ste; cfr. *Expos.* (291): « eadem ratione ; Edit. « et ».
* —: Edit. add. « tunc »; Ste delet.

II. QUOAD DOCTRINAM:

Propositio citata (285) talis est (CLXVII):

Πα νοϋ εαυτόν νοεί· άλλ'ό μέν πρώτιστο εαυτόν μόνον, καί εν κατ'άριθμόν έν τούτιρ νοϋ καί νοητόν έκαστο δέ τών εφεξή εαυτόν αμα καί τά προ αύτοϋ, καί νοητόν έστι τούτων τό μέν ο έστι, τό δέ άφ'ού έστιν.

Omnis Mens seipsam intelligit, sed suprema quidem Mens seipsam tantum et in hac, Mens et intelligïbile [sunt] *numerice unum; unaquaeque autem sequentium* [intelligit] *seipsam simul et quae ante ipsam et harum intelligïbile est hoc quidem quod est, hoc autem a quo est* [unaquaeque].

'Η γάρ εαυτόν νοεί πα νοϋ ή τό υπέρ εαυτόν ή τό μεΟ'εαυτόν.

Omnis enim Mens vel seipsam intelligit vel quae super ipsam vel quod post ipsam sunt.

'ζiλλ'εZ μέν το μεθ'έαυτόν, προ τό χείρον επιστρέφει νοϋ ιόν. Καί ουδέ ούτω εκείνο αυτό γνώσεται προ ο έπέστρεφεν. είτε ούκ ών έν αύτω, άλλ'έξω αύτοϋ, τον δέ άπ'αντοϋ τύπον μόνον, ό έν έαυτώ γέγονεν άπ'έκιίνου· ο γάρ έχει, οΐδε, καί ό πέπονθεν, ούχ ο μή έχει καί άφ'ού [ου] *πέπονθεν.*

Sed si quidem [intelligit] quod post seipsam [est], convertet se ad deterius, [ipsa] quae mens est; et nec ita cognoscet illud ipsum ad quod se convertit, cum non sit in ipsa sed extra ipsam; tantum autem impressionem [quae est] ab ipso, quae in seipsa facta est ab illo: quod enim habet novit et quod passa est non quod non habet et a quo est passa.

Ei δέ το υπέρ αυτόν, εί μέν διά τή έαυτοϋ

Si autem [intelligit] quod supra ipsam, si

γνώσεω , εαυτόν άμα κάκεϊνο γνώσεται· εί ὑε *εκείνο μόνον, εαυτόν αγνοήσει νοϋ ιόν.*

"Ολω δε, τι} προ αύτοϋ γινώσκων, οΐδεν ίίρα ότι και αίτιόν έστιν εκείνο, καί ών αίτιον εί γόο ταϋτα αγνοήσει, κάκεϊνο αγνοήσει τδ τώ είναι παράγον, [α *παράγει, καί] α παράγει μή γινώσκων* [prop. XVIII]. ηO *δέ ύφίστησι καί ών αίτιον τό προ αύτοϋ γινώσκων, και εαυτόν έκεϊθεν ύποστάντα γνώσεται.*

Πάντω άρα τό προ αύτοϋ γινώσκων γνώσεται καί εαυτόν.

Εί ούν τι έστι νοϋ νοητό , εκείνο εαυτόν είδώ καί τό νοητόν οίδε, νοητό ιόν, ό έστιν αυτό · έκαστο δέ τών μετ'έκεϊνον τό έν αύτώ νοητόν νοεί άμα καί τό ποό αύτοϋ.

"Εστιν άρα καί έν τώ νώ νοητόν καί έν τώ νοητά) νοϋ άλλ'ό μεν τώ νοητώ ό αύτό , ό δε [τὠ ΐοοΰΐ'τὶ] *τώ μεν έν αύτώ, ό αύτό , τώ προ αύτοϋ δε ούχ ό αύτό · άλλο γάρ τό απλώ νοητόν καί άλλο τό έν τώ νοοϋντι νοητόν.*

quidem per sui ipsius cognitionem, seipsam simul et illud cognoscet; si vero illud tantum, seipsam ignorabit, [ipsa] quae mens est.

Universaliter autem cognoscens quod [est] ante ipsam, cognoscit igitur quod illud et causa est et quorum causa [est]. Si enim haec ignoraverit, etiam illud ignorabit quod per esse producit, quae producit non cognoscens. Cognoscens autem quod ante ipsam subsistit et quorum [est] causa, cognoscet et seipsam inde subsistentem.

Totaliter ergo cognoscens quod [est] ante ipsam et seipsam cognoscet.

Profecto, si aliqua est mens intelligibilis, illa seipsam cognoscens, cum sit intelligibilis, cognoscit et intelligïbile quod est ipsa; unaquaeque autem earum quae sunt post illam, quod in ipsa est intelligïbile et quod [est] ante ipsam simul intelligit.

Igitur et in mente est intelligïbile et in intelligibili [est] Mens: sed haec quidem eadem [est] intclligibili, ista autem eadem quidem ei quod in ipsa [est], ei autem quod ante ipsam, non eadem est: aliud enim [est] simpliciter intelligibile, aliud vero intelligïbile quod est in intelligent!.

III. QUOAD USUM DOCTRINALEM :

n. 112: S. *Th.* I, 94, 2, 3a: «una substantia separata cognoscit aliam cognoscendo seipsam, ut dicitur». — S. *Th.* I-II, 50, 6c.

ORDO PROPOSITIONUM XIV-XV

De distinctione Causarum Primarum.

2° - *Determinat de singulis Causis:*

c) de Anima:

j° - de ea secundum habitudinem quam habet ad res alias (prop. XIV);

jj° - de ea secundum seipsam (prop. XV).

B) *Ponit comparationem Causarum ad invicem {prop. XVI-XXXI1).*

PROPOSITIO XIV. LECTIO XIV.

De Anima secundum habitudinem quam habet ad alia determinat.

115 — *In omni Anima res sensibiles sunt per hoc quod est exemplum eis et res intelligibiles in ea sunt, quia scit eas.*

116 — Et non facta est ita, nisi quia ipsa * expansa est inter res intelligibiles quae non moventur et inter res sensibiles quae moventur.

117 — Et, quia Anima sic est, fit quod imprimit res corporeas; quapropter facta est causa corporum et facta est causata ex * Intelligentia quae est * ante eam.*

118 — Res igitur quae imprimuntur ex * Anima sunt in Anima per intentionem exempli, scilicet quia res sensibiles exemplificantur secundum exemplum Animae; et res quae cadunt supra Animam sunt in Anima per modum adquisitum.*

119 — Cum ergo hoc sit ita, *redeamus et dicamus* quod res sensibiles omnes in Anima sunt per modum causae;* propter quod Anima est * causa exemplaris.

120 — Et intelligo per Animam virtutem agentem res sensibiles;

121 — Verumtamen virtus efficiens in Anima non est materialis et virtus corporea in Anima est spiritualis et virtus imprimens in rebus habentibus dimensiones est sine dimensione.*

122 — Res autem intelligibiles in Anima sunt per modum accidentalem, scilicet quia res intelligibiles quae non dividuntur sunt in Anima per modum divisibilem. Ergo res intelligibiles unitae, sunt in Anima per modum qui multiplicatur et res intelligibiles quae non moventur, sunt in Anima per modum motus.

123 — Iam ergo ostensum est quod res intelligibiles et sensibiles sunt in Anima: verumtamen res sensibiles corporeae motae, sunt in Anima per modum animalem, spiritualem * unitum, et quod * res intelligibiles unitae, quiescentes, sunt in Anima per modum qui multiplicatur * [et]* motum.

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

293. — Postquam determinavit de Causa prima et Intelligentia hic [115] determinat de Anima et primo determinat de ea secundum habitudinem quam habet ad res alias; secundo, determinat de ea secundum seipsam, ibi [124]: *Omnis sciens....*

294. — Circa primum, ponit talem propositionem: *In omni anima res sensibiles sunt per hoc quod est exemplum eis et res intelligibiles in ea sunt quia scit eas.*

295. — Ad intellectum autem huius propositionis, videamus id quod scribitur in libro Proculi circa hoc. Ponitur enim ibidem CXCV propositio talis: *Omnis anima est omnes res, exemplariter quidem sensibilia, iconice autem intelligibilia.* Et dicitur « *iconice* »: per modum imaginis; imago enim est quod fit ad similitudinem alterius, sicut exemplar est id ad cuius similitudinem fit aliud.

296. — Haec autem propositio probatur tam hic quam in libro Proculi, hoc modo: Anima enim, ut habitum est in II propositione [22; 58], media est *inter res intelligibiles* quae sunt omnino separatae a motu et per hoc parificantur aeternitati *et inter res sensibiles quae moventur* [116] et cadunt sub tempore. Et quia priora sunt causa posteriorum, sequitur [117] quod Anima sit *causa corporum* et Intelligentia sit causa Animae per modum supra [31; **79-81**] expositum.

297. — Manifestum est autem quod oportet effectus praeexistere in causis exemplari-

ter, quia causae producunt effectus secundum suam similitudinem et e converso « *causata habent imaginem* suarum *causarum* » ut dicit Dionysius II cap. *de Divinis Nominibus* [1]. Sic igitur [i 18] *res sensibiles quae* causantur ;.v *anima, sunt in anima* per modum exempli, ita scilicet quod huiusmodi res, quae sunt infra Animam, causantur ad *exemplum* et similitudinem Animae. *Res* autem *quae* sunt *supra animam sunt in Anima per modum adquisitum,* idest per quamdam participationem, ita scilicet quod comparantur ad Animam sicut exemplaria et Anima ad ipsam quodammodo sicut imago. Sic igitur patet [119] quod sensibilia praeexistunt in Anima sicut in causa, quae quodammodo est exemplar effectuum.

298. — Exponit autem consequenter [120] de qua Anima intelligat, dicens: *Intelligo per Animam virtutem agentem res sensibiles.* Secundum illos enim qui ponunt corpora caelestia animata, Anima caeli est causa omnium sensibilium corporum, sicut inferiorum Animarum unaquaeque est causa proprii corporis. Nulla ergo inferiorum Animarum habet causalitatem [2] respectu sensibilium et ideo sensibilia non fuerunt in ea per modum causae, sed solum in Anima caeli quae supra sensibilia habet universalem causalitatem et hanc, hic appellat *virtutem agentem res sensibiles.* Unaquaeque vero Animarum quae sunt hic, habet quidem causalitatem respectu proprii corporis, sed non causât ipsum neque per sensum neque per intellectum. Unde non praehabet sui corporis intelligibiles et exemplares rationes. Causât autem ipsum per virtutem naturalem; unde et in II *de Anima* [3] dicitur quod anima est efficiens corporis causa. Tale autem agens non agit per aliquam rationem exemplarem proprie, nisi ipsam naturam per quam agit, dicamus exemplar effectus qui ad eius similitudinem producitur aliquo modo; et per hunc modum in natura animae virtute praeexistunt omnes partes sensibiles sui corporis. Coaptantur enim potentiis animae, quae ex eius natura procedunt.

299. — Et quamvis res sensibiles sint in Anima quae est causa carum, non tamen sunt in ea per modum quo sunt in seipsis. Nam [121] *virtus* Animae *est* immaterialis, quamvis sit causa materialium et *spiritualis* quamvis sit causa corporum et *est sine dimensione* corporea, quamvis sit causa rerum habentium dimensionem.

Et quia effectus sunt in causa secundum virtutem causae, oportet [122] quod corpora sensibilia sint in Anima indivisibiliter et immaterialiter et incorporaliter. Et sicut res inferiores anima sunt in ea altiori modo quam in seipsis, ita res superiores, scilicet Intelligentiae, sunt in Anima inferiori modo quam in seipsis, scilicet *iconice* vel per modum imaginis, ut Proculus dicit [CXCV]; loco cuius hic [122] dicitur: *per modum* accidentalem, idest per quemdam inferiorem modum participationis; ita scilicet quod res intelligibiles quae sunt in seipsis indivisae et *unitae* et immobiles sunt in Anima divisibilité!·, multipliciter et mobiliter, per comparationem ad Intelligentiam. Sunt enim ad hoc proportionatae ut sint causae multitudinis et divisionis et motus rerum sensibilium.

Vel dicit: res immobiles *per modum motus* [1], quia secundum Platonicos Animae proprium est quod sit movens seipsam; secundum Aristotelem autem est principium motus rei moventis seipsam.

300. — Ultimo [123] autem epilogando concludit propositum et est manifestum ex praemissis. Et ex his quae dicta sunt apparere potest qualiter superiores animae caelorum, si caeli sunt animati, possunt cognoscere sensibilia et intelligibilia. Sic enim cognoscunt ea, secundum quod sunt in eis.

[1] § 8 (M.G. III, 645 C) ex vers. I. Sarraceni (cfr. *de div. Nom.,* edit, cit., n. 58; 185).

[2] Saffrey leg.: «Nulla ergo *inferior anima* habet *universalem* causalitatem... et ideo sensibilia non *sunt*».

[3] C. 4, 415 b 8; *Expos.,* lect. 7, nn. 318-323.

[1] Saffrey leg.: « vel dicit quod res immobiles < sunt in anima > per modum motus ».

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM:

* ad n. 116: Ste; Edit.: «quia est expansa».
* ad η. 117: Ste; Edit.: «ab»; (cfr. *Expos.* 297).
* —: Ste; Edit.: « fuit ».
* —: Ste; Edit.: « ipsam ».
* ad n. 118: Ste; Edit.: «ab».
* —: Ste; Edit.: « acquisitum ».
* ad n. 119: Ste; Edit. add. «suae».
* —: Ste; Edit. add. « sicut ».
* ad n. 121: Ste; Edit. add. « corporea ».
* ad n. 123; Ste: Edit.: animalem unitum .
* —: Ste; Edit. om. « quod ».
* —: Ste (cfr. n. 122); Edit.: « qui multiplicat .
* —: om. Edit., Ste; addo ex n. 122: *et* res intelligibiles... per modum motus ».

II. QUOAD DOCTRINAM:

Propositio citata (295) talis est (CXCV):

Πάσα ψυχή πάντα έστί τά πράγματα, παραδειγματικού μεν τά αισθητά, είκονικώ δε τά νοητά.

Μέση γάρ οΰσα τών άμερίστων και τών περί το σώμα μεριστούν [prop. CXC], *τά μεν παράγει καί ύφίστησι, τά δε αίτια προεστήσατο εαυτη , άφ'ών προελήλυθεν.*

~Ων μέν ούν αίτια προϋπάρχει, ταΰτα προείληφε παραδειγματικώ · άφ'ών δέ επέστη, ταΰτα κατά μέθεξιν έχει καί ώ γεννήματα τών πρώτων.

Τά μέν άρα αισθητά πάντα κατ'αιτίαν προείληφε, καί τού λόγου τών έννλούν άϋλω καί τών σωματικών άσωμάτω καί τών διαστατών άδιαστάτού έχει.

Τά δέ νοητά είκονικώ , καί τά είδη τά εκείνων μεριστώ μέν τών άμερίστων, πεπληθυσμένω δέ τών ένιαίων, αύτοκινήτω δέ τών άκινήτων ύπεδέξατο.

Πάντα άρα έστί τά όντα, τά μέν κατά μέθεξιν, τά πρώτα· τά δέ παραδειγματικώ , τά μετ'αύτήν.

Omnis anima est omnes res: exemplariter quidem sensibilia, secundum imaginem autem intelligibilia.

Media enim cum sit inter impartibilia et [ea quae] quoad corpus partibilia [sunt], haec quidem producit et instituit, illa autem ex quibus processit sui ipsius causas sibi proposuit.

Quorum igitur [anima] praeexistit causa, haec exemplariter praeaccepit; a quibus autem subsistit haec participative et tamquam primorum genimina habet.

Ergo, omnia sensibilia causaliter quidem praeaccepit et rationes rerum materialium immaterialiter et rerum corporalium incorporaliter et rerum extensarum inextense habet.

Intelligibilia vero suscepit secundum imaginem et species illorum quae [sunt] impartibilia, partibiliter; quae [sunt] unita, multiplicate; quae [sunt] immobilia, per-se-mobiliter.

Ergo est omnia entia: prima quidem participative; quae autem post ipsam, exemplariter.

Ad intelligentiam huius doctrinae propositiones praecedentes recolendae videntur, quarum una talis est (CXCIII

Πάσα ψυχή προσεχώ άπό νοϋ ύφέστηκεν.

El γάρ αμετάβλητον έχει την ουσίαν καί αιώνιον [prop. CXCI], *άπό ακινήτου πρόεισιν αίτια · τό γάρ άπό κινούμενη προϊόν αιτία πάν μεταβάλλει κατάτήν ουσίαν* [prop. LXXVI]. *'Ακίνητον- άρα τό ψυχή πάση αίτιον.*

El δέ προσεχού υπό νοϋ τελειοϋται, καί έπιστρέφεται προ νοϋν καί εΐ μετέχει τή γνώσεω , ήν ό νοϋ δίδοϋσι τοι μετέχειν δυναμένοι — πάσα γάρ γνώσι άπό νοϋ πάσίν έστιν οΐ έστι — ει ο δέ πάντα έπιστρέφεται κατά φύσιν, άπό τούτου και την πρόοδον έχει κατ'ούσίαν [prop. XXXIV], *πάσα άρα ψυχή άπό νοϋ πρόεισιν.*

Omnis Anima immediate a Mente subsistit.

Si enim immutabilem et aeternalem habet substantiam, ab immobili causa procedit: omne enim quod a Causa quae movetur procedit, substantialiter mutat. Immobilis igitur est causa omnis animae.

Si autem immediate [procedit] a Mente perficitur et ad Mentem se convertit; et si participat cognitionem quam Mens iis quae participare possunt, dat — omnis enim cognitio a Mente est omnibus quibus est — in quod autem omnia naturaliter se convertunt, ab hoc et processum substantialiter habet, omnis ergo anima a Mente procedit.

Altera propositio talis est [1]CXCIV

Πάσα ψυχή πάντα εχει τά είδη ά ό νοϋ πρώτω έχει.

El γάρ άπό νοϋ πρόεισι καί ό νοϋ υποστάτη ψυχή [prop. CXCIII], *καί αντώ τω είναι ακίνητο ών πάντα ό νοϋ παράγει* [prop. XXVI], *δώσει καί τη ψυχή τή υφιστάμενη τιϋν εν αντώ πόντιον ουσιώδει λόγου - παν γάρ το τώ είναι ποιοϋν, ο έστι πρώτιο , τούτο τώ γινομένω δευτέρω μεταδίδωσι* [prop. XVIII].

Τών νοερών άρα ειδών ψυχή δευτέρω έχει τά; εμφάσει .

Omnis Anima omnes species habet quas primo Mens habet.

Si enim a Mente procedit et mens [est] institutor animae et, per ipsum esse, mens cum sit immobilis, omnia producit, et animae institutae substantiales rationes omnium quae in ipsa [mente sunt] dabit; omne enim quod per esse facit, ei quod secundo fit impertit id quod primo est.

Ergo Anima reflexus intellectualium specierum secundo habet.

III. QUOAD USUM DOCTRINALEM :

n. 115: *de An.* 19, 10a: "in libro *de Causis* dicitur quod ""in omni Anima sunt res sensibiles"».

[1] S. Th., *De Causis.*

PROPOSITIO XV. LECTIO XV.

Ostendit qualiter Anima se habeat ad seipsam.

124 — *Omnis sciens qui scit essentiam suam est rediens ad essentiam suam reditione completa.*

125 — *Quod est:* quia scientia non est nisi actio intelligibilis.* Cum ergo scit sciens suam essentiam tunc redit per operationem suam intelligibilem ad essentiam suam.

126 — Et hoc non est ita nisi quoniam * sciens et scitum sunt res una, quoniam scientia scientis essentiam suam est ex eo et * ad eam :* est ex eo * quia est sciens * et ad eam * quia est scitum.

127 — *Quod est:* quia propterea quod scientia est scientia scientis et sciens scit essentiam suam; est eius operatio rediens ad essentiam suam: ergo substantia eius est rediens ad essentiam ipsius * iterum.

128 — *Et non significo* per reditionem substantiae ad essentiam suam ;* nisi quia est stans fixa per se, non indigens in sui * fixione et sui * essentia re alia exigente * ipsam, quoniam est substantia simplex sufficiens sibi per seipsam.

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

301. — Ostenso qualiter Anima se habeat ad alia, hic [124] ostendit qualiter se habeat ad seipsam. Et proponitur talis propositio: *omnis sciens qui scit essentiam suam est rediens ad essentiam suam reditione completa.*

302. — Et ad huius propositionis intellectum, considerandae sunt quaedam propositiones quae in libro Proculi ponuntur, quarum una est XV libri eius quae talis est: *omne quod ad seipsum conversivum est, incorporeum est.* Et hanc propositionem supra **[190]** manifestavimus in VII propositione libri huius.

303. — Secundam propositionem sumamus quae est XVI in libro Proculi quae talis est: *Omne ad seipsum conversivum habet substantiam separabilem ab omni corpore.* Et huius probatio est quia cum corpus ad seipsum converti non possit, ut ex praemissa propositione [XV] habetur, sequitur quod convertiad seipsum sit operatio separata a corpore. Cuius autem operatio a corpore separatur, necesse est quod et substantia sit separabilis. Unde omne quod ad seipsum converti potest, est a corpore separabile.

304. — Tertiam propositionem sumamus XLIII libri eius quae talis est: *omne quod ad seipsum conversivum est authypostaton est,* idest per se subsistens. Quod probatur per hoc quod unumquodque convertitur ad id quod substantificatur. Unde si aliquid ad seipsum convertitur secundum suum esse, oportet quod in seipso subsistat.

305. — Quartam propositionem sumamus XLIV libri eius: *omne quod secundum operationem est ad seipsum conversivum, et secundum substantiam est ad se conversum.* Et hoc probat per hoc quod, cum converti ad seipsum sit perfectionis, si secundum substantiam ad seipsum non converteretur quod secundum operationem convertitur, sequeretur quod operatio esset melior et perfectior quam substantia.

306. — Quintani propositionem sumamus LXXXIII libri eius quae talis est: *omne*

!) Saffrey leg.: «... sequitur quod *conversio*... Cuius autem operatio est a corpore *separabilis...* »; postea (304): « convertitur ad id *per* quod... ».

sui ipsius cognitivum ad seipsum omniquaque conversivum est. Cuius probatio est quia quod seipsum cognoscit, convertitur ad seipsum per suam operationem et per consequens per suam substantiam, ut patet per propositionem praemissam [XLIV].

307. — Sextam propositionem accipiemus CLXXXVI libri eius quae talis est: *omnis anima est incorporea substantia et separabilis a corpore.* Quae sic probatur secundum praemissa [302-306]: Anima cognoscit seipsam; ergo convertitur ad seipsam omniquaque; ergo est incorporea et a corpore separabilis.

308. — His igitur visis, considerandum est quod in hoc libro tria ponuntur, quorum primum est quod anima sciat essentiam suam. De anima enim est intelligendum quod hic [124] dicitur [312],

309. — Secundum est quod ex hoc concluditur quod redeat *ad essentiam suam reditione completa.* Et hoc est idem ei quod in propositione Proculi [LXXXIII] dictum est [306] quod: *omne suiipsius cognitivum, ad seipsum omniquaque conversivum est.* Et intelligitur reditio sive conversio completa et secundum substantiam et secundum operationem, ut dictum est [305],

310. — Quod autem hoc secundum sequatur ex primo, probat sic [125]: quia cum dico quod sciens scit essentiam suam, ipsum scire significat operationem intelligibilem. Ergo patet quod in hoc quod sciens scit essentiam suam, redit, idest convertitur per operationem suam intelligibilem ad essentiam suam, intelligendo scilicet eam. Et quod hoc debeat vocari reditus vel conversio manifestat [126] per hoc quod, cum Anima scit essentiam suam, *sciens et scitum sunt res una* et ita *scientia* qua scit *essentiam suam,* idest ipsa operatio intelligibilis *est ex* ea inquantum *est sciens et* est *ad eam* inquantum *est* scita et sic est ibi quaedam circulatio quae importatur in verbo redeundi vel convertendi. Ex hoc autem quod secundum suam operationem redit ad essentiam suam, concludit ulterius [127] quod [1]) secundum substantiam suam est rediens ad essentiam suam et ita fit reditio completa secundum operationem et substantiam.

311. — Et exponit consequenter [128] quid sit redire secundum substantiam ad essentiam suam: illa enim dicuntur secundum substantiam ad seipsa converti quae subsistunt per seipsa habentia fixionem ita quod non convertuntur ad aliquid aliud sustentans ipsa, sicut est conversio accidentium ad substantiam. Et hoc ideo convenit animae et unicuique scienti seipsum, quia omne tale est substantia simplex sufficiens sibi per seipsam, quasi non indigens materiali sustentamento. Et hoc potest esse tertium: quod, scilicet, Anima sit separabilis a corpore; ut proponitur in propositione Proculi [XVI; 303].

312. — Primum autem horum [308] scilicet quod Anima sciat essentiam suam, hic non probatur; probatur autem in libro Proculi [CLXXXVI] sic: *At vero quod cognoscat seipsam manifestum est; si enim et quae super ipsam cognoscit et seipsam nata est cognoscere multo magis, tamquam a causis quae sunt ante ipsam cognoscens seipsam.* Ubi diligenter considerandum est quod supra [109] cum de intellectuum cognitione ageret, dixit quod primus Intellectus intelligit seipsum tantum, ut in XIII propositione dictum est, quia scilicet ipse est forma intelligibilis idealis [286-287], Alii vero Intellectus tamquam ei propinqui participant a primo Intellectu et formam intelligibilitatis et virtutem intellectualitatis, sicut dicit Dionysius IV cap. *de Divinis Nominibus* [1]) quod supremae *substantiae* sunt *intelligibiles et intellectuales.* Unde unusquisque eorum intelligit et seipsum et superiorem quem participat.

313. — Sed quia Anima intellectiva inferiori modo participat primum Intellectum, in substantia sua non habet nisi vim intellectualitatis. Unde intelligit substantiam suam non per essentiam suam, sed secundum Platonem per superiora quae participat, secundum Aristotelem autem in III *de Anima* [2]) per intelligibiles species quae efficiuntur quodammodo formae, inquantum per eas fit actu.

1) Saffrey hic leg.: « quod *etiam...* »; postea (311): «...conversio accidentium ad *subiecta...* »; ulterius (312): «quia scilicet *est ipsa* forma intelligibilis...».

1) § i (MG. III, 693 B) ex Aristot. *de Anima,* III, 4, 430 A (cfr. *de div. Nom.,* edit, cit., n. 97; 276).

2) C. IV, 430 a 1-2; *Expos.,* lect. 9, nn. 724-726.

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM:

* ad n. 125: Ste; Edit. « intelligentis ».
* ad n. 126: Ste; Edit.: « quia ».
* —; Pa, Ste; Vel, Ant om. « et ».
*—: Ste; Edit.: «eum».
* —; Ste; Edit. om. « est ex eo ».
* —; Ste; om. Pa; Vel, Ant add. « essentiam suam » (om. Pa).
* —: Ste; Vel, Ant: « ad eum »; om. Pa.
* ad n. 127: Ste; Edit. « suam ».
* ad n. 128: Ste; Edit. add. «iterum».
* —: Vel, Ant, Ste; Pa: ı sua ».
* —: Ste; Edit.: « sua » (fix. et s. ess.).
* —: Ste; Edit. « regente ».

II. QUOAD DOCTRINAM:

Propositio citata (302) quae est XV, v. supra ad VII propositionem (190).
Propositio citata (303) talis est (XVI):

Παν τό προ εαυτό έπιστρεπτικόν χωριστήν ουσίαν εχει παντό σώματο .

El γάρ άχιόριστον εϊη σώματο όυτινοσοΰν, ούχ εξει τινά ενέργειαν σώματο 'χωριστήν. Αδύνατον γάρ, αχώριστου τή ουσία σωμάτων οϋση , την άπό τή ουσία ενέργειαν είναι χωριστήν εσται γάρ ούτω ή ενέργεια τή ουσία κρείττων, εϊπερ ή μεν έπιδεή εστι σωμάτων, ή δε αυτάρκη , έαυτή ούσα καί ού σωμάτων.

El οϋν τι κατ'ουσίαν εστιν άχώριστον, καί κατ'ένέργειαν ομοίω ή καί ετι μάλλον άχώριστον.

El δε τούτο, ούκ επιστρέφει προ εαυτό. Τό γάρ προ έαυτό επιστρέφον, άλλο δν σώματο [prop. XV], *ενέργειαν εχει χωριζομένη σώματο καί ού διά σώματο ουδέ μετά σώματο , εϊπερ ή τε ενέργεια καί τό προ δ // ενέργεια ούδέν δεϊται τού σώματο .*

Χωριστόν άρα πάντη σωμάτων έστί τό προ έαυτό επιστρέφον.

Omne ad seipsum conversivum habet substantiam separabilem ab omni corpore.

Etenim, si a quovis corpore inseparabile esset, non habebit actum aliquem separabilem a corpore: impossibile enim [est], quando substantia inseparabilis a corporibus [est], actum qui [est] a substantia, separabilem esse; sic enim actus melior erit substantia, siquidem haec est indigens corporibus, ille vero sibi sufficiens sui ipsius est et non corporum.

Si igitur aliquid inseparabile est secundum substantiam, similiter et secundum actum aut magis adhuc [est] inseparabile.

Si autem hoc, ad se non revertitur. Quod enim convertit se ad se cum sit aliud a corpore, actum a corpore separatum habet et neque per corpus neque cum corpore, siquidem et actus et illud ad quod [est] actus, nullo modo, corpore indiget.

A corporibus igitur omnino separabile est ad seipsum conversivum.

Propositio citata (304) talis est (XLIII):

Παν τό προ εαυτό έπιστρεπτικόν αυθυπόστατόν εστιν.

Εί γάρ έπέστραπται προ έαυτό κατά φύσιν καί εστι τέλειον έν τή προ έαυτό επιστροφή, καί την ουσίαν αν παρ'έαυτοϋ εχοτ προ δ γάρ ή κατά φύσιν επιστροφή, άπό τούτου καί ή πρόοδο ή κατ'ουσίαν έκάστοι [prop. XXXIV].

El οϋν έαυτω τό εϋ είναι παρέχει, καί τό είναι δήτου έαυτω παρέξει, καί εσται τή έαυτοϋ κόρων ύποστάσεω .

Αυθυπόστατον άρα έστί τό προ έαυτό δυνάμενον έπιστρέφειν.

Omne ad seipsum conversivum per se subsistens est.

Si enim ad seipsum convertitur secundum naturam et perfectum est in conversione ad seipsum et a seipso substantiam habet; ad quod enim [est] conversio secundum naturam, ab hoc et processus [est] singulis secundum substantiam.

Si igitur sibi bene esse praebet, profecto et esse sibi praebebit et erit suae ipsius subsistentiae dominus.

Est igitur per se subsistens illud quod ad seipsum se convertere potest.

Propositio citata (305) talis est (XLIV):

Παν τό κατ'ένέργειαν προ εαυτό έπιστρεπτικόν και κατ'ουσίαν έπέστραπται πρό έαυτό.

El γάρ τή μεν ένεργεία δύναται έπιστρέφεσθαι προ εαυτό, τή δέ ουσία άνεπίστροφον ύπαρχοι, κρεϊττον άν εϊη κατά την ενέργειαν μάλλον η κατά την ουσίαν, τή μεν έπιστρεπτική οϋση , τή δε άνεπιστρόφον τό γάρ έαυτοϋ δν κρεϊττον ή τό άλλου μόνον, και τό έαυτοϋ σωστικόν τελειότερου ή τό ύπ'άλλου μόνον σωζόμενον [prop. IX].

Εί άρα τι κατ ενέργειαν εστι την άπό τή ουσία προ έαυτό έπιστρεπτικόν, καί την ουσίαν έπιστρεπτικήν ελαχεν, ώ μή ένεργείν πρό εαυτό μόνον, άλλα καί έαυτοϋ είναι και ύφ'έαυτοϋ συνέχεσθαι καί τελειοϋσθαι.

Omne quod secundum actum [est] *conversivum ad seipsum et secundum substantiam convertitur ad seipsum.*

Etenim, si actu quidem ad seipsum converti potest substantia vero inconvertibile existeret, secundum actum quidem melius esset quam secundum substantiam, cum ille quidem conversivus, haec autem inconvertibilis sit; etenim quod sui ipsius est, melius [est] quam quod [est] alius tantum et quod sui ipsius salvativum [est] perfectius [est] quam illud ab alio tantum salvatum.

Igitur, si aliquid secundum actum qui [est] a substantia, ad seipsum conversivum est, et substantiam conversivam sortitum est, ita ut non tantum relate ad seipsum agat, sed et sui ipsius sit et a seipso contineatur et perficiatur.

Maximi momenti notiones subsistentiae et reversionis a Proclo exponuntur in praecedentibus propositionibus quarum prima talis est (XLI)

Παν μεν τό έν άλλω δν άπ'άλλου μόνον παράγεται' παν δέ τό έν έαυτω δν αυθυπόστατόν εστι.

Το μέν γάρ εν άλλω δν καί υποκειμένου δεόμενου έαυτοϋ γεννητικόν ούκ άν ποτέ εϊη' τό γάρ γεννάν έαυτό πεφυκό έδρα άλλη ού δεϊται, συνεχόμενον ύφ'εαυτοϋ καί σωζόμενον έν έαυτω, τοϋ υποκειμένου χωρί .

Τό δέ έν έαυτω μένειν καί Ιδρϋσθαι δυνάμενον έαυτοϋ παρακτικόν εστιν, αυτό εί έαυτό προϊόν, καί έαυτοϋ συνεκτικόν ύπαρχον, καί ούτω έν έαυτω ον, ώ έν αίτlιο τό αίτιατόν. Ού γάρ ώ έν τόπο), ουδέ ώ έν υποκείμενη)' καί γάρ ό τόπο τοϋ έν τόπο) έτερο , καί τοϋ υποκειμένου τό έν ύποκειμένφ ον τοϋτο δέ έαυτω ταύτόν.

Αυθυπόστατον άρα καί ώ έν αιτία τό άπ'αίτία , ούτω έν έαυτω εστιν.

Omne quidem quod in alio est ab alio tantum producitur; omne vero quod in se est per se subsistens est.

Quod enim in alio est et quod subiecto indiget, suiipsius generativum numquam erit: quod enim natum est generare seipsum alia sede non indiget, cum a seipso contineatur et in seipso salvetur, absque subiecto.

Quod autem manere et fundari in seipso potest, suiipsius productivum est ipsum in seipsum procedens et suiipsius contentivum existens et ita in seipso est sicut causatum in causa. Non enim [est in seipso] sicut in loco neque sicut in subiecto: etenim locus diversus est ab eo [qui est] in loco et quod est in subiecto [diversum est] a subiecto; hoc autem sibi ipsi idem [est].

Ergo subsistens [est] et sicut in causa [est] causatum ita est in seipso.

Altera propositio ex notione per se subsistentiae notionem fundamentalem vitae interioris per introversionem spiritualem evolvit, quae talis est (XLII)

Παν τό αυθυπόστατον πρό έαυτό έστιν έπιστρεπτικόν.

Εί γάρ άφ'έαυτοϋ πρόεισι, καί την επιστροφήν ποιήσεται πρό έαυτό' άφ'οϋ γάρ ή πρόοδο έκάστοι , εί τοϋτο καί ή τή προόδω σύστοιχο επιστροφή [prop. XXXI].

Εί γάρ πρόεισιν άφ'έαυτοϋ μόνον, μή έπιστρέφοιτο δέ προϊόν εί έαυτό, ούκ άν ποτέ τοϋ οικείου άγαθοϋ δρέγοιτο καί δ δύναται έαυτω παρέχειν. Δύναται δέ παν το αίτιον τώ άπ'αύτοϋ διδόναι μεπά τή ουσία , ή δίδωσι, καί τό εϋ τή ουσία , ή δίδωσι, συζυγέ · ώστε καί αυτό έαυτω.

Τοϋτο άρα τό οίκεϊον τω αύθυποστάτω άγαθόν. Τούτου δέ ούκ όρέξεται τό άνεπίστροφον πρό έαυτό' μή δρεγόμενον δέ, ούδ'αν τύχοι, καί μή τυγχάνον, ατελέ άν εϊη καί ούκ αντάρκε .

Omne quod [est] *per se subsistens ad seipsum conversivum est.*

Etenim si a seipso procedit et ad seipsum conversionem faciet; ab eo enim a quo singulis [est] processus, ad hoc [est] et correlativa conversio.

Etenim si a seipso tantum procedit, absque hoc quod procedens ad seipsum convertatur, numquam proprium bonum appetet et quod sibiipsi praebere potest. Omnis autem causa dare potest causato, cum substantia quam dat, etiam bene substantiae, cuius correlativum [substantiam nempe] dat — ita et ipsum sibiipsi [dat].

Hoc igitur est bonum proprium per se subsistenti.' Illud autem quod ad seipsum non est conversivum, hoc non appetet; non appetens vero neque adipisci potest et non adipiscens erit imperfectum et non sibi sufficiens.

Ἠλλ'εἴπερ τ(;> ἄλλω, προσήκει καί τῳ ἀνθυποστάτιρ, αὐτάρχει καί τελεάρ εἶναι.
Καί τεύξεται ἄρα τον οικείου καί ὀρέξεται καί προ ἑαυτό στραφήσεται.

Sed si alii, etiam per se subsistenti convenit esse sufficiens et perfectum.
Igitur et proprium adipiscetur et appetet et ad seipsum convertetur.

Ad iniustrationem huius doctrinae et maxime quoad bonum quod convenit per se subsistenti, quaedam ex Plotino adiungere liceat.

« In hoc autem choro inspicit vitae fontem, fontem mentis, entis ipsius principium, boni causam, radicem animae; quae quidem non ita ex Deo effluunt ut eum comminuant: una enim moles est Deus, alioquin inde genita corruptibilia forent; nunc vero sempiterna sunt, quoniam eorum principium eodem se modo semper habet neque in illa dividitur, sed permanet integrum, dum producit.

« Quam ob rem illa quoque permanent velut, si sole permanente, permaneret et lumen.

« Iam vero neque nos inde seiuncti sumus neque seorsum vivimus quamvis natura corporis incidens nos traxerit ad seipsam.

« Simul enim afflamur inde atque servamur; non adeo tamen ut Ille quidem nobis tradiderit, deinde tamen distet a nobis, sed continue largitur; quatenus hoc ipsum quod est, perseverat: imo vero *quaternis ad Illum ipsi vergimus hic profecto bonum* (*τό* ευ) *consistit nostrum.*

« Hinc procul abesse nihil aliud est quam esse minus; hic anima requiescit; hic tantum animus a malis est liber, postquam in locum a malis recurrerit liberum; hic vere intelligit, nec ullis est obnoxius passionibus; hic solum vivere revera contingit » *(En.* VI, 9, 9, vers. Ficini).

Item, pulcherrimus occurrit locus ex *En.* I, 6, 7: « Ascendendum itaque rursus *ad Bonum quod omnis anima appetit.* Si quis autem vidit Ipsum novit quod dico, quomodo (sit) pulchrum: *appetibile quidem est tamquam bonum et appetitus ad Ipsum* (est).

« Sequuntur autem Ipsum qui ad superiora conscendunt et convertunt sc ad Ipsum quatenus exuunt quae induerant descendendo: quemadmodum qui in sancta sacrorum penetrant, purgantur prius exuuntque vestes nudique procedunt, quousque progrediens aliquis dimissis omnibus alienis a Deo, *seipso tantum (αυτά) μόνω - cfr. En.* V, 1, 6; VI, 9, 11) *Ipsum* inspiciat *Solum,* sincerum et simplex atque purum *a quo cuncta pendent, ad Quod respiciunt et sunt et vivunt atque intelligunt: Causa enim est et vitae et mentis atque essendi » (ζωή γάρ αἴτιον καί νοϋ καί τον εἶναι).*

Christianus, qui novit a Deo esse omnia et ab Ipso nobis largiri non tantum « *esse* » sed et « bene esse » (Clemens Alex., *Cohortatio ad Gentes* I, edit. Potter I, pag. 7), sane intelligere haec Plotini verba potius quam theoriam abstractam, perennem cordis humani anhelitum exprimentia, doctrinam prius purificatam assimilare et perficere, inde autem, cordis humani desiderio plenissime, per « verba vitae aeternae » *(Ioan.* 6, 69), satisfacere potest.

Hoc scholae Christianae Alexandrinae et nco-Alexandrinae officium fuit, ut videre est in operibus Dionysii Areopagitae quem dicunt, cuius doctrina saepissime in hac expositione citatur.

Historia teste, apud philosophos scholae islamitae, tantum negotium non ita prospere successit.

Inter Christianos doctores latinos S. Augustinus, ut omnes norunt, triadicam notionem divinam a Plotino expressam reverenter accepit et inde diligentissime perpolivit.

Quae in *de Civitate Dei,* VIII, 4 leguntur: «... aliquid tale de Deo *sentiunt* ut in Illo inveniatur et *causa subsistendi* et *ratio intelligendi* et *ordo vivendi* » secundum triadicam notionem Plotini distinctius intelliguntur et diligentius interpretantur. Recolenda sunt et quae *ibid.* cap. IX leguntur: «ista *senserunt* quod et rerum creatarum sit *effector,* et *lumen* cognoscendarum et *bonum* agendarum »; item quae *ibid.* cap. X habentur: « isti Deo cognito, repererunt ubi esset *caussa* constitutae universitatis et *lux* percipiendae veritatis et *fons* bibendae felicitatis ».

Inde facilius intelliguntur attractio et commixtio doctrinae Augustini cum doctrina philosophorum islamitarum, maxime vero Avicennae.

Propositio citata (306) talis est (LXXXIII):

Παν τό εαυτόν γνωστικόν προ εαυτό πάντη επιστρεπτικόν εστιν.

Ὅτι μεν γάρ τη ενεργεία προ εαυτό, επιστρέφει, γινώσκον εαυτό, δῆλον εν γάρ εστι τό γινώσκον καί τό γινωσκόμενον, καί ή γνώσι εαυτοϋ προ εαυτό ώ γνωστόν· ώ μέν γινώσκοντο ενέργεια τι ουσα· αυτόν δε προ εαυτό, διότι εαυτοϋ γνωστικόν εστιν.

'Αλλά μην ότι καί τη ουσία, εἴ τή ενεργεία, δέδεικταΐ" παν γάρ το τω ενεργεΐν προ εαυτό επιστρεπτικόν καί ουσίαν έχει προ εαυτην συννενουσαν καί εν έαυτη ουσαν [prop. XLIV].

Omne suiipsius cognoscitivum ad seipsum totaliter conversivum est.

Quod enim actu ad seipsum se convertat, cognoscens seipsum manifestum est: unum enim est cognoscens et cognitum et suiipsius cognitio ad seipsum tamquam cognoscibile [est]: sicut cognoscentis quidam actus est; ipsius vero ad seipsum, quoniam suiipsius cognoscitivum est.

Sed demonstratum est quod si actu [est conversio] et substantia: omne enim quod per agere est conversivum ad seipsum et substantiam habet ad seipsam vergentem et quae in seipsa est.

Propositio citata (307) talis est (CLXXXVI):

Πάσα ψυχή άσώματό εστιν ουσία καί χωριστή σώματο .

El γάρ γινώσκει έαυτήν, παν δε τό εαυτό γινώσκον προ εαυτό έπιστρέφεται [prop. LXXXIII], τὸ *δε προ εαυτό' έπιστρέφον ούτε σώμα εστι — παν γάρ σώμα προ; έαυτο άνεπίστροφον* [prop. XV] — *ούτε σώματο àχωριστόν — καί γάρ τό σώματο άχώριστον ον πέφυκε προ εαυτό επιστρέφειν χωρίζοιτο γάρ αν ταΰτη σώματο* [prop. XVI] — *ή αρα ψυχή ούτε σωματική εστιν ουσία ούτε σώματο αχώριστο .*

Άλλα μήν ότι γινώσκει έαυτήν φανερόν εί γάρ καί τα υπέρ αυτήν γινώσκει, καί έαυτήν πέφυκε γινώσκειν πολλώ μειζόνω , άπ'αιτίων τών προ αυτή γινώσκουσα έαυτήν.

Omnis anima est incorporea substantia et separabilis a corpore.

Si enim cognoscit seipsam, omne autem seipsum cognoscens ad seipsum convertitur; quod autem ad seipsum se convertit neque corpus est — omne enim corpus ad seipsum inconvertibile [est] — neque a corpore [est] inseparabile — quod enim a corpore inseparabile [est] non est natum ad seipsum se convertere, hoc enim modo a corpore separaretur — Anima, ergo, neque est corporea substantia neque a corpore inseparabilis.

Quod autem cognoscat seipsam perspicuum [est]: etenim si quae supra ipsam [sunt] cognoscit, multo magis et seipsam cognoscere nata est, seipsam cognoscens a causis quae [sunt] ante ipsam.

III. QUOAD USUM DOCTRINALEM :

n. 124: 5. *Th.* I, 14, 2, ia: « dicitur enim quod " omnis sciens qui scit suam essentiam est rediens ad essentiam suam reditione completa " » (cfr. *ib.* ad 1).

— *de Verit.* I, loc: « dicitur in libro *de Causis* quod " omnis sciens essentiam suam est rediens ad essentiam suam reditione completa " ».

— *de Verit.* II, 2, 2a: « in libro *de Causis* dicitur: " omnis sciens essentiam suam est rediens ad essentiam suam reditione completa " ».

— *ibid,* ad 2: « in libro *de Causis* nihil aliud dicitur [128] nisi subsistentia rei in seipsa ».

— *ibid.* VIII, 6, 5 s. c. « in libro *de Causis* dicitur quod omnis sciens scit essentiam suam et redit ad essentiam suam reditione completa ».

ORDO PROPOSITIONUM XVI-XIX

B) Ponit comparationem Causarum ad invicem:

I" - Ostendit quomodo inferiora a superioribus dependeant (prop. XVI-XIX):
a) secundum virtutem:
j° - ostendit quod omnes virtutes infinitae dependent a prima infinita Virtute (prop. XVI);
jj° - ostendit quomodo magis vel minus Ei assimilantur (prop. XVII).
ὑ) secundum substantiam vel naturam:
j° - ostendit universalem dependentiam a Primo (prop. XVIII);
jj° - ostendit diversum gradum appropinquationis ad Primum (prop. XIX).

2° - *Ostendit qualiter superiora influant per suum regimen {prop. XX-XXIIΓ).*

3° - *Ostendit quomodo inferiora diversimode recipiunt influxum primo influentis {prop. XXIV-XXXIΓ).*

PROPOSITIO XVI. LECTIO XVI.

Ostendit quod omnes virtutes infinitae dependent a prima infinita Virtute.

129 — *Omnes virtutes quibus non est finis pendentes sunt per* * *Infinitum primum quod est Virtus virtutum, non quia Ipsa sit adquisita fixa stans*
ipsae sint adquisitae fixae stantes *in*
est *
rebus entibus, immo sunt *Virtus rebus entibus habentibus fixionem.*

130 — *Quod si aliquis dicat* quod ens primum creatum * scilicet Intelligentia est virtus cui non est finis, dicemus * quod non est ens creatum * Virtus, immo est ei * virtus quaedam.

131 — Et virtus quidem eius non est facta infinita nisi inferius ;* non superius, quoniam ipsa non est Virtus pura quae non est virtus nisi quia est Virtus et est res quae non finitur inferius neque superius. Ens autem primum creatum * scilicet Intelligentia habet finem et virtuti * eius est finis, secundum quem remanet causa eius.

132 — Ens autem primum creans est infinitum primum purum.

133 — *Quod est:* quia si entibus fortibus non est finis per suam adquisitionem * ab Infinito primo puro, propter quod sunt entia infinita et si Ens primum ipsum est * quod ponit res quibus non est finis, tunc Ipsum procul dubio est supra infinitum.

134 — Ens autem creatum primum * scilicet Intelligentia ;* non est finitum; immo dicitur quod est infinitum neque dicitur quod est ipsummet quod est non * finitum .*

135 — Ens ergo primum est mensura entium primorum intelligibilium et entium secundorum sensibilium; scilicet: quia Ipsum est quod creavit * entia et mensuravit ea mensura convenienti omni enti.

136 — *Redeamus ergo et dicamus* quod Ens primum creans est supra infinitum; sed ens secundum creatum est infinitum. Et quod est inter ens * primum creans et ens secundum creatum est non finitum.

137 — Et reliquae bonitates simplices, sicut vita et lumen et quae sunt eis similia, sunt causae * rerum omnium habentium bonitates; scilicet quod infinitum est a Causa prima et causatum primum est causa omnis vitae et similiter reliquae bonitates descendentes a Causa prima super creatum primum; in primis et * est Intelligentia, deinde descendunt super reliqua causata omnia intelligibilia et corporea, mediante Intelligentia.

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

314. — Posita distinctione causarum superiorum et prosecutis singulis partibus divisionis, hic accedit ad ostendendam comparationem earum ad invicem. Et circa hoc, tria facit: primo ostendit quomodo inferiora dependent a superioribus; secundo, ostendit quomodo superiora influunt in inferiora, XX propositione, ibi [155]: *Causa prima regit...;* tertio, ostendit quomodo inferiora diversimode recipiunt influxum Primi influentis, XXIV propositione, ibi [176]: *Causa prima existit...*

315. — Circa primum, duo facit: primo, ostendit quomodo inferiora a superioribus dependeant, secundum virtutem; secundo, quomodo dependeant secundum substantiam et naturam suam, XVIII propositione, ibi [143]: *Res omnes habent essentiam....*

316. — Circa primum, duo facit: primo, ostendit quod omnes virtutes infinitae dependent a prima infinita Virtute; secundo, ostendit quomodo magis vel minus Ei assimilantur, XVII propositione, ibi [138]: *Omnis virtus unita....*

317. — Circa primum, ponit hanc propositionem [129]: *Omnes virtutes quibus non est finis, pendentes sunt per Infinitum primum quod est Virtus virtutum, non quia ipsae sint adquisitae fixae stantes in rebus entibus, immo sunt virtus rebus habentibus fixionem.* Haec autem secunda pars in omnibus libris videtur esse corrupta. Debet enim singulariter dici: *non quia Ipsa sit adquisita fixa stans in rebus entibus, immo est Virtus...* ut referatur hoc ad Virtutem *virtutum.* Et hoc patet in libro Proculi, cuius propositio XCII talis est: *Omnis multitudo infinitarum potentiarum ab una prima Infinitate suspensa est, quae non ut participata potentia est neque in potentibus subsistit, sed secundum seipsam, non alicuius participantis ens potentia, sed omnium Causa entium.*

318. — Ubi, primo, considerandum est quod infinita potentia dicitur cuiuslibet semper existentis, sicut supra [107-108] dictum est in IV propositione, inquantum scilicet videmus quod quae plus durare possunt habent maiorem virtutem essendi; unde illa quae in infinitum durare possunt, habent quantum ad hoc infinitam potentiam.

Secundum autem platonicas positiones, omne quod in pluribus invenitur oportet reducere ad aliquod primum quod per suam essentiam est tale, a quo alia per participationem talia dicuntur. Unde, secundum eos, virtutes infinitae reducuntur ad aliquod primum quod est essentialiter Infinitas virtutis; non quod sit virtus participata in aliqua re subsistente, sed quia est subsistens per seipsam.

Hoc autem secundum Platonicos non est ipsa idea Entis, quia huiusmodi Ens separatum habet quidem potentiam infinitam, sed cum hoc habet etiam finitatem, sicut supra [42; 109] in IV propositione habitum est. Unde relinquitur quod non sit prima potentia quae essentialiter est ipsa infinitas.

Neque tamen ponebant quod illa infinitas idealis [b] sit primum simpliciter, quia ipsa infinitas participat unitate et bonitate; unde Primum simpliciter est Unum et Bonum. Hoc autem infinitum ideale, a quo omnes virtutes infinitae dependent, est medium inter Unum et Bonum — quod est primum simpliciter — et inter Ens.

Et ita hanc propositionem Proculus exponit.

319. — Sed quia auctor huius libri non ponit diversitatem realem inter huiusmodi formas ideales abstractas, quae per essentiam suam dicuntur, sed omnia attribuit Uni primo quod est Deus, ut supra [72-75] etiam patuit ex verbis Dionysii, ideo secundum intentionem huius auctoris, hoc primum Infinitum a quo omnes virtutes infinitae dependent est Primum simpliciter, quod est Deus.

320. — Per ens autem, de quo Proculus mentionem facit [XCII], quod est sub Infinito, non intelligit ideam entis, sed potius ens primum causatum. Et quod Proculus probat de idea entis, hic [130] probatur de ente primo quod est Intelligentia. Dicit ergo: *si aliquis* velit dicere *quod primum ens* causatum, quod est *Intelligentia,* sit *virtus* infinita, non tamen erit dicendum quod ipsa sit essentialiter *Virtus;* immo est habens virtutem. Unde non est illud primum Infinitum, a quo dependent omnes virtutes infinitae.

321. — Et quod non sit prima Virtus infinita manifestat [131] per hoc quod *non est infinita* omnibus modis et respectu cuiuslibet, sed est infinita solum *inferius, non superius.* Dicitur quidem inferius infinita virtus Intelligentiae quia non comprehenditur ab his quae sunt infra ipsam; non est autem infinita superius, quia exceditur a suo superiori, cuius comprehensione finitur.

322. — Unde Proculus dicit XCHI propositione: *Omne infinitum in entibus neque supra positis infinitum est neque sibi ipsi.* Quia, sicut ipse probat ibidem, a seipso unumquodque et a superioribus circumscribitur et terminatur; ab inferioribus autem circumscribi non potest.

323. — Ideo autem virtus Intelligentiae non est respectu omnium infinita, quia non est ei *Virtus pura,* idest non est essentialiter virtus, ut scilicet sit Virtus subsistens. Talis enim *res,* quae essentialiter virtus est, neque finitur *superius* nec *inferius:* non enim habet aliquod prius a quo possit circumscribi. Sed Intelligentia quae est *primum ens creatum habet finem* et eius *finis est secundum quem remanet,* idest secundum quod deficit a suo superiori quasi post ipsum remanens, velut ipsum assequi non valens.

324. — Deinde [132], ostendit quod sit illud primum Infinitum a quo dependent omnes virtutes infinitae; et hoc quidem accipitur hic: *Ens primum creans,* scilicet Deus, quod *est primum Infinitum purum,* quasi essentialiter existens Virtus infinita.

325. — Et hoc probat [133]: quia Intelligentiae, quas vocat hic entes et fortes

b Saffrey leg.: «... *ista infinitatis idea* ».

propter magnitudinem virtutis quam habent, sunt infinitae propter *adquisitionem suam,* idest participationem a Primo quod est infinitum purum, idest essentialiter, a quo habent non solum infinitatem, sed etiam esse. *Et si Ens primum* creans *est quod* sui participatione facit res esse infinitas, *tunc* oportet quod *Ipsum* sit *supra infinitum.* Quod quidem, secundum ea quae hic dicuntur, oportet intelligere quod Ens primum sit supra infinitum participatum et creatum.

326. — Sed, secundum Proculum, hoc dicitur de idea Unius et Boni, quae est secundum Platonicos supra ideam Infiniti. Et ideo exponens quod dixerat Ens primum esse supra infinitum, subdit [134] quod *Intelligentia est infinitum,* scilicet participative, non autem essentialiter, ita scilicet *quod* ipsamet sit id *quod est* infinitum.

327. — Concluditur igitur ex praemissis [135] quod, cum *Ens primum* det Intelligentiis esse et infinitatem, Ipsum *est mensura primorum entium* scilicet *intelligibilium et* per consequens *secundorum entium,* scilicet *sensibilium,* secundum quod primum in quolibet genere est mensura illius generis inquantum, per accessum ad ipsum vel recessum ab ipso, cognoscitur aliquid esse perfectius vel minus perfectum in genere illo.

Sed ipse exponit Ens primum esse mensuram omnium entium, quia *creavit* omnia *entia* cum debita *mensura*[1]) quae convenit unicuique rei, secundum modum suae naturae. Quod enim aliqua magis vel minus accedant ad Ipsum, est ex Eius dispositione.

328. — Ultimo autem colligit ex praemissis, quasi epilogando principalem intentionem et dicit [136] quod *Ens primum creans est supra infinitum,* illud scilicet quod participatione infinitum est. *Sed ens secundum,* quod *creatum* est, scilicet Intelligentia, *est infinitum* participative. Illud autem *quod est* medium *inter ens primum* creatum quod est Intelligentia *et ens secundum creatum* quod est Corpus corruptibile, *est non finitum* scilicet Corpus caeleste.

Sed Proculus hoc ponit tamquam idea Infiniti sit media inter ideam Boni et ideam Entis.

329. — Hoc autem rerum ordine instituto circa infinitum subdit similiter de aliis et dicit [137] quod omnes aliae *bonitates simplices,* scilicet *vita et lumen et similia, sunt causae rerum habentium* huiusmodi *bonitates.* Sicut enim Causa prima est ipsum infinitum et omnia alia ab eo habent infinitatem, ita etiam Causa prima est ipsa vita et ipsum lumen et ab Ipsa causatum primum scilicet Intelligentia habet vitam et lumen intelligibile.

Et similiter etiam aliae *bonitates descendunt a Prima Causa:* primo, quidem, *super creatum primum* quod *est Intelligentia* et *deinde super* alia, *mediante Intelligentia* sive ista alia accipiantur Animae intellectuales sive res spirituales.

1) Notio ista ex doctrina Platonis fluit qui explicite notat: « Deus profecto nobis rerum omnium maxime sit *mensura (μέτρον)* multoque magis quam quivis ut ferunt homo » *(Leg.* IV, 8; 716 c).

Unde pulcherrime Proclus scribit prop. XCII: « Illud est enim *mensura (μέτρον)* omnium entium, Ipsum Bonum existens et Unum » (textum v. *infra* pag. 99).

Consonant verba *Corani* XIII, 9: « omnia apud Illum, *mensuram* suam habent » *(Le Koran,* trad, par M. Kasimirski, Paris 1918, pag. 194).

In doctrina biblica cfr. *Sap. 11, 21,* per quam facile fit assimilatio communis notionis in theologia catholica. Cfr. S. Th. I, q. 5, a. 5.

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM :

* ad n. 129: Ste; Vel, Ant: « supra per »; Pa: «super».
* —: in *Expos.* (317) Angelicus Doctor correctionem notat, quae supraponitur.
* ad n. 130: Ste (cfr. n. 134); Edit.: « causatum ».
* —: Ste; Edit.: « dicimus ».
* —: Ste; Edit.: « causatum ».
* —: Pa, Ste; Vel, Ant om. « ei ».
* ad n. 131: Vel, Ant, Ste; Pa add. «et».
* —: Ste; Edit.: « causatum ».
* —: Ste; Edit.: « virtus ».
* ad n. 133: Ste; Edit.: « acquisitionem ».
* —: Ste; Edit.: « si est Ens primum ipsum quod ».
* ad n. 134: Ste; Edit.: « primum creatum ».
* —: Ste; Edit. add. « ipsum ».
* —: Ste; Edit.: « quod non est ».
* —: Pa, Ste; Vel, Ant: « finitum cns, ergo... ».
* ad n. 135: Ste; Edit.: « omnia entia creavit ».
* ad η. 136: Pa, Ste; Vel, Ant: « eos ».
* ad n. 137: Pa leg. « causa ».
* —: Ste; om. Edit.

II. QUOAD DOCTRINAM:

Propositio citata (317) talis est (XCII):

Πΰν τό πλήθο τών άπειρων δυνάμεων μια έξήπται τή πρώτη απειρία , ήτι ούχ ώ μετεχομένη δύναμί έστιν, ουδέ έν τοϊ δυναμένοι ύφέστεκεν, αλλά καθ'αύτήν, οϋ τίνο ονσα δύναμι τοΰ μετέχοντα , άλλα πόντιον αιτία τών οντων.

El γάρ και τό δν αυτό τό πρώτοι- *εχει δΰναμιν, άλλ'ούκ εστιν ή αύτοδύναμι . Εχει γάρ και πέρα* [prop. LXXXIX]· *ή δέ πρώτη δΰναμι απειρία έστιν.*

AI γάρ άπειροι δυνάμει διά μετουσίαν απειρία άπειροι' ή ουν αύτοαπειρία προ πασών εσται δυνάμεων, δι'ήν καί τό δν άπειροδύναμον [prop. LXXXVI] *και πάντα μετέσχεν απειρία .*

Oΰτε γάρ το πρώτον ή απειρία — *μέτρον γάρ πάντων εκείνο, τάγαθόν* [prop. XII] *ύπάρχον και εν* [prop. XIII] — οΰτε τό *ον άπειρον γάρ τοϋτο, αλ/.'οϋκ απειρία.*

Μεταξύ άρα τοΰ πρώτου και τοϋ οντο ή απειρία, πάντων αιτία τών άπειροδυνάμων και αιτία πάση τή έν τοϊ ούσιν απειρία .

Tota multitudo infinitarum potentiarum ab una prima Infinitate suspensa est quae non ut participata potentia est neque in potentibus subsistit, sed secundum seipsam, non quae alicuius participantis est potentia, sed omnium Causa entium.

Quamvis enim et ipsum ens primum habeat potentiam, non tamen est per se potentia. Habet enim et finem; prima vero potentia infinitas est.

Infinitae enim potentiae [sunt] infinitae propter participationem infinitatis. Igitur, ante omnes potentias erit per se Infinitas per quam et Ens [est] infinite-potens et omnia participant infinitatem.

Neque enim infinitas [est] primum — illud enim est omnium mensura, ipsum Bonum et Unum existens — neque ens, hoc enim est infinitum, sed non infinitas.

Igitur inter Primum et Ens [est] Infinitas [quae est] causa omnium infinite-potentium et causa totius infinitatis [quae est] in entibus.

Propositio citata (322) talis est (XCIII):

Παν τό άπειρον έν τοϊ οϋσιν οΰτε τοϊ ύπερκειμένοι άπειρόν έστιν οΰτε έαυτώ.

7Ω γάρ άπειρον έκαστον, τούτω και άπερίγραιρον υπάρχει. Παν δέ έν έκείνοι έαυτώ τε ωρισται καί τοϊ προ αύτοϋ πάσι.

Μόνοι δή λείπεται τοϊ καταδεεστέροι άπειρον είναι τό έν έκείνοι άπειρον, ών ύπερήπλωται τή δυνάμει τοσοΰτον ώστε πάσιν αύτοϊ άπερίληπτον ύπάρχειν.

Καν γάρ έφ'όσονοϋν εκείνα προ αυτό άνατείνηται, άλλ'εχει τι πάντω άπ'αύτών έξηρημενον.

Καν εισίη πάντα ει αυτό, άλλ'εχει τι κρύφιον τοϊ δευτέροι καί ακατάληπτοι'.

Καν έξελίττη τά έν αύτώ δυνάμει , άλλ'εχει τι δι'ένωσιν ανυπέρβλητον, συνεσπειραμένον, έκβεβηκό τή εκείνων άνελίξεω .

'Εαυτό δέ συνέχον καί όρίζον ούκ αν έαυτώ άπειρον ύπάρχοτ ουδέ πολλώ μάλλον τοϊ ύπερκειμένοι , μοίραν εχον τή έν έκείνοι απειρία ' άπειρότεραι γάρ al τών όλικωτέρων δυνάμει , δλικώτεραι ούσαι καί έγγυτέρω τεταγμέναι τή πρώτιστη απειρία .

Omne infinitum in entibus neque supra positis infinitum est neque sibi ipsi.

Cui enim unumquodque [est] infinitum, huic et incircumscriptum existit. Omne autem [quod] in illis [est], a seipso finitur et ab omnibus [quae sunt] ante ipsum.

Solis autem inferioribus restat infinitum esse quod in illis [est] infinitum quibus tantum superexpanditur potentia, ut omnibus ipsis incomprehensibile existât.

Quamvis enim quantumvis ad illud ipsa se extendant, habet tamen aliquid totaliter ab ipsis separatum.

Et quamvis omnia in ipsum ingrediantur, habet tamen aliquid [quod] secundis [est] occultum et inapprehensibile.

Et quamvis explicet potentias quae [sunt] in ipso, habet tamen aliquid per unionem insuperabile, compactum, excedens illorum explicationem.

Seipsum vero continens et finiens, sibiipsi infinitum existere non potest, neque multo magis superioribus, habens portionem infinitatis quae [est] in illis; infinitiores enim [sunt] universaliorum potentiae, cum universaliores sint et propius primam Infinitatem ordinatae.

III. QUOAD USUM DOCTRINALEM :

η. 13r: 5. *Th.* I, 50, *2,* ad 4: « dicitur in libro *de Causis* quod intelligentia est finita superius... sed est infinita inferius ».

— *de Pot.* VI, 3, 9a: « in libro *de Causis* dicitur quod virtus intelligentiae est infinita praecipue ad inferius ».

— *de. Ente et Essentia* (edit, cit.) V: « et ideo dicitur in libro *de Causis* quod intelligencie sunt infinite inferius et finite superius ».

— *de Natura materiae* III (376).

PROPOSITIO XVII. LECTIO XVII.

Ostendit quomodo magis vel minus Ei assimilantur.

138 — *Omnis virtus imita plus est infinita quam virtus multiplicata.*

139 — *Quod est:* quia infinitum primum, quod est Intelligentia, est propinquum Uni-Vero * puro; propter illud ergo factum est quod in omni virtute propinqua Uni-Vero * est infinitas plus quam in virtute longinqua ab Eo.

140 — *Quod est:* quia virtus quando incipit multiplicari tunc destruitur unitas eius et quando destruitur eius unitas tunc * destruitur eius infinitas et non destruitur infinitas eius, nisi quia * dividitur.

141 — *Et illius quidem significatio* est virtus divisa et quod ipsa, quanto magis adgregatur et unitur * magnificatur et vehementior fit et efficit operationes mirabiles; et, quanto magis partitur et dividitur * minoratur et debilitatur et efficit operationes viles.

142 — *lam igitur manifestum est et planum* quod virtus, quanto plus adproximat Uni-Vero puro * fit vehementior eius unitas et quanto vehementior fit * unitas, est infinitas in ea magis adparens et manifestior et sunt operationes eius, operationes magnae mirabiles et nobiles.

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

330. — Postquam, in praecedenti propositione, ostensum est quod omnes virtutes infinitae dependent a prima Virtute infinita, in hac propositione, consequenter ostenditur quomodo una virtus magis accedat ad primam Infinitatem quam alia. Et dicit [138] quod *omnis virtus unita plus est infinita quam virtus multiplicata.* Haec eadem propositio ponitur in libro Proculi XCV sub his verbis: *omnis potentia unitior existens est infinitior quam plurificata.*

331. — Probatur autem utrobique dupliciter: primo quidem per rationem hoc modo [139]: sicut ex praemissa propositione habetur [129] omnes virtutes infinitae dependent a primo Infinito quod est Virtus virtutum. Oportet igitur quod quanto virtus propinquior fuerit illi primae Virtuti, tanto magis participet de eius infinitate. Illa autem Virtus prima est essentialiter unum. Oportet ergo quod quanto aliquid est magis unum, tanto habeat virtutem magis infinitam. Et inde est quod virtus Intelligentiae, quae est prima inter virtutes causatas infinitas, est maxime infinita, utpote propinquior Uni primo. Virtutes vero quae multiplicantur, ex hoc ipso deficiunt ab unitate et ideo minoratur eorum posse [140].

332. — Et huius exemplum apparet in virtutibus cognoscitivis: intellectus enim qui non dividitur in multas potentias est efficacior in cognoscendo quam sensus qui per multas potentias diversificatur. Et, eadem ratione, virtus cognoscitiva Intelligentiae, quae non dividitur per sensitivam et intellectivam, est fortior quam virtus cognoscitiva humana tam circa sensibilia singularia quam circa intelligibilia cognoscenda.

333. — Secundo, probatur per signum [141]: videmus enim in rebus corporalibus particularibus quod, quando multa aggregantur et uniuntur, *fit vehementior* eorum virtus ex qua consequuntur *mirabiles operationes,* sicut patet in multis hominibus simul trahentibus navem qui divisim non possunt eam trahere nec partes eius proportionales. *Et quanto magis dividitur* virtus rei corporalis tanto debilior fit et facit ope-

rationes viliores, sicut tota domus a magno igne congregato calefit, quod fieri non potest si ignis dividatur per diversas partes domus x).

334. — Ex quibus duabus probationibus, concludit [142] propositum, ut in litera patet,

b Intellige de eodem igne et exemplum accipe iuxta mores tunc temporis vigentes. De coetero, etiam nunc harum rerum periti « elementa thermosyphonica » cumulant iuxta dimensionem spatialem uniuscuiusque partis domus calefaciendae. Patet et audire Thomam sic concrete loquentem placet.

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM :

* ad n. 139: Ste; Edit. om. « vero .
* —: Ste; Edit. om. « Vero », add. « puro ».
* ad n. 140: Ste; Edit. om. « tunc ».
* —: Ste; Edit.: « quando ».
* ad n. 141: Vel, Ant, Ste; Pa: « huius ».
* —: Ste; Edit. add. « tanto plus ».
* —: Ste; Edit. add. « tanto plus ».
* ad n. 142: Ste; Edit.: « puro et vero ».
*—: Ste; Edit. add. «eius».

II. QUOAD DOCTRINAM :

Propositio citata (330) talis est (XCV):

Πάσα δύναμι ένικωτέρα ούσα τη πληθυνομένη άπειροτέρα.

Εί γάρ ή πρώτη απειρία τοϋ 'Ενό εγγύτατα) [prop. XCII], *καί τών δυνάμεων ή τω 'Evi, συγγενέστερα τη αφισταμένη εκείνον μειζύνιο άπειρο · πληθυνομένη γάρ άπόλλυσι τό ενοειδε , εν φ μένουσα την πρό τά αλλα εϊχεν υπεροχήν, συνεχόμενη διά τήν άμέρειαν.*

Καί γάρ εν τοί μεριστοϊ αί δυνάμει συναγόμενα!, μέν πολλαπλασιάζονται, μεριζόμενοι δε άμυδροvνται.III.

Omnis potentia unitior existent [est] *infinitior quam plurificata.*

Etenim si prima infinitas [est] propinquissima Uni, etiam inter potentias quae Uni [est] vicinior, maiorem in modum quam quae ab Illo distat, infinita [est]; plurificata enim uniformitatem destruit, in qua manens eminentiam prae ceteris habebat, per impartitionem contenta.

Etenim in particularibus, potentiae collectae quidem plurificantur, partitae autem debilitantur.

III. QUOAD USUM DOCTRINALEM :

n. 138: S. *Th.* I, 77, 2, 2a: « quanto virtus est superior tanto est magis unita » (cfr. 94).

— *Suppi.* 37, i, ia; 2, 4 s. c.

— S. *Th.* II-II, 52, 2, 2a: » quanto aliquid est superius tanto est magis unitum, ut probatur in libro *de Causis* ».

— S. *C. G.* II, 20; 2014: « quod enim est in supremo unitum, multiplex in infimis invenitur ».

— *de Verit.* III, 2, 3a: « omnis virtus unita plus est infinita quam multiplicata, ut dicitur in libro *de Causis* ».

— *ibid.* V, 2, 3a: « ut dicitur in libro de *Causis,* omnis virtus unita plus est infinita quam multiplicata ».

— *de Pot.* V, 10, 6a: ut dicitur in libro *de Causis,* omnis virtus unita plus est infinita quam multiplicata ».

— *ibid.* VI, 3, 10a: « in libro *de Causis* dicitur quod virtus omnis unita plus est infinita quam virtus multiplicata ».

— *ibid.* VII, 8c: « in libro *de Causis* dicitur quod omnis virtus unita plus est infinita quam virtus multiplicata ».

— *de An.* 13, 9a: « omnis virtus unita plus est infinita quam multiplicata, ut dicitur in libro *de Causis* ».

n. 141: S. *Th.* II-II, 37, 2, ad 3: «virtus quanto est magis unita tanto est fortior et per separationem diminuitur » (cfr. 94).

— *de Pot.* VI, 3, 10a: « et ibidem commentator dicit quod quanto " virtus intelligentiae " magis aggregatur et unitur, magnificatur et vehementior fit et efficit operationes mirabiles ", Loquitur autem ibi commentator de naturali virtute intelligentiae ».

PROPOSITIO XVIII. LECTIO XVIII.

Ostendit universalem dependentiam rerum a Primo.

143 — *Res omnes habent essentiam * propter Ens primum et res vivae omnes sunt motae per essentiam suam propter Vitam primam et res intelligibiles omnes habent scientiam propter Intelligentiam primam.*

144 — *Quod est:* quia si omnis causa dat causato suo aliquid, tunc procul dubio Ens primum dat causatis suis omnibus esse ;*

145 — Et * similiter Vita dat causatis suis motum: quia vita est processio procedens ex Ente primo quieto sempiterno et * primus motus.

146 — Et * similiter Intelligentia dat causatis suis scientiam.

147 — *Quod est:* quia omnis scientia vera * non est nisi intelligentia et intelligentia est primum sciens quod est, et est * influens scientiam super reliqua scientia :*

148 — *Redeamus ergo et dicamus* quod Ens primum est * quietum et * est causa causarum et si * Ipsum dat esse omnibus ;* tunc Ipsum dat eis per modum creationis.
Vita autem prima dat eis quae sunt sub ea vitam ;* non per modum creationis, immo * per modum formae.
Et similiter Intelligentia non dat eis quae sunt sub ea de scientia * et reliquis rebus ;* nisi * per modum formae.

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

335. — Postquam ostensum est quod res omnes dependent a Primo secundum suam virtutem, hic ostendit quod dependent omnia a Primo secundum suam naturam. Et circa hoc, duo facit: primo, ostendit universalem dependentiam rerum a Primo, secundum omnia quae pertinent ad naturam vel substantiam earum; secundo, ostendit diversum gradum appropinquationis ad Primum a quo dependent, sicut et de dependentia virtutis dixerat et hoc XIX propositione, ibi [149]: *Ex Intelligentiis est....*

336. — Primo ergo ponit talem propositionem [143]: *Res omnes habent essentiam propter Ens primum et res vivae omnes sunt motae per essentiam suam propter vitam primam....*

337. — Et hoc idem dicitur in libro Proculi CII propositione sub his verbis: *Omnia quidem qualitercumque entia ex fine sunt et infinito propter prime Ens; omnia autem viventia suiipsorum motiva sunt, propter Vitam primam; omnia autem cognitiva, cognitione participant propter Intellectum primum.* Dicit autem quod *omnia* sunt *ex fine et infinitum propter primum Ens,* quia supra [42] habitum est in IV propositione: ens creatum *compositum est ex finito et infinito* **[106-108].**

338. — Ad huius autem propositionis intellectum, primo considerandum est quod omnes gradus rerum ad tria videtur reducere, quae sunt: esse, vivere et intelligere. Et hoc ideo quia unaquaeque res potest tripliciter considerari: primo, secundum se ct sic convenit ei esse; secundo, prout tendit in aliquid aliud ct sic convenit ei moveri; tertio, secundum quod alia in se habet et sic convenit ei cognoscere, quia secundum hoc cognitio perficitur quod cognitum est in cognoscente non quidem materialiter, sed formaliter.

339. — Sicut autem habere aliquid in se formaliter et non materialiter, in quo consistit ratio cognitionis, est nobilissimus modus habendi vel continendi aliquid, ita mo-

veri a seipso est nobilissimus mobilitatis modus et in hoc consistit ratio vitae, nam ea dicimus viventia quae se aliqualiter movent. Esse igitur, quod est primum, commune est omnibus; sed non omnia pertingunt ad illam perfectionem ut sint suiipsorum motiva, unde non omnia sunt viventia, sed quaedam quae sunt perfectiora in entibus.

Rursus, quia eorum quae sunt motiva suiipsorum vel aliorum non omnia sunt motiva per modum cognitionis, sed per aliquod materiale principium, sicut accidit in plantis, inde etiam non omnia viventia pertingunt ad gradum cognitionis, sed solum illa in quibus principium motionis est aliquid formale absque materia; nam et ipse sensus est susceptivus specierum sensibilium sine materia, ut dicitur II *de Anima* x).

340. — Secundo, considerandum est quod in unoquoque genere est causa illud quod est primum in genere illo a quo omnia quae sunt illius generis in illo genere constituuntur. Sicut inter elementaria corpora, ignis est primum calidum a quo omnia caliditatem sortiuntur. Non est autem in aliquo rerum ordine in infinitum procedere. Igitur oportet in ordine entium esse aliquod Primum quod dat omnibus esse. Et hoc est quod dicit [143] quod *res omnes habent essentiam propter Ens primum* [144].

341. — Similiter oportet in genere viventium esse aliquod Primum et ab hoc omnia viventia habent quod vivant. Et quia viventis proprium est quod sit suiipsius motivum, ideo dicit [143] quod *res vivae omnes sunt motae per essentiam suam,* idest moventes seipsas, *propter Vitam primam.* Unde in libro Proculi dicitur [CII]: *omnia viventia suiipsorum motiva sunt, propter vitam primam.* Et quod movere seipsum procedat a prima Vita probat subdens [145]: quoniam *vita est processio procedens ex Ente primo quieto sempiterno.*

342. — Ad cuius intellectum est sciendum quod prius est aliquid esse in se quam moveri in alterum, unde moveri praesupponit esse. Quod si ipsum esse sit subiacens motui, iterum oportebit praesupponi aliquod principium motus et sic quousque deveniatur ad aliquod Ens immobile quod est principium movendi seipsum omnibus. Et haec est Vita prima. Unde manifestum est quod vita in omnibus viventibus est processio quaedam procedens a Quodam primo ente quieto et sempiterno, idest nulli mutationi subiecto [1].

343. — Similiter etiam in ordine cognoscentium oportet esse aliquod Primum. Manifestum autem est quod, ordine perfectionis et naturae, cognitio intellectiva prior est sensitiva quia est magis immaterialis. Unde et per intellectum de cognitione sensitiva iudicamus, sicut de inferiori per superius. In ipsa autem intellectiva cognitione, manifestum est quod ratiocinativa inquisitio a principiis per se notis procedit, quorum est intellectus. Unde ratio sequitur intellectum. Primum ergo in ordine cognoscentium est Intellectus et ideo oportet quod *omnes res intelligibiles,* scilicet cognoscitivae habeant *scientiam,* idest cognitionem *propter Intelligentiam primam* [143].

Unde et in libro Proculi [CII] dicitur quod *omnia cognitiva cognitionem participant propter Intellectum primum.* Et ratio huius assignatur [146] quia *omnis scientia* radicaliter *non est nisi intelligentia:* intelligentia enim est summitas quaedam, ut Proculus dicit [CII] omnis cognitionis. Unde *Intelligentia est primum* cognoscens *et influens* cognitionem *super* omnia cognoscentia.

344. — Sicut autem supra **[65-67, 98, 286]** dictum est, secundum Platonicos, primum Ens quod est idea Entis est aliquid supra primam Vitam idest supra ideam Vitae et prima Vita est aliquid supra primum Intellectum idealem. Sed secundum Dionysium **[72-74, 99-100]** primum Ens et prima Vita et primus Intellectus sunt unum et idem quod est Deus. Unde et Aristoteles in XII *Metaphys.* 2) primo Principio attribuit quod sit Intellectus et quod suum intelligere sit Vita; et secundum hoc ab Eo omnia habent esse, vivere et intelligere.

345. — Tertio, considerandum [est] quod ista tria diversimode causantur in rebus sive a diversis Principiis secundum Platonicos sive ab eodem Principio secundum fidei doctrinam et Aristotelis.

b C. 12, 424 a 18-19; *Expos.,* lect. 24, n. 551.

1) Hic leg. «substituto»; item, infra: 379, 418, 419, 420, 423, sed ubique *corr.* « subiecto » vel « subiectum » etc. Vansteenkiste monuerat (1952) et Saffrey (1954) confirmat. Cursim, noto in op. *de substantiis separatis* passim ita legi: cap. 5 (62): « aestimavit quod esse in potentia vel esse *substitutum* vel esse recipiens, secundum unam rationem in omnibus diceretur »; *item,* cap. 8 (84): « perfectionis' *substitutum* et sic cum *substitutum* pertineat ad rationem materiae... comparatur ad rem sicut accidens ad *substitutum...* ». Convenienter et hic leg. « subiectum » suppono.

2) C. 7, 1072 b 24 ss.; *Expos.,* lect. 8, nn. 2539-2544.

Est enim duplex modus causandi: unus quidem quo aliquid fit, praesupposito altero; et hoc modo dicitur fieri aliquid per informationem, quia illud quod posterius advenit, se habet ad id quod praesupponebatur, per modum formae; alio modo, causatur aliquid nullo praesupposito; et hoc modo dicitur aliquid fieri per creationem.

346. — Quia ergo intelligere praesupponit vivere et vivere praesupponit esse, esse autem non praesupponit aliquid aliud, inde est quod primum Ens *dat esse omnibus per modum creationis* [148]·

347. — *Prima autem Vita,* quaecumque sit illa, non dat vivere per modum creationis, sed *per modum formae,* idest informationis. Et similiter dicendum est de Intelligentia.

348. — Ex quo patet quod cum supra [32] dixit Intelligentiam esse causam animae non intellexit quod esset causa eius per modum creationis, sed solum per modum informationis, ut supra **[79-85, 345]** expositum est.

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM :

* ad n. 143: Edit.; Ste: « sunt entia ».
* ad n. 144: Edit.; Ste: « ens ».
* ad n. 145: Ste; Edit. om. « et ».
* —: Ste; Vel, Ant add. « similiter ».
* —: Ste; Vel, Ant « et similiter motus primus »; Pa: « et motus similiter primus ».
* ad n. 146: Pa, Ste; Vel, Ant om. « ct ».
* ad n. 147: Ste; Edit.: « vera scientia ».
* —: Ste; Edit.: « quod est primum influens ».
* —: Ste, cfr. *Expos.* (343): « cognoscentia »; Edit. « entia ».II.
* ad n. 148: Vel, Ant, Ste; Pa om. « est ».
* —: Vel, Ant, Ste; Pa om. « et ».
* —: Ste; Edit. add. « primum ».
* —: Edit.; Ste: « dat rebus omnibus ens ».
* —: Vel, Ant, Ste; Pa add. « et ».
* —: Ste; Edit.: « sed ».
* —: Ste; Edit.: « scientiam ».
* —: Vel, Ant, Ste; Pa add. « per modum creationis ».
* —: Vel, Ant, Ste; Pa: « sed ».

II. QUOAD DOCTRINAM :

Propositio citata (337) talis est (CII):

Πάντα μεν τά όπωσοϋν οντα εκ πέρατό έστι και απείρου διά τό πρώτω ον πάντα δε τά ζώντα εαυτών κινητικά έστι διά τήν ζωήν τήν πρώτην πάντα δε τά γνωστικά γνώσεω μετέχει διά τον νοϋν τον πρώτον.

El γάρ τό καθ'έκάστην σειράν άμέθεκτον τή οικεία ιδιότητα πάσι τοϊ υπό τήν αυτήν σείραν μεταδίδωσι [prop. XCVII], *δήλον δη οτι και τό δν τό πρώτιστον μεταδίδωσι πάσι πέρατο άμα καί απειρία , μικτόν ϋπάρχον εκ τούτων πρώτω* [prop. LXXXIXp *και ή ζωή τή παρ'έαυτή κινήσεω — καί γάρ ή ζωή πρώτη πρόοδό εστι καί κίνησι άπό τή μονίμου τοϋ όντο ϋποστάσεω — καί ό νοϋ τή γνώσεω — πόση γάρ γνώσεω ή άκρατη έστίν έν νώ, καί νοϋ τό πρώτω γνωστικόν.III.*

Omnia quidem qualitercumque entia ex fine sunt et infinito, propter prime Ens; omnia autem viventia suiipsorum motiva sunt propter Vitam primam; omnia autem cognoscitiva cognitione participant propter Mentem primam.

Etenim, si quod iuxta unamquamque seriem [est] imparticipabile suae proprietatis participationem dat omnibus quae sub eadem serie [sunt], manifestum quidem [est] quod Ens supremum omnibus impertit finitatem simul et infinitatem, mixtum existons ex his primo; et Vita [impertit] motum qui [est] apud se: etenim vita est primus processus et motus ab Entis subsistentia permanenti; et Mens [impertit] cognitionem: omnis enim cognitionis summitas est in mente et mens est primum cognoscitivum.

III. QUOAD USUM DOCTRINALEM :

n. 148: *de Pot.* III, rc: « in libro *de Causis* dicitur quod esse eius est per creationem, vivere vero et caetera huiusmodi, per informationem ».
— *Quodlib.* III, q. 3, 1. 1 c (impl.).

PROPOSITIO XIX. LECTIO XIX.

Ostendit diversum gradum appropinquationis ad Primum.

149 — a) *Ex Intelligentiis est quae est Intelligentia divina, quoniam ipsa recipit ex bonitatibus primis, quae procedunt ex Causa prima, per receptionem multam ;*

a') *et de eis est quae est Intelligentia tantum, quoniam non recipit ex bonitatibus primis, nisi mediante Intelligentia.*

b) *Ex Animabus est quae est Anima intellectualis ,* quoniam ipsa est pendens per Intelligentiam;*

b') *et ex eis est quae est Anima tantum.*

c) *Ex * Corporibus naturalibus est cui est Anima regens ipsum et faciens directionem super ipsum;*

c') *et de eis sunt quae sunt Corpora naturalia tantum, quibus non est anima.*

150 — Et hoc non fit ita nisi quoniam est ipsa neque * intellectualis * tota neque animalis tota neque corporea tota neque * pendet per causam quae est supra * eam, nisi quae est ex ea * completa * integra et quae pendet per causam quae est supra * eam,

151 — scilicet: quia non omnis Intelligentia pendet per bonitates Causae primae, nisi quae ex eis est Intelligentia * completa in primis integra. Ipsa enim potest recipere bonitates descendentes ex Causa prima et pendere per eas ut vehemens * fiat sua unitas.

152 — Et similiter iterum non omnis Anima pendet per Intelligentiam nisi quae ex eis est * completa ;* integra et vehementius similis cum Intelligentia, per hoc quod pendet per Intelligentiam et est Intelligentia completa.

153 — Et similiter iterum non omne Corpus naturale habet Animam nisi quod ex eis est * completum ;* integrum, quasi sit rationale.

154 — Et secundum hanc formam, sunt reliqui ordines intellectuales .*

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

349. — Postquam ostendit in praecedenti propositione quod omnes res secundum suam naturam dependent a Primo, hic [149] ostendit quomodo quaedam diversimode Ei appropinquant secundum participationem naturalis perfectionis et ponit talem propositionem: *Ex Intelligentiis est quae est Intelligentia divina, quoniam ipsa recipit ex bonitatibus primis quae procedunt ex Causa prima per receptionem multam; et de eis est quae est Intelligentia tantum, quoniam non recipit ex bonitatibus primis nisi mediante Intelligentia.*

Ex Animabus est quae est Anima intellectualis, quoniam ipsa est pendens per Intelligentiam; et ex eis est quae est Anima tantum.

Ex Corporibus naturalibus est cui est Anima regens ipsum et faciens directionem super ipsum; et de eis sunt quae sunt corpora naturalia tantum, quibus non est Anima.

350. — Haec autem propositio invenitur in libro Proculi CXI propositione sub his verbis: *Omnis intellectualis seirae* 1), idest ordinationis *hi quidem sunt divini Intellectus suscipientes deorum posthabitiones, idest* participationes; *hi autem Intellectus solum; et omnis animalis,* scilicet seirae *hae quidem sunt intellectuales Animae ad Intellectus suspensae proprios, hae autem Animae solum; et omnis corporalis naturae, hae quidem et animas habent astantes desuper, hae autem sunt Naturae solum, animarum expertes praesentia.*

*9 Ita Vansteenkiste et Saffrey ex textu Proculi: σειρά , in *vers.* Moerbekiana: = *seriei.*

351. — Ad cuius evidentiam sciendum est quod, secundum Platonicos, quadruplex ordo invenitur in rebus:

primus erat ordo Deorum, idest formarum idealium inter quas erat ordo secundum ordinem universalitatis formarum, ut supra [65-66] dictum est;

sub hoc autem ordine est ordo Intellectuum separatorum;

sub quo est ordo Animarum;

sub quo iterum est ordo Corporum.

Et hi tres inferiores ordines accipiuntur secundum tria quae in praemissa propositione [143; 338] sunt tacta. Nam corpora participant esse tantum; Animae autem secundum propriam naturam participant ulterius esse et vivere; Intellectus autem participant esse, vivere et intelligere.

352. — Causalitas autem horum ad ordinem divinum pertinet sive ponantur multi dii ordinati sub Uno, secundum Platonicos; sive Unus tantum, in se omnia habens, secundum nos. Universalitas enim causalitatis propria est Deo.

Huiusmodi autem ordines, cum ab Uno primo procedant, continuitatem quamdam habent ad invicem ita quod ordo Corporum attingit ordinem Animarum et ordo Animarum attingit ordinem Intellectuum qui attingit Ordinem Divinum.

Ubicumque autem diversi ordines sub invicem coniunguntur, oportet quod id quod est supremum inferioris ordinis propter propinquitatem ad superiorem ordinem aliquid participet de superioris ordinis perfectione.

Et hoc manifeste videmus in rebus naturalibus: nam quaedam animalia participant aliquam rationis similitudinem et quaedam plantae participant aliquid de distinctione sexus, quae est propria generi animalium. Unde et Dionysius dicit VII cap. *de Divinis Nominibus* quod per divinam sapientiam «*fines primorum*[1] coniunguntur «*principiis secundorum*».

353. — Sic igitur illi qui sunt supremi in ordine Intellectuum vel Intelligentiarum dependent per quamdam perfectiorem participationem propinquius a Deo et magis participant de bonitatibus Eius et de universali causalitate Ipsius et ideo dicuntur divini Intellectus vel divinae Intelligentiae, sicut et Dionysius dicit[2] quod supremi Angeli sunt quasi «*in vestibulis*» Deitatis collocati.

Inferiores vero Intellectus qui non pertingunt ad tam excellentem participationem divinae similitudinis sunt Intellectus tantum, non habentes illam divinam dignitatem [150-151].

354. — Et eadem ratio est de animabus respectu Intellectuum: nam supremae Animae sunt intellectuales, utpote propinquae Ordini Intellectuum; aliae vero Animae inferiores non sunt intellectuales, sed habent solum id quod est animae ut scilicet sint vivificativae, sicut maxime patet de animabus Animalium et plantarum [152].

355. — Et eadem ratio est de ordine corporum respectu Animarum: nam corpora nobiliora quae perfectiori ratione sunt constituta, sunt animata; alia vero corpora sunt inanimata [153].

356. — Et eadem ratio est de omnibus aliis ordinibus in quos praedicti generales ordines distinguuntur, quia etiam in corporibus sunt diversi ordines et similiter in Animabus et Intellectibus [154].

1) § 3 (MG. III, 872 B) ex vers. I. Sarraceni. I, Scotus vertit: «connectens»; Angelici doctoris verbum coniungunrur» termino I. Sarr. «coniungens» cohaeret (cfr. *de div. Nom.*, edit, cit., n. 324; 733).

2) *De cael. Hier.*, VII, 2 (MG. III, 208 A); *de div. Nom.*, V, 8 (*ibid.*, 821 C, edit cit., n. 276; 656).

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM:

* ad n. 149: Ste propositionem terminat ad illa verba: «per receptionem multam»; per totum numerum, amplius extenditur propositio, iuxta *Expos*, n. 349.

* —: Ste; Edit.: «Et ex».

* —: Edit., Ste: «intelligibilis»; *corr.* «intellectualis» ex textu Procli: *νοεροί, ψυχαί* - *intellectuales* Animae».

* —: Pa, Ste; Vel Ant: «et ex his».

* —: Ste; Edit.: Et ex».

* ad n. 150: Ste; Vel, Ant: quoniam non est: Pa: «ipsa non est».

* —: Edit., Ste leg. «intelligibilis»; corr. intellectualis» ex textu Procli et *Expos.* (354).

* —: Ste; Edit.: «nec».

* —: Ste; Edit.: «super».

* —: Ste; Edit. add. «causa».

* —: Ste; Edit. add. « et ».
* —: Ste; Edit. « super ».
* ad n. 151: Ste; Edit, «quae est ex ea» om. Intelligentia ».
* —: Ste; Edit.: « vehementius ».
* ad n. 152: Ste; Edit.: «est eis».
* —: Ste; Edit. add. « et ».
* ad n. 153: Ste; Edit.: «est ex eis».
* —: Ste; Edit. add. «et».
* ad n. 154: Edit, et respondere videtur « *νοερό σειρά* », ubi agitur de *serie* seu *ordine intellectuali.* Ste leg. « intelligibiles ».

II. QUOAD DOCTRINAM:

Propositio citata (350) talis est (CXI):

Πάση τή νοερό σειρά οἱ μέν εισι θείοι νόε ϋποδεξάμενοι θεών μεθέξει , οί δε νόε μόνον

καί πάση τή ψυχική , al μέν εισι νοεροί ψυχαί ει νοϋ άνηρτημένοι οικείου , αί δέ ψυχαί μόνον

και πάση τή σωματική φΰσεω , αί μέν καί ψνχά έχουσιν έφεστώσα άνωθεν, αί δέ εισι φύσει μόνον, τή τών ψυχών άμοιροι παρουσία .

'Εκάστη γάρ σειρά ούχ ολον το γένο ει το προ αύτοϋ άνηρτήσθαι πέφυκεν, άλλά τό έν αυτή τελειότερου καί συμφύεσθαι τοΐ ύπερ-κειμένοι ικανόν [prop. CX].

Ούτε ούν πά νοϋ θεοϋ έξήπται, άλλ'οί πικρότατοι καί ένικώτατοι τών νόων ούτοι γάρ ται θείαι ένάσι συγγενεί .

Ούτε πάσαι ψυχαί μετέχουσι νοϋ τοϋ με-θεκτοϋ, άλλ'οσαι νοερώταται.

Ούτε πάσαι σωματικοί φύσει άπολαύουσι ψυχή παρούση καί μετεχομένη , άλλ'οί τελειό-τεροι καί λογοειδέστεραι.

Καί ούτο επί πάντων ό λόγο τή άπο-όείξεω .

Totius intellectualis seriei hae quidem sunt divinae mentes, suscipientes deorum participationes; hae autem [sunt] *tantum mentes.*

Et totius psychicae [seriei] *hae quidem sunt intellectuales animae, ad mentes suspensae proprias; hae autem* [sunt] *tantum animae.*

Et totius-corporalis naturae [seriei] *hae quidem et animas habent astantes desuper; hae autem sunt Naturae solum, animarum expertes praesentia.*

Non enim totum genus uniuscuiusque seriei natum est suspendi ad quod ante ipsum, sed quod in ea [serie] est perfectius et superioribus aptum [est] connaturari.

Neque igitur omnis mens ex deo pendet, sed summae et unitissimae mentium: hae enim divinis Unitatibus [sunt] cognatae.

Neque omnes Animae participes [sunt] mentis participabilis, sed quot [sunt] maxime intellectuales.

Neque omnes corporales naturae fruuntur anima praesenti et participata, sed perfectiores et magis rationi conformes.

Et quoad omnia haec est ratio demonstrationis.

ORDO PROPOSITIONUM XX-XXIII

B) *Ponit comparationem Causarum ad invicem:*

2° - Ostendit qualiter superiora inferioribus influant per suum regimen (prop. XX-XXIII):
a) agit de universali regimine Causae primae:
j° - ostendit modum universalis regiminis Causae primae (prop. XX);
jj° - ostendit sufficientiam Dei ad regendum:
a) secundum abundantiam (prop. XXI);
/i) secundum excellentiam (prop. XXII).
i›) de regimine Intelligentiae (prop. XXIII).

3° - *Ostendit quomodo inferiora diversimode recipiunt influxum primo influentis {prop. XXIV-XXXII).*

PROPOSITIO XX. LECTIO XX.

Ostendit modum universalis regiminis Causae Primae.

155 — *Causa prima regit res creatas omnes praeter quod commisceatur com eis.*
156 — *Quod est:* quia regimen non debilitat unitatem Eius exaltatam super omnem rem * neque destruit eam neque prohibet eam essentia unitatis Eius seiunctae * a rebus, quin * regat eas.
157 — *Quod est:* quia Causa prima est fixa, stans cum unitate sua pura semper et Ipsa regit res creatas omnes et influit super eas virtutem vitae et bonitates secundum modum virtutis earum receptibilium et possibilitatem earum. Prima enim Bonitas influit bonitates supra * res omnes influxione una; verumtamen unaquaeque rerum recipit ex illa influxione, secundum modum suae virtutis et sui esse.
158 — Et Bonitas prima non * influit bonitates super res omnes nisi * per modum unum, quia non est bonitas nisi per suum esse et suum ens et suam virtutem, ita quod est * bonitas, et bonitas * et virtus et ens sunt * res una. Sicut * ergo Ens primum et Bonitas sunt * res una, fit * quod Ipsum influit bonitates super res influxione communi, una.*
Et diversificantur bonitates et dona ex concursu recipientis.
Quod est: quia recipientia bonitates non recipiunt aequaliter, immo quaedam eorum * recipiunt plus, quaedam vero minus;* et * hoc quidem est propter magnitudinem suae largitatis.
159 — *Redeamus ergo et dicamus* quod inter omne agens quod agit per esse suum tantum * et inter * factum suum non est continuator * neque res alia * media. Et non est continuator * inter agens et factum nisi * additio super esse: scilicet * quando agens et factum sunt * per instrumentum * et non facit per esse suum et sunt * composita. Quapropter recipiens recipit per continuationem inter ipsum et factorem suum et est tunc agens seiunctum a facto suo.
160 — Agens vero, inter quod et factum suum non est continuator * penitus, est agens verum et regens verum;* faciens res per finem decoris, post quod non est possibile ut sit decus aliud et regit factum suum per ultimum regiminis.
161 — *Quod est:* quia regit res per modum * quem agit et non agit nisi * per Ens suum; ergo, ens Eius iterum erit regimen Eius. Quapropter fit quod regit et agit per ultimum decoris et regimen in quo non est diversitas neque tortuositas; et non diversificantur operationes et regimen propter causas primas, nisi secundum * meritum recipientis.

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

357. — Postquam ostensum est qualiter inferiora a superioribus dependeant, hic [155] ostenditur qualiter superiora inferioribus influant per suum regimen. Et circa hoc, duo facit: primo, agit de universali regimine Causae primae; secundo, de regimine Intelligentiae, XXIII propositione, ibi [172]: *Omnis Intelligentia divina....*

358. — Circa primum, duo facit: primo, ostendit modum universalis regiminis Causae primae; secundo, ostendit idoneitatem Dei ad regendum, XXI propositione, ibi [162]: *Primum est dives...*

359. — Circa primum, ponit talem propositionem [155]: *Causa prima regit res creatas omnes praeter quod commisceatur cum eis.* Ad cuius evidentiam considerandum est quod in humano regimine hoc contingere videmus: quod ille qui habet curam regiminis plurimorum necesse est ut ex suo

regimine ad plura distrahatur; qui vero a cura regiminis aliorum est liber magis in seipso potest uniformitatem conservare.

Unde et Epicurei philosophi, ut quietem et uniformitatem divinam conservarent, posuerunt deos nullius regiminis curam habere, sed omnino otiosos et nihil curantes, ut sic videantur esse felices.

360. — Et ideo contra hoc, in hac propositione inducitur quod haec duo in Causa prima non sunt contraria nec se invicem impediunt universale regimen rerum et summa unitas per quam Deus exaltatur super omnia. Unde statim, in principio expositionis [156] ponitur: *Quod est: quia regimen non debilitat unitatem Eius exaltatam super omnem rem neque destruit eam;* quia, scilicet, neque in toto neque in parte, per universale regimen unitati divinae derogatur. Et, e converso, subdit: nec *prohibet eam essentia unitatis Eius seiunctae a rebus quin regat eas.*

361. — Et hoc totum in CXXII propositione Proculi ponitur sub his verbis: *omne Divinum providet secundis et ereptum est ab his quibus providetur, neque providentia submittente suam immixtam et unialem excellentiam neque separata unitione providentiam exterminante.*

362. — Ad huius autem propositionis manifestationem, tria inducuntur: primo namque [157], ostenditur diversus modus recipiendi influentias Causae primae ex parte rerum recipientium; secundo, ostenditur unitas ex parte Causae primae influentis, ibi [158]: *Et Bonitas prima...;* tertio, ex his duobus concluditur propositum, scilicet: quod regimen Causae primae extat absque hoc quod commisceatur rebus, ibi [159]: *Redeamus ergo et dicamus....*

363. — Dicit [157] ergo primo quod omnes bonitates quae inveniuntur in rebus effluunt a Causa prima et huiusmodi bonitates recipit unaquaeque res *secundum modum* et proprietatem suae substantiae et *virtutis.* Sunt autem diversarum rerum diversae naturae et virtutes et inde est quod quamvis Causa prima influat uno influxu super omnia, diversimode tamen influxus Eius in diversis rebus recipitur. Cuius exemplum est evidens in lumine quod quidem a corpore lucido uno modo procedit, sed secundum quod radii diversi transeunt per vitra diversimode colorata, diversam apparentiam faciunt.

364. — Deinde [158] ostendit quod Causa prima unico influxu influat in res omnes. Influit enim in res secundum rationem boni: habet enim bonitatem bonificam, idest quae est principium bonitatis in omnibus. *Bonitas* autem Causae primae est ipsum *suum Esse* et sua Essentia, quia Causa prima est ipsa essentia bonitatis. Unde cum essentia Eius sit maxime una, quia primum Principium est secundum se Unum et Bonum, consequens est quod Causa prima uno modo quantum est ex parte sua agat in res et influat in eas. Sed ex Eius influxu res diversimode *recipiunt: quaedam plus* et *quaedam minus;* unaquaeque secundum suam proprietatem.

365. — Deinde [159] ex praemissis concludit impermixtionem Causae primae ad res alias. Et huius conclusionis intellectus plenius haberi potest, si accipiamus verba quae sunt in commentario Proculi [CXXH] qui sic dicit: *neque ergo providentes,* scilicet dii, *habitudinem recipiunt ad ea quibus providetur. Per esse enim quod sunt omnia bonificant. Omne autem per esse faciens sine habitudine facit. Habitudo enim est appositio ad esse, propter quod est praeter naturam.* Vocat autem *habitudinem* aliquam dispositionem per quam agens coaptatur seu proportionatur patienti seu recipienti. Et quod sic agit in diversa, necesse est quod habeat diversas dispositiones quibus diversis coaptatur. Et secundum hoc, cadit in huiusmodi rem quaedam multitudo quae diversimode agit in diversa, secundum diversas suas dispositiones quae sunt praeter naturam sive essentiam eius quae est una. Et sic tale agens secundum diversas dispositiones commiscetur rebus in quas agit, secundum quamdam coaptationem ad eas.

366. — Sed Causa prima agit per esse suum, ut probatum est [158], unde non agit per aliquam habitudinem vel dispositionem superadditam, per quam coaptetur et commisceatur rebus. Et huiusmodi habitudo vocatur hic [159] *continuator* vel *res media,* quia scilicet per huiusmodi dispositionem vel habitudinem coaptatur agens recipienti et est quodammodo media inter essentiam agentis et ipsum patiens.

Quia igitur Causa prima est agens per esse suum, oportet quod uno modo regat res: sic enim *regit res* sicut *agit* [161].

367. — Unde patet quod regimen Eius est optimum et pulcherrimum: ad hoc enim tendit quilibet rector multitudinis quod reducat multos quos regit in unum. Et hoc maxime invenitur in divino regimine, quod est unum secundum se *et non* diversificatur in effectibus *nisi* secundum diversitatem, quasi *secundum* diversa merita, subditorum.

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM:

* ad n. 156: Ste, cfr. *Expos.* 360; Edit.: «omne esse».
* —: Stc; Edit.: « seiuncta ».
* —: Edit.; Ste leg. « quia regat ».
* ad n. 157: Edit.; Ste: « super ».
* ad n. 158: Ste; Edit. om. « non ».
* —: Ste; Edit. om. « nisi ».
* —: Ste; Edit.: « virtutem, siquidem ».
* —: Ste; Edit. om. « et bonitas ».
* —: Pa, Ste; Vel, Ant: « sicut ».
* —: Ste; Edit.: « Si ».
* —: Ste; Edit.: « fiunt ».
* —: Ste; Edit.: « sic et Ipsum ».
* —: Ste; Edit. om. « una ».
* —: Edit.; Ste: « earum ».
* —: Edit.; Ste: « plus quam quaedam ».
* —: Edit.; Ste om. « et ».
* ad n. 159: Stc; Edit.: « per essentiam suam .
* —: Ste; Edit.: « intra ».
* —: Edit., Stc. Valde notandum!
* —: Ste; Edit.: « aliqua ».
* —: Ste; Edit.: « continuatio ».
* —: Ste; Edit. add. « sit ».
* —: Ste; Edit.: « etenim ».
’ —: Ste; Edit.: « est ».
* —: Ste; Edit. om. « et ».
* —: Stc; Edit.: « fiunt ».
* ad n. 160: Ste; Vcl, Ant: « continuatio, penitus »; Pa: continuatio penitus, ».
* —: Ste; Edit. om. « verum ».
* ad n. 161: Ste; Edit. add. « per ».
*—: Ste; Edit.: «et nonnisi per».
*—: Ste; Edit.: «propter».

II. QUOAD DOCTRINAM:

Ad pleniorem intelligentiam prop. CXXII in expositione a S. Thoma citata (261) duas praecedentes propositiones referre liceat: una (CXX) valorem providentiae (πρώ·ο«α) tamquam « ante mentem actum (πρό *νοϋ ενέργεια)* » diis « connaturalem » facit, utpote « supersubstantialibus »; altera (CXXI) quae ad providentiam requiruntur ponit: « bonitatem », « potentiam », « cognitionem » (cfr. prop. Ill, 65).

Propositio €XX talis est:

Πα θεό εν τή έαυτοϋ υπάρξει τό προνοεϊν των όλων κέκτηται· και τό πρώτω προνοεϊν εν τοϊ θεοϊ .

Tά μεν γάρ άλλα πάντα μετά θεού όντα διά την εκείνων μετουσίαν προνοεϊ, τοί δέ θεοϊ ή πρόνοια συμφυή εστιν.

El γάρ τό των αγαθών μεταδιδόναι τοί προνοουμένοι εξαίρετόν εστι τή προνοητική ιδιότητο , οΐ δε θεοί πάντε άγαθότητέ είσιν [prop. CXIX], *ή ούδενί μεταδώσουσιν εαυτών, και ούδεν έσται αγαθόν εν τοί δευτέροι — πόθεν γάρ το κατά μέθεξιν ή άπό των πρώτω τά ιδιότητα έχόντων; — ή μεταδιδόντε αγαθών μεταδιδοϋσι, και ταΰτη προνοήσουσι των πάντων.*

'Εν θεοϊ οϋν ή πρόνοια πρώτω . Και που γάρ ή προ νοϋ ενέργεια ή εν τοί ϋπερουσίοι ; ή δε πρόνοια — ώ τοϋνομα εμφαίνει — ένέργειά εστι προ νοϋ.

Tω είναι άρα θεοί και τώ άγαθότητέ είναι πάντων προνοοϋσι, πάντα τή προ νοϋ πληροϋντε αγαθότητα .

Omnis deus in suiipsius existentia, providere universis possidet et primo providere [est] *in diis.*

Etenim omnia alia, quae sunt post deos, propter communionem cum illis provident; providentia autem est diis connaturalis.

Etenim si bona largiri his quibus providetur est distinctivum proprietatis provisivae et omnes dii sunt bonitates vel nulli seipsos largiuntur et inter secundos nullum erit bonum — unde enim [erit] quod est per participationem nisi ab illis qui primo proprietates habent? — vel largientes bona largiuntur et ita omnibus providebunt.

In diis igitur providentia [est] primo; etenim, ubinam [est] actus ante mentem nisi in supersubstantialibus? Providentia autem — prout ipsum nomen manifestat — actus est ante mentem.

Per esse igitur dii et per bonitates esse, omnibus provident omnia implentes ea quae ante mentem [est] bonitate.

Propositio €XXI talis est:

Παν τό θειον ϋπαρξιν μεν έχει την αγαθότητα, δύναμιν δε ένιαίαν καί γνώσιν κρόφιον καί άληπτον πάσιν όμοϋ τοϊ δευτέροι .

Ει γάρ εστι προνοητικόν των όλων [prop. CXX], *εστιν έν άυτω δύναμι κρατητική τών*

Omne divinum existentiam quidem habet bonitatem, potentiam vero unitam et cognitionem occultam, inapprehensibilem omnibus simul secundis.

Etenim si omnium [est] provisivum, est in ipso potentia regitiva eorum quibus provide-

προνοουμένων, δι'ήν άκράτητον καί άπερίγραφον τοί πάσιν ύπάρχουσαν, πάντα πεπληρώκασιν εαυτών, πάντα ύποστρώσαντε έαυτοϊ ' παν γάρ τό άρχικόν άλλων αίτιον καί κρατητικον διά δυνάμεω περιουσίαν άρχει καί κρατεί κατά φύσιν.

"Εστι δή οϋν ή πρώτιστη δυναμι εν τοϊ θεοϊ , οϋ των μεν κρατούσα των δέ οϋ, πάντων δέ εξ ίσου προλαβοϋσα τά δυνάμει έν έαυτή τών οντων, ούτε ουσιώδη οϋσα δυναμι ούτε πολλω πλέον ανούσιο , άλλα τή υπάρξει των θεών συμφυή καί υπερούσιο [prop. CXVIII].

'Αλλά μην και τά πέρατα πασών τών γνο')-σεων ένοειδώ έν τοϊ θεοϊ προϋφέστηκεν διά γάρ την θείαν γνώσιν την έξηρημένην τών όλων καί αί άλλαι πάσαι γνώσει ύπέστησαν, ούτε νοεράν οϋσαν ούτε έτι μάλλον τών μετά ΐ'οΰν *τινα γνώσεων, άλλα κατά τήν Ιδιότητα* T//1' *θείαν υπέρ νούν ίδρυμένην* [prop. CXVIII].

Είτε άρα γνώσι εστι θεία, κρύφιο εστιν αϋτη καί ένοειδή ή γνώσι · είτε δυναμι , άπερίγραφο πάσι καί περιληπτική πάντων ωσαύτω ' είτε άγαθότη , τήν ϋπαρξιν αυτών άφορίξουσα.

Καί γάρ ει πάντα έστίν έν αύτοϊ , γνώσι δυναμι άγαθότη , άλλ'ή ϋπαρξι τώ άοίστω χαρακτηρίζεται καί ή ύπόστασι κατά το άριστον τούτο δέ ή άγαθότη .

cur per quam, invictam et indescriptam omnibus existentem, omnia replent seipsis, omnia sibi-ipsis subiiccntes; omnis enim principialis aliorum causa et regitiva, propter potentiae abundantiam principatur et regit secundum naturam.

Suprema igitur potentia est in diis: non horum quidem regitiva, horum autem non; omnium entium aequaliter in seipsa praeaccipiens potentias, quae neque est substantialis potentia neque multo magis insubstantialis sed existentiac deorum connaturalis et supersubstantialis.

Sed et termini omnium cognitionum uniformiter in diis praesubsistunt; per divinam enim cognitionem omnia transcendentem et omnes aliae cognitiones subsistunt, [quae] neque est intellectualis, neque adhuc magis aliqua cognitionum quae sunt post mentem, sed iuxta divinam proprietatem supra mentem collocata.

Sive igitur divina est cognitio, haec est abscondita et uniformis cognitio; sive potentia, omnibus [est] indescripta et omnium [est] similiter comprehensiva; sive bonitas, [ipsa est] quae ipsorum existentiam definit.

Etenim si in ipsis omnia sunt: cognitio potentia, bonitas, sed existentia per optimum distinguitur et subsistentia secundum optimum; hoc autem [est] bonitas.

Propositio citata (361) talis est (CXXII):

Παν τό θειον καί προνοεϊ τών δευτέρων καί εξήρηται τών προνοουμένων, μήτε τή πρόνοια χαλώση τήν άμικτον αυτού και ένιαίαν υπεροχήν μήτε τή χωριστή ένώσεω τήν πρόνοιαν άφανιζούση .

Omne divinum et providet secundis et separatur ab his quibus providetur, neque providentia submittente eius immixtam et unitam excellentiam neque separata unitione providentiam tollente.

Μένοντε γάρ έν τώ ενιαίοι τώ έαυτών και έν τή υπάρξει τά πάντα πεπληρώκασι τή εαυτών δυνάμει [prop. CXXI]· *καί παν το δυνάμενον αυτών μεταλαγχάνειν άπολαύει τών άγαθών ών δέχεσθαι δύναται κατά τά μέτρα τή οικεία ύποστάσεω , εκείνων αύτώ τώ είναι, μάλλον δέ προεϊναι, τάγαθά τοϊ ονσιν επιλαμπόντων.*

Manentes enim in suiipsorum unito et existentia, omnia replent suiipsorum virtualitate; et omne quod ipsis participare potest fruitur bonis quae recipere potest, secundum mensuras suae substistentiae, illis per ipsum esse potius autem praeesse, bona ipsa radiantibus super entia.

"Οντε γάρ ούδέν άλλο ή άγαθότη , αύτώ τώ είναι τοϊ πάσιν άφθόνω τάγαθά χορηγοϋσιν, ού κατά λογισμόν ποιούμενοι τήν διανομήν, άλλα τούτων μέν κατά τήν άξίαν δεχόμενων, έκείνων δέ κατά τήν αυτών ϋπαρξιν διδόντων.

Etenim, cum nihil aliud sint quam bonitas, per ipsum esse in omnia abunde bona ipsa largiuntur, non ratiocinative facientes distributionem, sed his quidem secundum dignitatem accipientibus, illis autem secundum suam existentiam dantibus.

Ούτε oip *προνοοϋντε σχέσιν άναδέχονται προ τά προνοούμενα" τώ γάρ είναι ο είσι πάντα άγαθύνουσιν, παν δέ τό τω είναι ποιούν ασχέτω ποιεί — ή γάρ σχέσι πρόσθεσί εστι τού είναι' διό καί παρά φύσιν.*

Neque ergo providentes relationem suscipiunt ad ea quibus providetur; per esse enim quod sunt, omnia bonificant. Omne autem per esse faciens absolute facit. Relatio enim est appositio ad esse; propter quod et praeter naturam [est].

Ούτε χωριστοί άντε: άναιρούσι τήν πρόνοιαν ούτω γάρ άναιροϊεν — ο μηδέ θεμι είπεΐν — τήν ϋπαρξιν τήν εαυτών, ή: ή ίδιότη ή άγαθότη έστίν [prop. CXIX]· *Αγαθού γάρ ή μετάδωσι ει παν τό μετέχειν δυνάμενον, καί το μέγιστον εστιν ου το άγαθοειδε , άλλά τό άγαθουργόν.*

Neque separati cum sint, tollunt providentiam. Sic enim — quod nefas est dicere — tollerent suiipsorum existentiam cuius proprietas bonitas est. Boni enim [est] elargitio in omne quod participare potest et maximum est non boniforme sed beneficum [esse].

Τοντο τοίννν ή οὐδέν ε ει τών δντων ή θεοί πρό τών οντων ον γάρ civ *πον τοϊ μεν κατά μεθεξιν ἁγαθοϊ ὑπαρχοι το μεΐζον ἀγαθόν, τοϊ δε πρώτω ἀγαθοϊ το ελαττον.*

Hoc igitur vel nullum entium habebit vel dii ante entia: non enim his quidem quae [sunt] bona per participationem existere potest maius bonum, his autem quae primarie bona [sunt] minus [bonum].

* Quae Proclus dicit de diis qui omnia replent suiipsorum *virtualitate* valde notanda sunt: notio enim ista ex principio creationis fluit et doctrinae Christianae propria, iam a Clemente Alexandrino adfirmata et a Dionysio A. exculta. Quanam via Proclus hanc invenerit: an proprio marte, an *συνουσίαι* seu collationibus scholasticis, an Christianorum documentis, determinare haud facile.

III. QUOAD USUM DOCTRINALEM :

n. 155: S. *Th.* I, 3, 8, s. c. « dicitur quod Causa prima regit omnes res praeterquam quod commisceatur eis ».

— *de Pot.* VII, 2, 6a: « quod est haereticum et contra Philosophum dicentem in libro *de Causis* quod Causa prima regit omnes res praeterquam quod commisceatur cum eis ».

n. 158: S. *Th.* I, 5, i, 2a: « bonum dicitur per informationem entis ut habetur in comment. lib. *de Causis* ».

— *de Verit.* XXI, 1, 7a: « bonum dicitur per informationem, ut dicitur in commentario in lib. *de Causis* ».

* Dantes Alligherius: «...è scritto nel *libro delle Cagioni* [157]: " la prima Bontà manda le sue bontadi sopra le cose *con un discorrimento* " », *Convivio,* trat. Ill, cap. 7; R. Murari, *art. cit.,* pag. 106.

« ...onde nel medesimo libro si scrive [158], trattando dell'infusione della Bontà divina: ,l e fanno diverse le bontadi e i doni *per il concorrimento* della cosa che riceve " », *Convivio,* trat. Ill, cap. 2; R. Murari, *art. cit.,* pag. 105.

PROPOSITIO XXL

LECTIO XXL

Ostendit sufficientiam Dei ad regendum secundum Dei abundantiam.

162 — *Primum est dives per seipsum, quo non est dives magis.*
163 — *Et significatio eius* est unitas Eius; non quia unitas Eius sit sparsa in Ipso; immo est unitas Eius pura, quoniam est simplex in fine simplicitatis *.
164 — *Si autem aliquis vult scire* quod Causa prima est dives, proiciat mentem suam super res compositas et inquirat de eis inquisitione perscrutata. Inveniet enim omne * compositum diminutum, indigens quidem * aut alio aut rebus ex quibus componitur. Res autem simplex * quae est Bonitas, est una et unitas Eius est bonitas et bonitas Eius * est res una.
165 — Illa * res est dives magis quae influit et non fit influxus super ipsam per aliquem modorum *. Reliquae autem res intelligibiles aut corporeae sunt non divites per seipsas, immo indigent Uno-Vero influente super eas bonitates et omnes gratias.

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

368. — Postquam assignavit modum divini regiminis, hic [162] ostendit sufficientiam Dei ad regendum, quae quidem attenditur secundum duo: primo, quidem, secundum Dei abundantiam; secundo, secundum Eius superexcellentiam et hoc ibi [166]: *Causa prima...* haec enim duo necessaria sunt regenti: primo, quidem, ut habeat bonorum abundantiam ex quibus possit subditis providere; unde Dionysius dicit, XII cap. *de Divinis Nominibus*x), quod *dominatio* est *omnis pulchrorum et bonorum perfecta possessio* et regimen est *omnis finis et legis et ordinis distributio.*

369. — Ad ostendendum autem in Deo abundantem sufficientiam, proponit hanc propositionem [162]: *Primum est dives per seipsum et est dives magis.*

Ad cuius evidentiam accipiatur propositio CXXVII Proculi, quae talis est: *omne Divinum simplex prime est maxime et propter hoc maxime per se sufficiens.*

370. — Probat autem quod Deus sit prime et maxime simplex, ex ratione unitatis: nam Deus est maxime unum cum sit prima Unitas sicut et prima Bonitas; simplicitas autem ad rationem unitatis pertinet. Dicitur enim simplex quod est unum non ex pluribus aggregatum. Unde Deus, inquantum est prime et maxime unum intantum est etiam prime et maxime simplex.

371. — Et ex hoc, ulterius procedit ad ostendendam secundam partem suae propositionis, scilicet quod Deus sit maxime per se sufficiens, quia per se sufficientia consequitur ad simplicitatem. Omne enim compositum indiget pluribus ex quibus sua unitas constituitur. Et non solum indiget illis ex quibus componitur ut ex partibus, sed etiam indiget aliquo alio quod causât et conservat compositionem, sicut patet in corporibus mixtis. Non enim diversa in unum convenirent nisi per aliquam causam ea unientem 2). Cum igitur Deus sit prime

i) § 2 (MG. III, 969 B) ex vers. I. Sarraceni brevius et inverse *(di divin. Nom.,* edit, cit.: *dominatio...* n. 430, 947; regimen *[regnum]:* n. 429, 946).

2) Cfr. I, q. 3, a. 7: Tertio quia omne compositum causam habet...; *contra Gent.* I, cap. 18 (144): Amplius. Omnis compositio; *de Pot.,* q. 7, a. 1. Secunda ratio

et maxime simplex, utpote habens totam bonitatem suam in uno perfectissimo, sequitur quod Deus sit prime et maxime per se sufficiens.

372. — Sed auctor huius libri praetermittit primam partem propositionis quae est de simplicitate, quasi supponens eam et loquitur solum de per se sufficientia quam divitiarum nomine significat. Et loco eius quod in propositione Proculi dicitur quod deus est per se sufficiens dicit tantum quod *est dives per seipsum:* in quolibet enim genere est primum id quod est propter seipsum; quod enim est per se prius est eo quod est per aliud. Loco autem eius quod ibi dicitur quod est *maxime sufficiens,* hic dicitur quod *est dives magis,* scilicet: quam omnia alia.

373. — Probatio autem propositi est eadem utrobique. Nam primo dicit [163J quod *unitas* divina, *quia non* est dispersa in multas partes sed *est unitas pura, est significatio* huius quod Deus sit *in fine simplicitatis,* idest maxime *simplex.*

3'Ĭá. — Et ex hoc, ulterius probat [164] quod Deus sit maxime per se sufficiens, per indigentiam quae in compositis invenitur, sicut iam dictum est [371].

375. — Sed quia in nomine divitiarum non solum intelligitur sufficientia, sed etiam copia potens in alios redundare, addit ulterius, ad ostendendum Deum esse divitem, de influxu bonitatis Eius in res [165]: quia propter abundantiam suae bonitatis influit in res alias et nihil est quod influat *super* Ipsum. Omnes *autem* aliae *res,* sive sint *intelligibiles,* sicut Intelligentiae et Animae, sive sint corporeae, *non sunt divites per seipsas* quasi ex seipsis habentes abundantiam bonitatis, sed *indigent* participare bonitatem a Primo vere Uno quod influit *super eas* gratis, absque hoc quod aliquid Ei inde accrescat,omnes *bonitates* et perfectiones.

est... Cfr. Garrigou-Lagrange, *De Revelatione per Ecclesiam Catholicam proposita,* vol. II, Romae 1918, pag. 263: « ... Vi principii identitatis *" omne compositum causam habet "*... diversa *secundum se* sunt diversa et non unita, ergo si uniuntur ab alio uniuntur... ».

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM :

* ad n. 162: Ste; Edit.: « et est dives magis » *{Expos.* 369).
* ad n. 163: *Expos.* (373), Ste; Edit.: « infinitae simplicitatis simplex ».
* ad n. 164: Ste; Edit.: « compositum omne ».II.
* —: Vel, Ant, Ste; Pa om. quidem ».
* —: Edit.; Ste add. « una ».
* —: Ste; Edit. om. « Eius ».
* ad n. 165: Ste; Edit. add. « ergo ».
»—: Ste; Edit.: «motorum».

II. QUOAD DOCTRINAM :

Propositio citata (369) talis est (CXXVII):

Παν το Οεϊον άπλονν πρώτω έστι καί μάλιστα, καί διά τούτο ανταρκέστατον.

"Οτι μέν γάρ άπλοϋν εκ τή ένώσεω φανερόν ένικώτατον γάρ έστι παν [prop. CXIII], τὸ *δέ τοιοντον διαφερόντω άπλονν.*

"Οτι δέ ανταρκέστατον, μάθοι τι αν έννοήσα οτι το μέν σύνθετον ενδεέ έστιν, εΐ καί μή τών άλλων, ών έστιν εξω, άλλ'έκείνων γε, έξ'&ν συνετέθη' τό δέ άπλονστατον καί ένιαϊον καί τό εν τω άγαθώ ταντόν προστησάμενον [prop. XIII] *ανταρκέστατον τοιοντον δέ τό Οεϊον παν.*

"Ούτε ονν τών άλλων δείται, αντοαγαθότη ύπάρχον [prop. CXIX]. *οντε έξ ών νφέστηκεν, ένιαϊον ύπάρχον.*

Omne Divinum simplex prime est et maxime et propter hoc per-se-sufficientissimum.

Quod enim simplex [sit], manifestum ex unitione [est]: est enim totum unitissimum, quod autem tale [est] distinctim simplex [est].

Quod autem [sit] per-se-sufficientissimum, aliquis addiscere potest cogitans compositum esse indigum si non aliorum quorum est extra, at certe illorum ex quibus componitur; quod autem simplicissimum et unitum et unum quod propositum est idem cum Bono, per-se-sufficientissimum [est]; tale autem [est] omne divinum.

Neque igitur aliorum indiget, ipsa Bonitas existens; neque [indiget eorum] ex quibus subsistit, unitum existens.

PROPOSITIO XXII. LECTIO XXII.

Ostendit sufficientiam Dei ad regendum secundum Dei excellentiam.

166 — *Causa prima est super omne nomen quo nominatur.*

167 — Quoniam non pertinet Ei diminutio neque complementum solum *; quoniam diminutum est non-completum et non potest efficere operationem completam, quando * est diminutum. Et completum apud nos, quamvis sit sufficiens per seipsum, tamen non potest creare aliquid aliud neque influere a seipso aliud * omnino.

168 — Si ergo hoc ita est apud nos, tunc * dicimus quod Primum non est diminutum neque completum tantum, immo * est supra completum,

169 — Quoniam est * creans res et influens bonitates supra * eas influxione completa, quoniam est Bonitas, cui non est finis neque dimensiones.

170 — Bonitas ergo prima implet omnia saecula bonitatibus; verumtamen omne saeculum non recipit de illa * bonitate, nisi secundum modum suae potentiae.

171 — *Iam ergo ostensum et manifestum* quod Causa prima est super omne nomen quo * nominatur et superior eo * et altior.

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

376. — Ostensa abundantia divinae bonitatis, hic ostendit excellentiam ipsius, dicens [166]: *Causa prima est super omne nomen quo nominatur.* Ad cuius propositionis intellectum, considerandum est quod id quod hic sub uno colligitur Proculus in suo libro per diversa distinguit, cuius est CXV propositio talis: *omnis deus supersubstantialis est et supervitalis et superintellectualis.*

377. — Quod quidem Proculus dupliciter probat; primo, probatione communi, quae talis est: Deus est unitas per se perfecta. Unumquodque autem aliorum quae sunt sub Deo non est ipsa Unitas, sed est aliquid participans unitate. Manifestum est igitur quod Deus est ultra omnia huiusmodi.

Secundo, probat probatione speciali: quia, scilicet, substantiae non est idem esse et substantiam esse et unum esse, sed quaelibet substantia subsistens participat esse et uno. Unde relinquitur quod Deus, qui est ipsum Unum et Ens per seipsum, sit supra substantiam et per consequens supra vitam et intellectum, quae praesupponunt substantiam, ut patet etiam in hoc libro, ex XVIII propositione supra [143; 338] inducta.

378. — Sed quia auctor huius fibri probationem in communi inducit, contentus est sola probatione communi. In omnibus enim quae sunt infra Causam primam quaedam inveniuntur perfecte existentia sive completa, quaedam imperfecta sive diminuta: perfecta quidem videntur esse ea quae per se subsistunt in natura, quae a nobis significantur per nomina concreta ut homo sapiens et huiusmodi; imperfecta autem sunt illa quae per se non subsistunt sicut formae ut humanitas, sapientia et huiusmodi quae significantur apud nos nominibus abstractis.

379. — Inter quae duo est haec differentia: quod illud quod non est completum non potest perficere operationem perfectam; non enim calor calefacit, sed calidum; neque sapientia sapit, sed sapiens. Illud autem quod est completum apud nos, quamvis sit per se subsistens, in hoc quodammodo sibi sufficiens est quod non indiget alio cui innitatur sicut subiecto [b]); tamen,

b Cfr. *supra* pag. 103, notam x.

quia forma quae est principium actionis est in ipso limitata et participata, non potest agere per modum creationis aut influxus [167], sicut agit id quod totum est forma, quod sui participatione secundum se totum est aliorum productivum.

380. — Cum *ergo ita sit apud nos* in his quae sunt diminuta et concreta, sequitur *quod* Deus nec sit diminutus nec completus simpliciter, sed magis supercompletus [168]. Non enim caret actione, sicut diminuta et agit per modum creantis et influentis quod non possunt ea quae sunt completa apud nos.

Et hoc est quod subdit [169] quia Ipse *est creans res* et *influens bonitates supra eas, influxione completa.* Et hoc ideo est quia Ipse *est bonitas* subsistens *cui non est finis,* idest non est bonitas terminata ad aliquam naturam participantem incorpoream, sicut est bonitas Intelligentiae; *neque* sunt Ei *dimensiones* ad quas terminetur, sicut est de bonitate corporali.

381. — Ex quo ulterius concludit [170] quod, quia Causa prima est ipsa bonitas interminata, sequitur quod Ipsa sit *prima bonitas* et quod repleat *omnia saecula,* idest omnes distinctiones rerum et temporum X), *bonitatibus* suis, licet non omnia recipiant eodem modo et aequaliter bonitatem Eius, sed unumquodque *secundum modum suae potentiae,* ut supra [157; 363] habitum est in XX propositione.

382. — Tota ergo virtus huius probationis ad hoc redit quod Proculus breviter tangit quod, scilicet, Deus et est ipsa unitas, non unitum aliquid sicut completa quae sunt apud nos et tamen est per se perfecta; a quo deficiunt diminuta, idest formae non subsistentes quae apud nos sunt.

383. — Ex quo hic ulterius concluditur [171] quod *Causa prima est altior* omni nomine quod a nobis imponitur, quia omne nomen a nobis impositum vel significat per modum completi participantis sicut nomina concreta vel significat per modum diminuti et partis formalis sicut nomina abstracta. Unde nullum nomen a nobis impositum est condignum divinae excellentiae.

X) « Saecula » = *oi αIώνε . Supra* (50) *ό αιών* — aevum — aeternitas, recte; hic, aliter et quidem recte: cfr. *de divinis Nom.* V, lect. i (627): « Dicitur autem saeculum mensura durationis uniuscuiusque rei. Unde unum saeculum dicitur tempus quo una generatio hominum durare potest vel quo solet durare communiter memoria factorum humanorum; unde spatium mille annorum a quibusdam saeculum dicitur ». Item *ad Hebr.* 1, lect. 1 (23): « Saeculum dicitur spatium rei temporalis. Saecula ergo sunt successiones temporum; non ergo fecit tantum tempora sempiterna [cfr. hic *supra* 50] secundum quod philosophi aliqui dixerunt Deum tantum fecisse sempiternum et Angelos creasse temporalia; sed etiam fecit temporalia quae vocat hic *[metonymice]* " saecula " ».

« Aeones » gnosticorum et *« Hypostases »* quorumdam neoplatonicorum evanescunt: ordo rerum cosmicarum clarescit; historiae humanae sensus aliqualiter illucescit.

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM:

* ad n. 166: Pa, Ste, cfr. n. 171; Vel, Ant: « quod ».
* ad n. 167: Ste XXII propositionem hic terminat.
* —: Ste; Edit.: « quoniam ».
* —: Ste; Edit.: « influere aliquid aliud a seipso omnino ».
* ad n. 168: Ste; Edit. om. « tunc ».II.
—: Ste; Edit.: « sed ».
* ad n. 169: Ste; Edit.: « creans est ».
* —: Ste; Edit.: « super ».
* ad n. 170: Ste; Edit.: « ista ».
* ad n. 171: Vel, Ste; Ant: « quod »
* —: Ste; Edit. om. « eo ».

II. QUOAD DOCTRINAM :

Propositio citata (376) talis est (CXV):

Πα θεό υπερούσιό εστι και ύπέρζωο και ύπέρνου .

El γάρ ενό εστιν έκαστο αυτοτελή [prop. CXIV], *έκαστον δε τούτων ούχι ένα άλλ'ήνωμένον, δήλον δή ότι πόντιον εστιν επέκεινα των είρημένων άπα θεό , ουσία καί ζωή καί νοϋ* [prop. V].

Omnis deus supersubstantialis est et supervitalis et superintellectualis.

Etenim si unusquisque est Unitas per se perfecta, unumquodque autem horum non Unitas [est], sed unitum, manifestum quidem [est] quod ultra praedicta omnia: substantiam, et vitam et mentem est omnis deus.

Et γαρ διέστηκε μεν ταϋτα άλλήλων, πάντα δέ εστιν εν πάσιν [prop. CIII], *έκαστον τά πάντα ον, εν* [αι>] *ούκ αν εϊη μόνον.*

Etenim si haec ad invicem quidem distinguuntur, omnia autem sunt in omnibus, unumquodque cum omnia sit solum unum esse non poterit.

Έτι δέ, εΐ τό πρώτον υπερούσιον, άπα δέ Θεό τη τοϋ πρώτου σειρά εστιν ή θεό [prop. CXIII]. *υπερούσιο έκαστο άν εϊη.*

Adhuc autem: si primum [est] supersubstantiale, omnis autem deus inquantum deus ad seriem pertinet primi, unusquisque supersubstantialis erit.

'/W.d *μην ότι τό πρώτον υπερούσιον, φανερόν. Ου γάρ ταύτόν ένί τε είναι και ουσία είναι, ουδέ ταύτόν τό εστι και τό ήνωται.*

Sed primum quidem esse supersubstantiale manifestum [est]: non enim idem est uni, esse et substantia esse; neque idem: « est » et « unitum est ».

El δέ μη ταύτόν, η άμφιο τό πρώτον, καί έσται ούχ "Εν μόνον, αλλά τι και άλλο παρά τό "Εν, και μετέγον δή λοιπόν ενό , άλλ'ούκ αύτοέν [prop. IV]' *ή Θάτερον τούτων.*

Si autem idem non est, vel ambo [sunt] primum et non erit Unum tantum sed aliquid et aliud praeter Unum et quidem de caetero participans unius, sed non per se Unum; vel horum est alterum.

Άλλ'εI μέν ουσία, ενδεέ έσται τοϋ ενό · όπερ αδύνατον είναι τάγαθόν και τό πρώτον ενδεέ [prop. X, XII]. *"Εν άρα μόνον εκείνο· ώστε υπερούσιον.*

Sed si quidem est substantia, indigum unius erit; quod impossibile ipsum Bonum et Primum indigum esse. Unum igitur tantum [est] illud, unde supersubstantiale.

El δέ, δ έκαστον εστι πρώτω , τούτου την Ιδιότητα πάση τή σειρά δίδωσι [prop. XCVII], *καί ο θείο αριθμό άπα υπερούσιό εστιν. Έπεί καί τά όμοια παράγει προ τών άνομοίων έκαστον τών άρχικών αίτιων* [prop. XXVIII].

Si autem quod unumquodque est primo, huius proprietatem toti seriei dat, etiam totus divinus numerus supersubstantialis est, quoniam unaquaeque principalium causarum similia ante dissimilia producit.

El άρα ό πρώτιστο θεό υπερούσιο , καί θεοί πάντε υπερούσιοι — ταύτη γάρ όμοιοι έσονται — ούσίαι δέ όντε , άπό ούσία άν παράγοιντο τή πρώτη , ιο μονάδα τών ουσιών.

Si igitur supremus Deus supersubstantialis [est] et dii omnes supersubstantiales: ita enim similes erunt; cum autem sint substantiae a prima substantia, tamquam substantiarum Unitate, producentur.

III. QUOAD USUM DOCTRINALEM :

n. 166: *de Verit.* II, x, 3a: « Deus est supra omne nomen quod nominatur, ut dicitur in libro *de Causis* ».

PROPOSITIO XXIII. LECTIO XXIII.

De regimine secundae Causae, scilicet: Intelligentia.

172 — *Omnis Intelligentia divina scit res per hoc quod ipsa est Intelligentia et regit eas per hoc quod est divina.*
173 — *Quod est:* quia proprietas Intelligentiae est scientia et non est eius complementum et integritas nisi ut sit sciens. Regens ergo est Deus benedictus et sublimis, quoniam Ipse replet res bonitatibus et Intelligentia est primum causatum * et est plus similis Deo sublimi et propter illud regit res quae sub ea sunt. Et sicut Deus benedictus et excelsus influit bonitates super res, similiter Intelligentia influit scientiam super res quae sunt sub ea;
174 — Verumtamen quamvis Intelligentia regat res quae sunt sub ea, tamen Deus benedictus et sublimis * praecedit Intelligentiam per regimen et regit res regimine sublimiori * et altioris ordinis * quam sit regimen Intelligentiae, quoniam * est illud quod dat Intelligentiae regimen.
175 — *Et significatio illius est:* quod res, quae recipiunt regimen Intelligentiae, recipiunt regimen Creatoris Intelligentiae; *quod est:* quia non refugit regimen Eius aliqua ex rebus omnino, quoniam vult ut faciat recipere bonitatem suam simul omnes res.
Quod est: quia non est quod omnis res * desideret * intelligentiam nec * desideret * recipere eam; et res omnes desiderant bonitatem ex Primo et desiderant recipere ipsam * desiderio multo. Et * in illo non est * qui dubitet.

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

384. — Postquam tradidit modum divini regiminis et ostendit sufficientiam Dei ad regendum, hic [172] agit de regimine secundae causae, scilicet Intelligentiae; quod quidem regimen fit ex virtute Causae primae. Et proponit hanc propositionem: *Omnis Intelligentia divina scit res per hoc quod ipsa est Intelligentia et regit eas per hoc quod est divina.* Similis propositio invenitur in libro Proculi CXXXIV sub his verbis: *Omnis divinus Intellectus intelligit quidem ut Intellectus, providet autem ut deus.*

385. — Ad cuius evidentiam considerandum est quod supra XIX propositione [149] dictum est quod ex Intelligentiis quaedam est divina, quaedam non divina. Supremi quidem Intellectus vel Intelligentiae divini nominantur propter abundantem participationem divinae bonitatis ex propinquitate ad Deum. Quod autem abundanter participat proprietatem alicuius rei, assimilatur ei non solum in forma, sed etiam in actione; sicut patet quod, eorum quae illuminantur a sole, quaedam participant lumen solis solum quantum ad hoc quod videantur; quaedam vero quantum ad hoc quod alia illuminent, quod est propria actio solis, sicut patet de luna.

386. — Quia vero forma est principium actionis, necesse est quod omne illud quod ex abundanti participatione influxus superioris agentis acquirit actionem eius, habeat duas actiones: unam, scilicet, secundum propriam formam; aliam, vero, secundum formam participatam a superiori agente: sicut cultellus ignitus secundum propriam formam incidit; inquantum vero est ignitus, urit. Sic igitur et supremarum Intelligentiarum unaquaeque, quae divina dicitur, habet duplicem actionem: unam quidem inquantum participat abundanter bonitatem divinam; aliam autem secundum propriam naturam.

387. — Est autem proprium Intelligentiae [173], inquantum huiusmodi, cognoscere res et ideo Intelligentia divina, inquantum est Intelligentia est rerum cogno-

scitiva. Proprium autem est Dei qui est ipsa essentia bonitatis ut se aliis communicet. Videmus enim quod unumquodque, inquantum est perfectum et actu ens, similitudinem suam aliis tradit. Unde id quod est essentialiter actus et bonitas, scilicet: Deus, essentialiter et primordialiter communicat suam bonitatem rebus. Et hoc pertinet ad regimen Ipsius: nam regentis proprium est perducere ea quae reguntur ad finem debitum, quod est bonum. Sic igitur Intelligentia divina, inquantum participat abundanter bonitatem divinam, ipsa fit regitiva rerum.

388. — Manifestum est autem [174] quod unumquodque quod agit, secundum propriam et naturalem formam, aliquam actionem, vehementius et perfectius agit illam actionem quam id quod agit eam per participationem virtutis superioris agentis, sicut ignis vehementius calefit quam corpus ignitum et sol magis illuminat quam luna. Oportet igitur regimen Dei, quod est actio Eius secundum suam essentialem bonitatem, esse altius et efficacius quam regimen Intelligentiac quod convenit ei secundum participationem bonitatis divinae.

389. — Et inde est [175] quod regimen Causae primae, quod est secundum essentiam bonitatis, se extendit ad omnes res. Cuius signum est quod omnia desiderant bonum vel appetitu intellectuali vel animali vel naturali[1]). Regimen autem Intelligentiae, quod est ei proprium, non se extendit ad omnia: non enim diffundit bonitatem intellectualem in omnia, sed solum in illa quae sunt nata intelligere. Unde nec omnia intellectuale bonum appetunt, sed solum bonum absolute.

i) Cfr. Dionys., *de divinis Nominibus,* cap. I, 4 (593 D) 24; *Expos.,* 95; cap. IV, 4 (700 B) 122; *Expos.,* 318.

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM :

* ad n. 173: Edit.; Ste: « creatum ».
* ad n. 174: Ste; Edit.: «excelsus».
* —: Ste; Edit.: « sublimioris ».
*—: Ste; Edit.: «ordinis et altioris ».
* —: Ste; Edit.: « quod ».
* ad n. 175: Edit. add. « quae ».II.
* —: Ste; Edit.: « desiderat ».
* —: Ste; Edit. om. « nec ».
* —: Ste; Edit.: « desiderat ».
* —: Ste; Edit.: « ipsum ».
* —: Edit.; om. Ste.
* —: Edit.; Ste add. « aliquis ».

II. QUOAD DOCTRINAM:

Propositio citata (384) talis est (CXXXIV):

Πα θείο νου νοεί μεν ώ νου , προνοεϊ δέ ώ θεό .

Τοϋ μεν γάρ νοϋ τό γινώσκειν τά όντα καί εν νοήσεσιν εχειν το τέλειον έξαίρετόν εστι' τοϋ δέ θεοϋ τό προνοεϊν και αγαθών πάντα πληρούν [prop. CXX].

***Η** δε μεπάδωσι αυτή καί ή πλήρωσι δάένωσιν γίνεται τών πληρουμένων πρό τά πρό αυτών ήν καί ό νοϋ μιμούμενο εί ταύτον έρχεται τοΐ νοητοϊ .*

***'ΙΙ** οϋν προνοεϊ, θεό , έν τή πρό νοϋ ενέργεια τή προνοία ισταμένη .*

Διό καί πάσι μέν έαυτοϋ μεταδίδωσιν ιό θεοϋ, οϋ πάσι δέ πάρεστιν ώ νοϋ · καί γάρ έφ'ά τό νοερόν ιδίωμα μή πρόεισιν, επί ταϋτα φθάνει τό θειον [prop. LVII].

Καί γάρ τά μή νοοϋντα ποονοεϊσθαι βούλεται καί άγαθοϋ τίνο μεταλαγχάνειν τοϋτο δέ, διότι νοϋ μέν ού πάντα εφίεται, ουδέ οί μετασγεϊν δυνατόν, τοϋ δέ άγαθοϋ πάντα εφίεται καί σπεύδει τυχεϊν.

Omnis divina Mens, intelligit quidem ut mens, providet autem ut deus.

Distinctivum enim mentis est cognoscere entia et in intellectionibus habere perfectum; dei autem providere et bonis omnia implere.

Haec autem communicatio et impletio fit per unionem eorum quae implentur ad ea quae [sunt] ante ipsa; quam et Mens imitans, in idem cum intelligibilibus venit.

Quatenus igitur providet [est] deus, providentia consistente in ante mentem actu.

Propter quod etiam omnibus seipsum communicat ut deum, non omnibus autem adest ut mens; etenim et ad quae intellectualis proprietas non procedit, ad haec pervenit divinum.

Etenim etiam iis quae non intelligunt provideri vult et aliquod bonum participare; hoc autem [est] quia non omnia mentem desiderant neque iis [est] possibile participare [ipsam], bonum vero omnia desiderant et assequi student.

ORDO PROPOSITIONUM XXIV-XXXII

B) *Ponit comparationem Causarum ad invicem:*

3° - Ostendit quomodo inferiora diversimode recipiant influxum primo influentis (prop. XXIV-XXXII):
u) manifestat hoc in generali (prop. XXIV);
V) prosequitur in speciali:
j° - de diversitate incorruptibilis et corruptibilis:
α) ostendit quasdam substantias esse ingcnerabiles (prop. XXV);
β) agit de incorruptibili et corruptibili:
j° - de incorruptibili (prop. XXVI);
jj0 - de corruptibili (prop. XXVII).
jj° - de diversitate simplicis et compositi:
a) prop. XXVIII.
/i) prop. XXIX.
jjj° - de diversitate aeternitatis et temporis:
a) ponit ordinem temporalium ad invicem (prop. XXX);
β) ponit ordinem aeternorum ad invicem:
/· - prop. XXXI.
jj° - prop. XXXII.

PROPOSITIO XXIV. LECTIO XXIV.

Quomodo divinum regimen diversimode participatur a diversis manifestat in generali.

176 — *Causa prima existit in rebus omnibus secundum dispositionem unam ;* sed res omnes non existant in Causa prima secundum dispositionem unam .**

177 — *Quod est:* quia, quamvis Causa prima existât in rebus omnibus, tamen unaquaeque rerum * recipit Eam secundum modum suae potentiae .*

178 — *Quod est:* quia, ex rebus sunt quae recipiunt Causam primam receptione unica ;* et ex eis sunt quae recipiunt Eam receptione multiplicata; et ex eis sunt quae recipiunt Eam receptione aeterna; et ex eis sunt quae recipiunt Eam receptione temporali; et ex eis sunt quae recipiunt Eam receptione spirituali; et ex eis sunt quae recipiunt Eam receptione corporali.

179 — Et diversitas quidem receptionis non fit * ex Causa prima, sed propter recipiens. *Quod est:* quia suscipiens * diversificatur; propter illud ergo et susceptum est diversificatum .*
Influens vero existens unum non diversum, influit super omnes res, bonitates * aequaliter; bonitas namque influit super omnes res ex Causa prima aequaliter .*
Res ergo sunt causa diversitatis influxionis bonitatis super res .* Proculdubio ergo non inveniuntur res omnes * in Causa prima ;* per modum unum, Iam autem * ostensum est quod Causa prima invenitur in omnibus rebus per modum unum et non inveniuntur in Ea omnes res per modum unum.

180 — Ergo secundum modum propinquitatis Causae primae et secundum modum quo res potest recipere * Causam primam, secundum quantitatem illius potest recipere ex Ea et delectari per * Eam.
Quod est: quia non recipit res ex Causa prima * et non * delectatur in Ea nisi per modum esse sui.
Et non intelligo per esse nisi cognitionem: nam secundum modum quo cognoscit res Causam primam creantem ;* secundum quantitatem illam recipit ex Ea et delectatur in Ea, *sicut ostendimus.*

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

390. — Postquam ostendit modum divini regiminis et sufficientiam Ipsius ad regendum, hic [176] incipit ostendere quomodo divinum regimen diversimode participatur a diversis: et primo, manifestat hoc in generali; secundo, prosequitur in speciali de diversitate rerum quae subsunt divino regimini XXV propositione, ibi [181]: *Substantiae unitae....*

391. — Circa primum, ponit talem propositionem [176]: *Causa prima existit in rebus omnibus secundum dispositionem unam, sed res omnes non existant in Causa prima, secundum dispositionem unam.*

Ad cuius evidentiam considerandum est quod aliquid dicitur esse in alio multipliciter: uno quidem modo, realiter; alio modo, secundum habitudinem actionis et passionis. Secundum igitur primum modum, dicendum est quod omnia sunt in Causa prima, uno modo; quia, scilicet, id secundum quod omnia sunt in Causa prima, est una et eadem res, scilicet: virtus divina. Sunt enim effectus virtute in sua causa. Causa autem prima, secundum hunc modum est in rebus diversimode; quia, scilicet, Causa prima in rebus causatis est secundum quod eis similitudinem suam imprimit. Diversae autem res

diversimode similitudinem Causae primae recipiunt.

392. — Sed modo secundo est e converso: nam *Causa prima* secundum unum modum agit in omnia et ideo dicitur esse *in rebus omnibus secundum dispositionem unam.* Non autem omnes res recipiunt eodem modo actionem Causae primae et ideo dicitur quod *res omnes non existant in Causa prima secundum dispositionem unam.*

393. — Ad cuius propositionis manifestationem, tria subsequuntur: nam primo, manifestatur propositio; secundo, probatur, ibi [179]: *Et diversitas quidem...;* tertio, infertur quoddam corollarium, ibi [180]: *Ergo secundum modum....*

394. — Dicit ergo primo [177] quod ideo dicuntur res omnes non esse in Causa prima secundum dispositionem unam, quia etsi Causa prima existât in rebus omnibus, inquantum scilicet attingit res omnes per effectum suae actionis, tamen *unaquaeque res recipit* actionem Eius *secundum modum* suae virtutis.

395. — Et exemplificat hoc [178] secundum tres diversitates primas inventas in rebus, quarum prima est secundum diversitatem unitatis et multitudinis quae quidem diversitas pertinet ad ipsas substantias; nam ea quorum substantia est simplex recipiunt Causae primae actionem, unite; illa vero quorum substantia est composita, recipiunt eam multipliciter, scilicet secundum modum suae substantiae.

Secunda diversitas sumitur ex parte durationis rerum in suo esse: quaedam enim recipiunt actionem Causae primae, receptione aeterna, illa scilicet quorum esse non subditur motui, unde eorum duratio in suo esse non variatur secundum prius et posterius; quaedam vero recipiunt actionem Causae primae, receptione temporali, illa scilicet quorum esse subditur motui et per consequens eorum duratio continuatur secundum successionem prioris et posterioris.

Tertiam diversitatem ponit ex parte speciei seu formae ipsius rei secundum quod quaedam sunt incorporea secundum suam speciem et ista recipiunt influentiam Causae primae spiritualiter; quaedam vero sunt, secundum suam speciem, corporea et huiusmodi recipiunt influentiam Causae primae receptione corporali.

396. — Hoc autem totum quod praemissum est continet propositio quae ponitur in libro Proculi CXLII quae talis est: *Omnibus quidem dii adsunt eodem modo, non autem omnia eodem modo diis adsunt, sed singula secundum ipsorum ordinem et potentiam transumunt illorum praesentiam: haec quidem uniformiter, haec autem multiplicarim; et haec quidem perpetuo, haec autem secundum tempus et haec quidem incorporee, haec autem corporaliter.*

397. — Deinde, cum dicit [179]: *Et diversitas...* probat quod praemissum est hoc modo: diversitas enim receptionis ex duobus potest contingere: quandoque quidem ex agente sive influente, quandoque autem ex recipiente. Quia enim diversitas causae causât diversitatem in effectibus, necesse est ut, si agens sit diversum et recipiens unum, quod diversitas receptionis causetur ex agente, non ex recipiente, sicut aqua quae ex frigido congelatur et ex calido dissolvitur. Si autem, e converso, agens fuerit unum et recipiens diversum, erit diversitas receptionis ex parte recipientis, non ex parte agentis, sicut patet de sole qui indurat lutum et dissolvit ceram.

398. — Manifestum est autem quod Causa prima est una, nullam diversitatem habens, sed ea quae recipiunt influentiam Causae primae sunt diversa. *Diversitas* ergo *receptionis non* est *ex Causa prima* quae est Bonitas pura, influens bonitatem rebus omnibus, *sed* est *propter* diversitatem recipientium. Sic igitur patet quod Causa prima invenitur in omnibus per modum unum, sed non e converso.

399. — Est autem attendendum quod duplex est actio Causae primae: una quidem secundum quam instituit res, quae dicitur creatio; alia vero secundum quam res iam institutas regit. In prima igitur actione, non habet locum quod hic [179] dicitur, quia si oportet omnem diversitatem effectuum reducere in diversitatem recipientium, oportebit dicere quod sint aliqua recipientia quae non sint a Causa prima. Quod est contra illud quod dictum est supra [143] XVIII propositione: *res omnes habent essentiam* per Causam primam. Unde oportet dicere quod prima diversitas rerum secundum quam habent diversas naturas et virtutes non sit ex aliqua diversitate recipientium, sed ex Causa prima: non quia in Ea sit aliqua diversitas, sed quia est diversitatem cognoscens. Est enim agens secundum suam scientiam et ideo diversos rerum gradus producit ad complementum Universi. Sed in actione regiminis, de quo nunc agitur, diversitas receptionis est secundum diversitatem recipientium.

400. — Deinde, cum dicit [180]: *Ergo secundum...* infert quoddam corollarium ex praedictis. Si enim diversitas receptionis influxus Causae primae provenit in rebus secundum diversam virtutem recipientium, cum illa quae sunt propinquiora primae Causae sint maioris virtutis, sequitur quod perfectius recipiant Causam primam et Eius influxum.

Et quia omnis substantia cognoscens, quanto perfectius habet esse, tanto perfectius cognoscit Causam primam et influxum bonitatis Eius, et quanto hoc magis recipit et cognoscit tanto magis in eo delectatur, consequens est quod quanto aliquid est propinquius Causae primae, tanto magis delectetur in Ea.

1) Cfr. *contra Gent.* I, cap. 2 (8); II, cap. 2 (861); IV, cap. 22 (3586); *in Symbolum .Apost.* art. 1 (882). Quoad valorem ethicum cfr. I-II, q. 34, a. 4 et quoad relationem: cum "gratia», cfr. *ibid.*, q. 112, a. 5: « Tertio modo... *percipit* se delectari in Deo... »; cum « charitate », cfr. II-II, q. 24, a. 9; q. 25, a. 7; cum « devotione », cfr. *ibid.*, q. 82, a. 4.

Omnia autem pulcherrime in usu sacramenti Eucharistiae resumuntur: «...per hoc sacramentum, quantum est ex sui virtute, non solum *habitus gratiae et virtutis* confertur, sed etiam *excitatur in actum...* Et inde est quod, ex virtute huius sacramenti, *anima spiritualiter reficitur per hoc quod* anima *spiritualiter delectatur* et quodammodo inebriatur dulcedine bonitatis divinae » (III, q. 79, a. 1 ad 2).

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM:

* ad n. 176: *Expos.* (391), Ste; Edit.: « in omnibus rebus ».
* —: *Expos.* (391), Ste; Edit.: « unam dispositionem ».
* —: *Expos.* (392), Stc; Edit.: « unam dispositionem ».
* ad n. 177: Ste; Edit.: « u. res ».
* —: Ste; Edit.: « secundum suae p. modum ».
* ad n. 178: Ste; Edit.: «r. unita receptione Causam».
* ad n. 179: *Expos.* (398), Ste; Edit.: « a ».
* —: Ste; Edit.: « recipiens ».
*—: Ste; Edit.: «diversificatur».
*—: Ste; Edit.: «omnes bonitates».II.
* —: Pa, Ste; Vel, Ant: « ex causa prima: aequaliter... ».
* —: Ste; Vel, Ant leg. « aequaliter igitur sunt causa diversitatis influxionis super omnes res »; Pa: « Res igitur s. c. d. influxionis s. o. res ».
* —: Ste; Edit.: « omnes res ».
* —: Ste; Edit.: « prima Causa ».
* —: Ste; Edit.: « ergo ».
* ad n. 180: Ste; Edit.: « recipere potest ».
* —: Ste; Edit.: « secundum ».
* —: Ste; Edit.: « prima causa ».
* —: Edit.; Ste om. « non ».
* —: Ste; Edit. om. « creantem ».

II. QUOAD DOCTRINAM :

Propositio citata (396) talis est (CXLII):

Πασι μεν οl θεοί πάρεισιν ωσαύτω ' ού πάντα δε ωσαύτω τοϊ θεοί πάρεστιν, άλλ'ε-καστα κατά την αυτών τάξιν τε καί δύναμιν μεταλαγχάνει τή εκείνων παρουσία , τά μεν ένοειδώ , τά δε πεπληθυσμένω , και τά μεν άϊδίω , τά δε κατά χρόνον, καί τά μεν άσωμάτω , τὰ δε σωματικώ .

'Ανάγκη γάρ την διάφορον μέθεξιν τών αυτών ή παρά το μετέχον γίνεσθαι διάφορον ή παρά το μετεχόμενον. 'Αλλά τό θειον παν άεί την άυτήν εχει τάξιν, και άσχετόν εστι προ πάντα καί άμικτον [prop. XCVIII].

Παρά το μετεχον άρα μόνον λείπεται την εξαλλαγήν ύφίστασθαι, καί τό ούχ ωσαύτω εν τούτοι είναι, καί ταΰτα άλλοτε άλλω καί άλλα άλλω παρείναι τοϊ θεοί - ώστε πάσιν εκείνων ωσαύτω παρόντων, τά πάντα ούχ ώ -

Omnibus quidem dii adsunt eodem modo, non autem omnia eodem modo diis adsunt, sed singula secundum ipsorum ordinem et potentiam transumunt illorum praesentiam: haec quidem uniformiter, haec autem multipliciter; et haec quidem perpetuo, haec autem secundum tempus; et haec quidem incorporee, haec autem corporaliter.

Necessarium enim [est] differentem participationem ipsorum fieri differentem vel propter participans vel propter id quod participatur. Sed omne divinum semper eumdem habet ordinem et relate ad omnia absolutum est et immixtum.

Relinquitur ergo tantum propter participans variationem subsistere et « non eodem modo » esse in entibus et haec alias aliter et alia aliter adesse diis; unde, cum illi eodem modo omnibus adsint, omnia non eodem modo illis adsunt,

αὐτω πάρεστιν ἐκεῖνοι , ἀλλ'ῷ εκαστα δυναται, πάρεστι, καί ῷ πάρεστιν, οὑτω εκείνων απολαύει' κατά γάρ το μέτρον τῄ τούτων παρουσία ἡ μέθεξι .

sed prout singula possunt adsunt et prout adsunt ita illis fruuntur: etenim secundum mensuram horum praesentiae [est] participatio.

III. QUOAD USUM DOCTRINALEM :

η. 176: *de Verit.* 1,4, 6 s. c. « quamvis Ipsa [Veritas] similiter se habeat ad omnia non tamen omnia similiter se habent ad ipsam_, ut dicitur in libro *de Causis»* [157].

— *ibid. V, 2,* 9a: « Ipse [Deus] se habet uniformiter ad omnia, ut dicitur in libro *de Causis* ».

PROPOSITIO XXV. LECTIO XXV.

Ostendit substantias quasdam esse ingenerabiles.

181 — a) *Substantiae unitae intelligibiles non sunt generatae ex re alia.*

b) *Omnis substantia stans * per essentiam suam est non generata ex re alia.*

182 — *Quod si aliquis dicit:* « possibile est ut sit generata ex re alia », *dicemus* : si possibile est ut substantia stans per essentiam suam sit generata ex re alia, proculdubio est substantia illa * diminuta ,* indigens ut compleat eam illud * ex quo generatur.

183 — *Et significatio illius* * est generatio ipsa.

184 — *Quod est:* quia generatio non est nisi via ex diminutione ad complementum; nam, si invenitur * res non indigens in * generatione sui, idest in sua forma et sua formatione, re alia nisi se et est * ipsa causa * formationis suae et sui complementi, est completa * integra semper.

185 — Et non fit causa formationis suae et sui complementi, nisi propter * relationem suam ad Causam suam semper. Illa ergo comparatio est formatio eius et ipsius complementum simul.

186 — *Iam ergo manifestum est* quod omnis substantia stans per essentiam suam non est generata ex re alia.

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

401. — Supra [178] dictum est quod creaturae recipiunt diversimode regimen Causae primae secundum triplicem diversitatem, scilicet: unitatis et multitudinis quod pertinet ad simplicitatem et compositionem; aeternitatis et [temporis]; spiritualis et corporei: corporeo autem accidit corruptio et incorruptio[1]); unde hic [181] incipit prosequi de praedictis diversitatibus rerum. Et primo, de diversitate corruptibilis; secundo, de diversitate simplicis et compositi, XXVIII propositione, ibi [194]: *Omnis substantia stans per essentiam suam est simplex...;* tertio, de diversitate aeternitatis et temporis, XXX propositione, ibi [203]: *Omnis substantia causata in tempore....*

402. — Circa primum, duo facit: primo, ostendit substantias quasdam esse ingenerabiles; secundo, agit de incorruptione earum, XXVI propositione, ibi [187]: *Omnis substantia stans per seipsam est non cadens....*

403. — Circa primum, ponit duas propositiones, quarum prima talis est [181]: *Substantiae unitae intelligibiles non sunt generatae ex re alia.* Vocat autem substantias unitas, substantias simplices, eo quod omne compositum quamdam multitudinem in se continet; intelligibiles autem substantias vocat quae sunt aptae natae intelligere quae etiam, cum sint immateriales, sunt *intelligibiles* actu.

Quod autem dicit: *non sunt generatae ex re alia* potest intelligi vel sicut ex materia secundum quod haec praepositio: « ex », importat habitudinem causae materialis; vel sicut ex causa agente, secundum quod praedicta praepositio importat habitudinem causae efficientis. Et hic intellectus magis videtur consonare his quae in probatione commenti ponuntur.

404. — Secunda propositio est talis [182]: *Omnis substantia stans per essentiam suam*

1) Saffrey: « corporeo autem accidit corruptio et < spirituali > incorruptio... et primo de diversitate corruptibilis < et incorruptibilis >, secundo... ». In nota, autem, signat: « spirituali, *supplevi* dubitanter ». Cfr. *supra* (154) de corpore incorruptibili et prop. 196 Procli, *ibùl.* in nota. Suspicari enim quis potest, illud « accidit ex intentione positum contra proclianum *corpus incorruptibile secundum substantiam.*

est non generata ex re alia. Dicitur autem *substantia stans per essentiam suam,* quae est per seipsam subsistens; sed cum per seipsum subsistere sit proprium substantiae, sequetur secundum hoc quod nulla substantia sit generata.

Est ergo dicendum quod substantia et essentia rei principaliter est forma quam significat definitio. Quaecumque igitur habent formam in materia fundatam, huiusmodi substantiae non sunt stantes per essentiam suam; immo eorum essentiae, idest formae innituntur fundamento materiae. Illae ergo substantiae sunt stantes per essentiam suam quae sunt formae tantum non in materia et huiusmodi impossibile est quod sint generatae.

405. — Est autem considerandum quod prima propositio concluditur ex hac secunda: supra [128] enim probatum est quod omnes substantiae intelligentes sunt stantes per essentiam suam; quod habitum est in propositione XV [124]: *Omnis sciens qui scit....* Si igitur *omnis substantia stans per essentiam suam non est generata,* sequitur quod omnis substantia intellectualis sit non generata. Duarum autem propositionum positarum, prima [181] in libro Proculi non invenitur, sed solum secunda [182] quae est XLV sui libri, talis: *Omne authypostaton,* idest per se subsistens *est ingenerabile.*

406. — Haec sola propositio probatur consequenter eodem modo hic [183] sicut in libro Proculi. Manifestum est enim quod omne generatum est de se imperfectum, quia est ens in potentia et ideo indiget quod compleatur sive perficiatur per *illud ex quo generatur,* idest per generans quod reducit ipsum de potentia in actum.

407. — Et huius signum est [184] quod *generatio* nihil *est* aliud quam *via* quaedam de incompleto *ad* completum, oppositum scilicet ad incompletum praeexistens. Termini enim generationis sunt privatio et forma; materia autem secundum quod cxistit sub privatione habet rationem imperfecti; secundum autem quod existit sub forma habet rationem perfecti et sic patet quod generatio est via sive transmutatio de imperfecto ad perfectum oppositum.

Si igitur est aliquid quod, *non* indigeat aliquo alio ad sui formationem, sed ipsum *est causa* suae *formationis,* quia scilicet substantia est eius forma, sequitur quod talis res sit *semper completa* sive perfecta et sic in ea non potest esse transitus de imperfecto ad perfectum sed statim per seipsam est ens et unum, ut dicitur in VIII *Metaphysic.*

Relinquitur ergo quod omnis substantia quae est forma subsistens est ingenerabilis.

408. — Sed ne ex hoc male intelligeret aliquis quod huiusmodi substantiae non haberent Causam sui esse, cum supra [143] dictum sit quod *res omnes habent essentiam* per *Ens primum,* manifestat consequenter [185] quomodo sit intelligendum quod dictum est. Quod enim dictum est [184] quod sit *causa suae formationis et complementi,* non est sic intelligendum quasi non dependeat ex alia causa superiori, sed dicitur esse *causa suae formationis* per hoc quod habet sempiternam *relationem ad causam suam* primam, unde per comparationem ad suam causam habet *simul,* idest statim, formationem et complementum.

409. — Ad cuius evidentiam considerandum est quod unumquodque participat esse secundum habitudinem quam habet ad Primum essendi Principium. P.es autem composita ex materia et forma non habet esse nisi per consecutionem suae formae, unde per suam formam habet habitudinem ad Primum essendi Principium. Sed quia materia tempore praeexistit formae in hac re generata, consequens est quod non semper habeat praedictam habitudinem ad Principium essendi, neque simul cum fuerit materia sed postmodum, superveniente forma. Si ergo aliqua substantia sit ipsa forma, sequitur quod semper habeat habitudinem praedictam ad causam primam nec adveniat ei post tempus, sed sit simul concomitans cum sua substantia quae est forma.

410. — Sic ergo manifestum est [186] quod *omnis substantia stans per essentiam suam non* generatur *ex aliquo.*

x) C. 6, 1045 a *26* ss.; *Expos.,* lect. 5, nn. 1762-1764.

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM :

* ad n. 181: Ste: « intelligibiles »; Edit.: intellectuales ».
* —: *Expos.* (404), Ste; Edit.: « existens ».
* ad n. 182: Ste; Edit.: « dicemus ut ».
! —: Vel, Ant, Ste; Pa om. « ilia ».
* —: Pa, Ste; Vel, Ant: « est diminuta ».
* —: Vel, Ant, Ste; Pa: « id ».
* ad n. 183: Pa, Ste; Vel, Ant: « ipsius ».
* ad n. 184: Ste; Edit.: « inveniatur ».
* —: Ste; Edit. om. « in ».
* —: Pa, Ste; Vel, Ant om. « est ».
* —: Ste; Edit.: « causa ipsa ».
* —: Vel, Ant, Ste; Pa add. « et ».
* ad n. 185: Ste; Edit.: « per ».

II. QUOAD DOCTRINAM:

Propositio citata (405) talis est (XLV):

Παν τό αυθυπόστατον άγένητόν εστιν.

Εί γάρ γενητόν, διότι μεν γενητόν, ατελέ εσται καθ'έαυτό καί τη ύπ'άλλου τελειώσεω ενδεέ ' διότι δε αυτό εαυτό παράγει, τέλειον καί αυτάρκε . Παν γάρ γενητόν ύπ'άλλου τελειονται τοϋ παρέχοντα αύτω γένεσιν ούκ όντΓ καί γάρ η γένεσι οδό εστιν εκ τοϋ άτελοϋ ει τό εναντίον τέλειον.

Εί δ'έαυτό τι παράγει, τέλειον αεί εστιν, αεί τη έαυτοϋ αιτία συνόν, μάλλον δέ έννπάρχον, προ τό τή ουσία τελειωτικόν.

Omne per se subsistens est non-factum (« indivenuto »).

Etenim, si [est] quod fit, quoniam quidem [est] quod fit, imperfectum erit per seipsum et perfectionis ab alio indigum; quoniam autem ipsum scipsum producit, perfectum [est] et sibi sufficiens: etenim omne quod fit perficitur ab alio quod ipsi non enti ut fiat praebet; etenim fieri est via ab imperfecto ad contrarium perfectum.

Si autem aliquid seipsum producit, perfectum semper est, cum semper simul sit cum suiipsius causa, potius vero inhaereat ei quod substantiae [est] perfectivum.

PROPOSITIO XXVI. LECTIO XXVI.

De Incorruptibili.

187 — *Omnis substantia stans per seipsam est non-cadens sub corruptione.*

188 — Sz *autem aliquis dicat* : « possibile est ut substantia stans per seipsam cadat sub corruptione »
dicemus :* si possibile est ut * substantia stans per seipsam cadat sub corruptione ;* possibile est ut separetur eius essentia et sit fixa stans per essentiam suam, sine essentia sua.
Et * hoc est inconveniens et impossibile ;* quoniam, propterea quod est una simplex non-composita, est ipsa causa et causatum simul.
Omnis autem * cadentis sub corruptione non fit corruptio nisi propter separationem suam a causa sua; dum vero permanet res pendens * per causam suam retinentem * ct servantem eam ;* non perit neque destruitur.
Si ergo hoc * ita est, substantiae stantis * per essentiam suam non separatur * causa * semper ;* quoniam est inseparabilis ab essentia sua, propterea * quod causa eius est ipsa in formatione sui :*

189 — Et non fit causa suipsius * nisi propter * relationem suam ad causam suam; et illa relatio est formatio eius et propterea, quia est semper relata ad causam suam * et ipsa est * causa illius * relationis, est ipsa causa suipsius per modum quem diximus [188] quod * « non perit neque destruitur »; quoniam * est « causa et causatum simul », sicut ostendimus nuper [188].

190 — *Iam ergo manifestum * est* quod omnis substantia stans per seipsam, non destruitur neque corrumpitur.

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

411. — Supra [181] actum est de ingenerabili: hic [187] agitur de incorruptibili et corruptibili: et primo, de incorruptibili; secundo, de corruptibili, XXVII propositione [191]: *Omnis substantia destructibilis....*

412. — Circa primum, ponitur talis propositio [187]: *Omnis substantia stans per seipsam est non cadens sub corruptione.* Quae quidem ponitur in libro Proculi XLVI propositione, sub his verbis: *Omne authypostaton incorruptibile est.*

413. — Ad cuius propositionis evidentiam, considerandum est quod cum praepositio « per » denotet causam, illud dicitur « per se » stare sive subsistere quod non habet aliam causam essendi nisi seipsum. Est autem duplex causa essendi, scilicet: forma per quam aliquid actu est et agens quod facit actu esse. Si ergo dicatur stans per seipsum quod non dependet a Superiori agente, sic stare per seipsum convenit soli Deo qui est Causa prima agens a qua omnes secundae causae dependent, ut ex superioribus [129] patet. Si autem dicatur «per se » stans, illud quod non formatur per aliquid aliud, sed ipsummet est forma, sic esse stans per seipsum convenit omnibus substantiis immaterialibus. Substantia enim, composita ex materia et forma, non est *stans per seipsam* nisi ratione partium, quia scilicet materia est actu per formam et forma sustentatur in materia; sicut dicitur aliquid movens seipsum ratione partium, quia una pars eius est movens et alia pars eius mota. Sic igitur patet quod stare per seipsum non potest convenire nisi substantiae, quae est forma sine materia.

414. — Huiusmodi autem substantia ex necessitate est incorruptibilis [188]: manifestum est enim in rebus corruptibilibus quod corruptio accidit per hoc quod aliquid separatur a sua causa formali per quam

aliquid habet esse in actu; sicut enim- generatio, quae est via ad esse, est per acquisitionem formae, ita corruptio, quae est via ad non esse, est per amissionem formae. *Si* igitur *substantia stans per* essentiam suam corrumperetur, oporteret quod separaretur a causa sua formali; sed sua forma est eius essentia; ergo separaretur a sua *essentia;* quod est impossibile. Non ergo est possibile quod substantia stans per seipsam corrumpatur.

415. — Sed ne aliquis credat quod huiusmodi substantiae stantes per essentiam suam non dependeant ab aliqua superiori Causa agente, excludit hoc consequenter, ibi [189]: *Et non fit causa...* et dicit quod hoc non est intelligendum quod huiusmodi substantia sit *causa sui ipsius,* quasi non dependeat a superiori Causa agente. Sed hoc dicitur, quia huiusmodi substantia per seipsam habet *relationem ad causam* primam, inquantum scilicet est causa suae formationis: videmus enim quod res materiales referuntur ad causam primam ut accipiant esse ab ea per suam formam et ideo substantia, cuius tota essentia est forma, habet per seipsam relationem *semper ad causam* suam et non causatur ista relatio in huiusmodi substantia per aliquam aliam formam. Et inde est quod dicitur esse causa sui per modum praedictum [185]; et inde est quod non potest corrumpi, sicut ostensum est [188; 414],

416. — Patet igitur [190] quod *omnis substantia stans per seipsam* est incorruptibilis.

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM :

* ad n. 188: Ste; Edit. add. « quod ».
* —: Ste; Edit.: « quod ».
* —: Pa, Ste; Vel, Ant: « dicemus quod ».
* —: Ste; Pa: « quod ».
*—: Pa, Ste; Vel, Ant om. «si possibile est... corruptione ».
* —: Pa, Ste; Vel, Ant om. « et ».
* —: Pa, Ste; Vel, Ant add. « ut sit fixa stans per essentiam suam sicut essentia sua ».
* —: Ste; Edit. add. « rei ».
* —: Vel, Ant, Ste; Pa om. « pendens ».
* —: Ste; Edit. add. « eam ».
* —: Ste; Vel, Ant om. « eam », Pa leg. « ipsam ».
* —: Vel, Ant, Ste; Pa om. « hoc ».
* —: Vel, Ant, Ste; Pa: « stantes ».
*—: Vel, Ant, Ste; Pa: «separantur».
* —: Ste; Vel, Ant: « sua causa »; Pa: «a sua causa».II.
* —: Ste; Edit. om. « semper ».
* —: Vel, Ant, Ste; Pa: « propter hoc ».
* —: Ste; Edit. leg. « causa eius est formatio sui ».
* ad n. 189: Pa, Ste; Vel, Ant: « suiipsius causa ».
* —: Vel, Ant, Ste; Pa: « per ».
* —: Vel, Ant, Ste; Pa om. « et illa relatio est formatio eius et propterea, quia est semper relata ad causam suam ».
* —: Pa, Ste; Vel, Ant om. « est ».
* —: Ste; Vel, Ant: « ipsius »; Pa leg. Et ipsa est causa relationis ipsius et ipsa est ipsa causa suiipsius ».
* —: Ste; Vel, Ant: « quia »; Pa: « quoniam ».
* —: Ste; Edit. add. « ipsa ».
* ad n. 190: Vel, Ant, Ste; Pa leg. « verificatum ».

II. QUOAD DOCTRINAM:

Propositio citata (412) talis est (XLVI):

Πάν το αυθυπόστατον αφθαρτόν έστιν.
El γάρ φθαρήσεται, άπολείγει εαυτό καί εσται εαυτόν χωρί. Αλλά τουτο αδύνατον. Έν γάρ δν άμα και αίτιόν έστι και αίτιατόν.

Παν δέ τό φθειρόμενοι' άποστάν τή εαυτοϋ αιτία φθείρεται" έν δσιρ γάρ αν έξέχεται τοϋ συνέχοντα αυτό και σώζοντα έκαστον, συνέχεται καί σώζεται.
Ουδέποτε δέ απολείπει την alτίαν το αυθυπόστατον, άτε εαυτό ούκ άπολειπον αίτιον γάρ αυτό εαυτφ έστιν.
"Αφθαρτόν άρα έστί τό αυθυπόστατον πάν.

Omne per se subsistens incorruptibile est.
Etenim si corrumperetur, seipsum desereret et absque seipso esset. Sed hoc [est] impossibile: unum enim cum sit, simul [est] et causa et causatum.
Omne autem quod corrumpitur, corrumpitur dum a suiipsius causa recedit: in quantum enim pendet ab eo quod ipsum continet et salvat unumquodque, continetur et salvatur.
Numquam autem per se subsistens deserit suam causam, quoniam seipsum non deserit: ipsum enim sibi ipsi causa [est].
Igitur, omne per se subsistens est incorruptibile.

PROPOSITIO XXVII. LECTIO XXVII.

De conditione corruptibilis.

191 — *Omnis substantia destructibilis non sempiterna aut est composita aut est delata super rem aliam* .*
192 — Propterea quod * substantia aut est indigens rebus ex quibus est et est composita ex eis aut est indigens in * fixione sua et sua essentia ;* deferente x). Cum ergo separatur deferens eam ;* corrumpitur et destruitur.
193 — Quod si substantia non est composita neque delata ;* est simplex et * semper nec destruitur neque minuitur * omnino.

b In notis I. Maroni ad op. Maimonidis *March Nebukhitn* invenio · logicos appellare " deferens " subiectum; substantiae vero attributum vel accidens, " delatum " » *(La Guida degli smarriti,* parte prima, cap. 73, n. 6, vers. it. Maroni, t. II, Livorno 1871, pag. 268).

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

417. — Postquam ostendit quae sit conditio substantiae incorruptibilis, hic [191] ostendit conditionem substantiae corruptibilis, ponens hanc propositionem: *omnis substantia destructibilis non sempiterna aut est composita aut est delata super rem aliam.* Et haec eadem propositio ponitur in libro Proculi XLVIII propositione.

418. — Huius propositionis probatio [192] est: quia si omne quod est stans per seipsum est incorruptibile, ut probatum est [188; 414], necesse est quod omne quod corrumpitur non sit stans per seipsum, sed indigeat aliquo sustentante. Quod quidem contingit duobus modis: uno modo, sicut totum indiget partibus ad sui constitutionem, unde, partibus ab invicem discedentibus, sequitur corruptio; alio modo, quia forma non est subsistens, sed indiget ad sui fixionem, subiecto deferente et ideo quando subiectum deferens fit indispositum ad talem formam, necesse est quod fiat separatio formae a subiecto x) et ita sequitur corruptio.

419. — Unde manifestum est quod omnis substantia corruptibilis vel est composita ex diversis partibus per quarum dissolutionem sequitur corruptio totius, sicut patet in corporibus mixtis; aut forma indiget materia vel subiecto ad sui sustentationem et ita, per transmutationem subiecti, sequitur corruptio, sicut patet in corporibus simplicibus et accidentibus.

420. — Et ideo possumus hoc corollarie [193] accipere *quod si* aliqua *substantia non est composita,* sed simplex, *neque* est *delata* super subiectum quasi indigens eo ad suum esse, sed est stans in seipsa, haec omnino est incorruptibilis: sicut patet in Intelligentia et in Anima intellectuali, de qua manifestum est quod non est forma delata super materiam cui dat esse, ita scilicet quod ei totaliter innitatur, quia sequeretur quod nulla eius operatio esset sine communicatione materiae corporalis. Quod patet esse falsum ex his quae probantur in III *de Anima* ŷ.

·l) Cfr. *supra* pag. 103, notam 1.

x) C. 7 ss.;. *Expos.,* lect. 7 ss.

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM :

* ad n. 191: *Expos.* (417), Ste; Edit.: «aliam rem ».
* ad n. 192: Ste; Edit.: « quod est, quia ».
* —: Ste; Edit. om. « in ».
* —: Ste; Edit.: « essentia sua ».
* —: Ste; Edit.: « deferens causa ».
* ad n. 193: *Expos.* (420), Ste; Edit. om. neque delata »; add. « tunc ».
* —: Ste; Edit. add. « est ».
*—: Ste; Edit.: «nec corrumpitur».

II. QUOAD DOCTRINAM :

Propositio citata (417) talis est (XLVIII):

Παν τό μη αϊδιον ή σύνθετόν έστιν, ή εν αλλφ ύφέστηκεν.
"Π γάρ διαλυτόν έστι εί ταϋτα εξ ών έστι, και πάντω σύγκειται έξ εκείνων εί α διαλύεται' η υποκειμένου δεόμενον, και άπολεΐπον το υποκείμενον, οιχεται ει το μή ον.
El δέ άπλουν εϊη και εν έαντω, άδιάλντύν τε έσται και άσκεδαστον.

Omne quod non [est] *aeternum aut est compositum aut in alio subsistit.*
Vel enim dissolubile est irt ea ex quibus est et totaliter componitur ex illis in quae dissolvitur; vel subiecto indigum [est] et deserens subiectum redit in non-ens.
Si autem simplex erit et in seipso, indissolubile et indissipabile erit.

PROPOSITIO XXVIII. LECTIO XXVIII.

De diversitate substantiarum secundum simplicitatem et compositionem.

194 — *Omnis substantia stans per essentiam suam est simplex nec dividitur.*

195 — *Quod si dixerit aliquis:* « possibile est ut dividatur »
dicemus *: si possibile est ut substantia stans per se, dividatur et est ipsa simplex, possibile est ut essentia partis eius sit stans * per essentiam eius * iterum, sicut essentia totius.
Si ergo possibile est illud, redit pars super seipsam et est * omnis pars eius rediens super seipsam, sicut est reditio totius * super essentiam suam; et hoc est impossibile.
Si ergo hoc est * impossibile, substantia stans per seipsam est indivisibilis * et est simplex.

196 — Si autem * non est simplex sed est * composita, pars eius est melior parte et pars eius * vilior parte; ergo *: res melior est ex re viliori et res vilior ex re meliori, quoniam est omnis pars eius seiuncta ab omni parte eius.

197 — Quare est * universitas eius non sufficiens per seipsam, cum indigeat partibus suis ex quibus componitur. Et hoc quidem non est de natura rei simplicis, immo de natura substantiarum compositarum.

198 — Iam ergo constat quod omnis substantia stans per essentiam suam * est simplex et non dividitur; et * quando * non recipit divisionem et est simplex, non est recipiens corruptionem neque * destructionem.

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

421. — Postquam prosecutus est diversitatem substantiarum secundum generationem et corruptionem, hic [194] prosequitur de diversitate substantiarum quae potest attendi secundum simplicitatem et compositionem et inducit ad hoc propositiones duas, quarum secunda [199] videtur esse conversa prioris.

422. — Prima ergo talis est: *Omnis substantia stans per essentiam suam est simplex nec dividitur.* Quae etiam propositio ponitur in libro Proculi propositione XLVII sub his verbis: *Omne authypostaton impartibile est et simplex.*

423. — Ubi primo considerandum est quod simplex et impartibile est idem subiecto, differunt autem ratione: nam impartibile dicitur aliquid per privationem divisionis, quia scilicet non est in multa divisibile; simplex autem dicitur aliquid per privationem compositionis, quia scilicet non est ex multis compositum.

424. — Primo ergo probatur quod substantia per se stans sit indivisibilis [195]; secundo, quod sit simplex [196].

425. — Primum autem melius probatur in libro Proculi quam hic. Est enim haec cius probatio [XLVII]: *si enim,* inquit, *partibile est, authypostaton ens,* idest per se subsistens, *instituet partibile seipsum et totum ipsum vertetur ad seipsum et omne in omni seipso erit; hoc autem impossibile; impartibile ergo authypostaton.*

426. — Ad cuius evidentiam, considerandum est quod hic accipitur esse aliquid stans per seipsum non ratione partis: ut, scilicet, una pars eius stet per aliam, sicut accidit in substantiis materialibus, sed ratione totius: ut, scilicet, totum stet per se totum. Unumquodque autem convertitur ad id per

quod stat sicut effectus ad causam et oportet quod sit in eo sicut in suo fundamento. Si ergo aliquid partibile sit stans per seipsum, oportet quod quaelibet pars eius stet per quamlibet et quaelibet fundetur in qualibet. Quod est impossibile: quia sic sequeretur quod una et eadem pars eius esset causa et effectus simul respectu eiusdem; quod est impossibile.

427. — In hoc autem libro, probatur sic [195]: illud quod convenit alicui per seipsum convenit cuilibet parti eius, si sit partibile. Si igitur aliquid partibile sit stans per seipsum, oportet quod quaelibet pars eius stet per seipsam et ita non innitetur alteri ad constitutionem totius.

428. — Haec autem probatio non est adeo efficax, quia non est necessarium quod quidquid per se convenit alicui toti, conveniat singulis partibus eius: est enim quoddam totum similium partium, ut aër et aqua; et quoddam dissimilium, ut animal et domus.

429. — Quod autem id quod est stans per seipsum sit simplex, idest non compositum ex multis, probatur duplici ratione [196]: In omni composito ex pluribus partibus, necesse est ponere quemdam partium ordinem: ut, scilicet, una pars eius sit melior et alia vilior. Multa enim ad unum constituendum ordine quodam perveniunt, sicut et ab uno multitudo ordine quodam progreditur. Unde videmus quod in compositione corporis naturalis, forma est praestantior materia et in compositione corporis mixti unum elementum dominatur et in compositione partium animalis unum membrum est principalius alio et in partibus alicuius continui una pars magis accedit ad punctum quod est principium magnitudinis, quam alia. Si ergo aliquid compositum ex pluribus partibus sit stans per seipsum, oportebit quod quaelibet pars eius sit stans ex qualibet et ita pars melior dependebit ex parte viliori et e converso.

430. — Secunda ratio [197] est quia omne quod est stans per seipsum est sibi sufficiens in suo esse, non indigens alio ad sui subsistentiam; per quod non excluditur dependentia a causa agente, sed a causa formali et materiali subsistentiam praestante.

431. — Omne autem compositum ex partibus non est sibi sufficiens, sed indiget ad sui subsistentiam partibus ex quibus componitur, quae se habent in habitudine causae materialis ad totum. Ergo nullum compositum ex partibus est per se stans. Omnis igitur substantia per se stans est. simplex.

432. — Sciendum tamen est quod haec secunda ratio [197] distincte ponitur in libro Proculi, sed in hoc libro inducitur per modum conclusionis.

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM:

* ad n. 195: Ste; Edit. add. « quod ».
* —: Ste; Edit. om. « stans ».
* —: Ste; Edit.: « suam ».
* —: Ste; Edit.: « et omnis... est rediens ».
* —: Ste; Edit.: « rediens totum ».
* —: Ste; Edit.: « impossibile est hoc ».
* —: Ste; Edit.: « substantia individua ».
* ad n. 196: Ste; Edit.: « enim ».
* —: Ste; Edit. om. « est ».
* —: Ste; Edit.: « illius ».
* —: Ste; Edit.: « quare ».
* ad n. 197: Ste; Edit.: « quare universitas eius non est sufficiens ».
* ad n. 198: Ste; Edit. om. « suam ».
* —: Ste; Edit. om. « et ».
* —: Ste; Edit.: « quoniam ».
* —: Ste; Edit.: « non recipit compositionem vel divisionem, nec corruptionem nec... ».
* —: Ste; Edit. add. « sicut ostendimus ».

II. QUOAD DOCTRINAM:

Propositio citata (422) talis est (XLVII):

Παν τό αυθυπόστατον ἀμερέ εστι και ἁπλοῦν.

Εl γάρ μεριστόν, αυθυπόστατον ον, υποστήσει μεριστόν ἑαυτό, καί δλον αυτό στραφήσεται προ ἑαυτό καί παν εν παντί ἑαυτφ εσται. Τούτο ôè ἀδύνατον. Ἀμερέ αρα τό αυθυπόστατον.

Omne quod [est] *per se subsistens, impartibile est et simplex.*

Etenim, si quod per se subsistens est, partibile [est], seipsum constituet partibile et ipsum totum ad seipsum volvetur et totum in seipso toto erit. Hoc autem [est] impossibile. Impartibile ergo est per se subsistens.

Ἀλλα μην καί ἁπλουν. El γάρ σύνθετον, τό μεν χείρον εσται· εν αντώ, τό 0έ βελτιον, και τό τε βελτιον έκ τον χείρονο εσται και τό χείρον έκ τον βελτίονο , εἴπερ δλον ἀφ'δλου έαντον πρόεισιν έτι ιιέ ονκ αντάρκε , προσόεέ δν τών έαντον στοιχείων, έζ ών νφέστηκεν.

Ἀπλοϋν αρα εστι παν δπερ αν ανθυπόστατον f/.

Sed quidem et simplex [est]: Etenim si [est] compositum, in ipso erit hoc quidem peius, hoc autem melius et melius erit ex peiore et peius ex meliore, siquidem totum a seipso toto procedit; adhuc autem non [est] sibi sufficiens, cum indigus sit suiipsius elementorum ex quibus subsistit.

Simplex ergo est omne quod per se subsistens est.

PROPOSITIO XXIX. LECTIO XXIX.

Ponitur propositio conversa prioris.

199 — *Omnis substantia simplex est stans per seipsam;* scilicet: *per essentiam suam.*
200 — Nam ipsa est * creata sine tempore et est, in substantialitate sua, superior substantiis temporalibus.
201 — *Et significatio illius est* quod * non est generata ex aliquo, quoniam est stans per essentiam suam et substantiae generatae ex aliquo sunt substantiae * compositae cadentes sub * generatione.
202 — *Iam ergo manifestum est* quod omnis substantia stans per essentiam suam non est nisi in non-tempore * et * quia est altior et superior tempore et rebus temporalibus.

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

433. — Hic [199] ponitur propositio conversa prioris [194], quae talis est: *omnis substantia simplex est stans per seipsam,* scilicet: *per essentiam suam.*

434. — Sciendum tamen est quod haec propositio in commento non probatur, sed interponitur quaedam quae probatur [200]; scilicet: quod substantia stans per seipsam est causata *sine tempore et est, in substantialitate sua, superior substantiis temporalibus.*

435. — Et haec est LI propositio libri Proculi sub his verbis: *omne authypostaton exemptum est ab his quae tempore mensurantur secundum* suam *substantiam.* Ubi considerandum est quod hoc quod dicitur: *secundum* suam *substantiam* potest referri vel ad ipsas substantias temporales, quarum esse substantiale subiacet variationi, unde secundum suam substantiam tempore mensurari dicuntur; vel potest referri ad substantias per se stantes quae secundum suam substantiam sunt substantiis temporalibus superiores.

436. — Huius ergo propositionis superinductae [200] ponitur probatio talis [201]: ostensum est enim supra [181-182; 403-**404**] quod nulla substantia stans per seipsam, cadit sub generatione. Omnes autem substantiae, quae mensurantur tempore secundum suam substantiam, cadunt *sub generatione:* per hoc enim secundum suam substantiam a tempore mensurantur, quod eorum esse substantiale variatur per generationem et corruptionem. Relinquitur ergo quod nulla substantia stans per seipsam cadit sub tempore, sed *est superior* omnibus substantiis *temporalibus* [202].

437. — Possumus autem ex hac propositione [200] sic probata [201] concludere illam quae praemittitur [434]: Si enim hoc est proprium substantiae per se stantis, quod sit non cadens secundum suam substantiam sub tempore; hoc autem convenit omni substantiae simplici, quia omnis substantia generabilis cadens sub tempore est composita ex materia et forma; relinquitur quod omnis substantia simplex sit stans per seipsam. Quod fuit primo [199] propositum.

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM:

* ad n. 200: Ste; Edit.: « quod est quia ».
* ad n. 201: Ste; Edit.: « quia ».
* —: Ste; Edit. add. « corporales et ».
* —: Ste; Edit. add. « corruptione et ».
* ad η. 202: Ste; Edit.: « non est in tempore ».
* —: Ste; Edit. om. « et ».

II. QUOAD DOCTRINAM:

Propositio citata (435) talis est (LI):

Παν το αυθυπόστατον εξηρηται τών' υπό χρόνου μετρουμένων κατά την ούσίαν.

El γάρ άγένητόν εστι τό αυθυπόστατον [prop. XLV], *ούκ αν υπό χρόνου κατά τό είναι, μετροϊτο' γένεσι γάρ περί την υπό χρόνου μετρουμένην φύσιν εστίν* [prop. L].

Ούδέν άρα τών αυθυποστάτων εν χρόνω ύφέστηκεν.

Omne quod [est] *per se subsistens exemptum est ab his quae tempore mensurantur secundum substantiam.*

Etenim si per se subsistens est « quod non fit » nequit secundum esse mensurari a tempore: « fieri » enim est circa naturam a tempore mensuratam.

Nullum igitur per se subsistentium subsistit in tempore.

PROPOSITIO XXX. LECTIO XXX.

Ponit ordinem temporalium ad invicem.

203 — *Omnis substantia creata in tempore aut est semper in tempore et tempus non superfluit ab ea, quoniam est creata et tempus aequaliter; aut superfluit super tempus et tempus superfluit ab ea, quia est creata in quibusdam horis temporis.*

204 — *Quod est:* quia si creata sequuntur se ad invicem, et substantiam superiorem non sequitur nisi substantia * ei similis, non substantia dissimilis ei , sunt * substantiae * similes substantiae superiori ct sunt substantiae creatae a quibus non superfluit tempus ante * substantias * quae adsimilantur * substantiis sempiternis et sunt * substantiae abscissae a tempore, creatae * in quibusdam horis temporis.

Non est ergo possibile ut continuentur substantiae creatae * in quibusdam horis temporis cum substantiis sempiternis, quoniam non adsimilantur * eis omnino.

Substantiae ergo * sempiternae in tempore sunt illae quae continuantur cum substantiis sempiternis et sunt mediae inter substantias fixas et inter substantias sectas * in tempore.

Et non est possibile ut substantiae sempiternae * quae sunt supra tempus sequantur substantias temporales creatas * in tempore, nisi mediantibus substantiis temporalibus sempiternis in tempore.

205 — Et istae quidem substantiae non factae sunt * mediae nisi quia ipsae communicant substantiis sublimibus * in permanentia et communicant substantiis temporalibus abscissis in tempore per generationem; ipsae enim, quamvis sint sempiternae, tamen permanentia earum est per generationem et motum.

206 — Et substantiae sempiternae cum tempore sunt similes substantiis sempiternis quae sunt supra tempus per durabilitatem, et non adsimilantur * eis in motu ct * generatione.

Substantiae autem sectae * in tempore non adsimilantur * substantiis sempiternis quae sunt supra tempus, per aliquem modorum .*

Si ergo non adsimilantur * eis, tunc non possunt recipere * eas neque tangere eas.

Necessariae ergo sunt substantiae * quae tangunt substantias sempiternas quae sunt supra tempus et erunt tangentes substantias sectas * in tempore .*

207 — Ergo adgregabunt * per motum suum inter substantias sectas in tempore et * inter substantias sempiternas quae sunt supra tempus.

Et adgregabunt per durabilitatem * suam inter substantias quae sunt supra tempus et inter substantias quae sunt sub tempore, scilicet * cadentes sub generatione et corruptione.

Et adgregabunt * inter substantias bonas et inter substantias viles, ut non priventur substantiae viles substantiis bonis, et priventur omni * bonitate et omni communitate, et non sit eis remanentia neque fixio.

208 — *Iam ergo ostensum est* ex hoc * quod durabilitatis duae sunt species: quarum una est aeterna et altera est temporalis. Verumtamen una durabilitatum duarum * est stans quieta et durabilitas * altera movetur; et una earum adgregatur * et operationes eius omnes * simul, neque quaedam earum est ante quamdam et altera est currens * extensa, quaedam operationes eius sunt ante quasdam, et universalitas * unius earum est per essentiam suam et universalitas * alterius est per partes suas, quarum unaquaeque * est seiuncta suae compari, per modum primum ct postremum.

209 — *Iam ergo manifestum est* quod substantiarum quaedam sunt, quae * sempiternae * sunt, supra tempus; et ex eis sunt * sempiternae aequales tempori et tempus non superfluit ab eis; et ex eis sunt quae abscissae sunt * a tempore ct tempus superfluit ab * eis ex superiori earum et ipsarum inferiori, scilicet: cx principio earum usque ad extremum * ipsarum et sunt substantiae cadentes sub generatione et corruptione.

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

438. — Postquam prosequutus est de diversitate rerum quae est secundum generationem et corruptionem, simplicitatem et compositionem, hic [203] tertio prosequitur de diversitate quae est secundum temporale et aeternum.

439. — Et circa hoc, duo facit: primo, ostendit quomodo aliqua dupliciter sint sempiterna et temporalia; secundo, ostendit quomodo est simul aeternum et temporale, ibi [210]: *Inter rem cuius substantia....* Vel: in prima [203], ponit ordinem temporalium ad invicem; in secunda [210], ordinem aeternorum ad invicem; ibi: *Inter rem cuius substantia...*

440. — Circa primum, ponit talem propositionem [203]: *Omnis substantia creata in tempore aut est semper in tempore et tempus non superfluit ab ea, quoniam est creata et tempus aequaliter; aut superfluit super tempus et tempus superfluit ab ea, quia est creata in quibusdam horis temporis.*

441. — Ad cuius evidentiam, considerandum est quod, quia tempus est numerus motus, omnis substantia mobilis dicitur esse creata in tempore. Est autem duplex substantia mobilis: una quidem cuius motus est in toto tempore; sicut corpus caeleste, cuius motus tempori adaequatur eo quod tempus est primo et per se mensura motus caeli et per illum motum mensurat omnes alios motus.

Et hoc sive ponamus quod motus caeli semper fuerit et semper sit futurus, ut Aristoteles posuit et quidam alii philosophi; sive etiam motus caeli non semper fuerit nec semper sit futurus, ut fides Ecclesiae docet, quia sic etiam motus caeli adaequatur tempori: non enim tempus fuit antequam motus caeli inciperet nec erit tempus postquam motus cacli desierit. Unde, omnibus modis, substantia caelestis Corporis ratione sui motus est semper in tempore et tempus non excedit ipsam, sed ad invicem adaequantur.

442. — Quaedam vero substantiae mobiles sunt, quarum esse et motus non est in toto tempore, sed in aliqua parte temporis, sicut patet de substantiis generabilibus et corruptibilibus. Et quia huiusmodi substantia non habet habitudinem ad totum tempus, sed ad partem temporis, invenitur enim aliqua pars temporis maior duratione earum et aliqua pars minor, inde est quod huiusmodi substantia excedit tempus quantum ad aliquam eius partem quae, scilicet, est minor duratione eius et iterum exceditur a tempore quantum ad illam partem quae est maior duratione cius.

443. — In libro autem Proculi invenitur haec propositio LV planius et brevius sic: *omne quod secundum tempus subsistit aut semper tempore est aut aliquando in parte temporis hypostasim habens.*

444. — Ad praemissae autem propositionis [203] manifestationem, primo [204] ponitur probatio; secundo, infertur quoddam corollarium, ibi [208]: *Iam ergo ostensum est...*

445. — Probatio autem ponitur eadem in utroque libro. Ita enim procedit ordo rerum ut similia se invicem subsequantur; ea vero quae sunt penitus dissimilia non subsequantur se invicem in gradibus rerum, nisi per aliquod medium. Sicut videmus quod animal perfectum et planta sunt dissimilia penitus quantum ad duo: nam animal perfectum est sensitivum et mobile motu processive; planta autem neutrum horum habet. Natura ergo non procedit immediate ab animalibus perfectis ad plantas, sed producit in medio animalia imperfecta quae sunt sensibilia cum animalibus et immobilia cum plantis.

446. — Manifestum est autem quod substantiae spirituales quae parificantur aeternitati, ut supra [25] dictum est, et substantiae generabiles et corruptibiles sunt penitus dissimiles: nam substantiae spirituales et sunt semper et sunt immobiles, quorum neutrum convenit substantiis generabilibus et corruptibilibus, unde oportet ponere inter haec duo extrema aliquod medium quod sit simile utrique extremo, ut sic gradus rerum procedant per similia [204].

447. — Et sic Proculus investigando procedit: inter id quod est semper immobiliter ens et id quod est aliquando mobiliter, non potest inveniri nisi triplex medium, scilicet: id quod semper movetur; id quod aliquando immobiliter est; et id quod aliquando est. Hoc autem tertium non potest esse medium, quia « id quod aliquando est » idem est ei quod aliquando movetur, quod diximus esse extremum. Similiter etiam non

potest esse medium « id quod aliquando immobiliter est »: impossibile enim est esse aliquod tale; nihil enim desinit esse nisi per aliquam transmutationem, unde « id quod immobiliter est » non potest esse « aliquando ens », sed est « semper ens ». Relinquitur ergo quod medium inter « id quod semper est immobiliter » et « id quod aliquando est mobiliter » sit « id quod semper movetur »: hoc enim convenit cum superiori quidem, in hoc quod est semper esse, cum inferiori vero extremo, in hoc quod est moveri.

448. — Utitur autem nomine generationis [205] communiter pro qualibet transmutatione, quia in quolibet motu includitur generatio et corruptio, ut dicitur in VIII *Physic.* 1).

449. — Sic igitur substantiae quae semper moventur, scilicet: caelestia corpora contingunt [206] secundum quamdam similitudinem utrumque extremum et per ea coniunguntur [207] quodammodo substantiae superiores immobiles substantiis inferioribus generabilibus et corruptibilibus; inquantum scilicet virtus superiorum substantiarum defertur ad generabilia et corruptibilia per motum caelestium Corporum.

450. — Ex his autem inducit [208] consequenter quoddam corollarium, scilicet, quod duplex est perpetuitas sive perpetua durabilitas: una quidem per modum aeternitatis; alia vero per modum totius temporis. Et differunt hae perpetuae durationes tripliciter: primo quidem quia perpetuitas aeternalis est fixa, stans immobilis; perpetuitas autem temporalis est fluens et mobilis, inquantum tempus est mensura motus, aeternitas autem accipitur ut mensura esse immobilis.

Secundo, quia perpetuitas aeternalis est tota simul quasi in uno collecta; perpetuitas autem temporalis habet successivam extensionem secundum prius et posterius quae sunt de ratione temporis.

Tertio, quia perpetuitas aeternalis est simplex, tota secundum seipsam existens, sed universalitas sive totalitas perpetuitatis temporalis est secundum diversas partes sibi succedentes.

1) C. 3, 254 a 11-12; *Expos.*, lect. 6, n. 2.

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM:

* ad n. 203: Edit.; Ste leg. « quoniam ».
* ad n. 204: Ste; Edit. add. « inferior ».
* —: Ste; Edit. om. « ei ».
* —: Ste: Edit. om. « sunt ».
* —: Ste; Edit. add. « enim ».
* —: Ste; Edit.: « sunt ».
* —: Ste; Edit.: « substantiae ».
* —: Ste; Edit.: « non assimilantur ».
* —: Ste; Edit.: « et substantiae sunt ».
* —: Ste; Edit.: « causatae ».
* —: Ste; Edit.: « causatae ».
* —: Ste; Edit.: « assimilantur ».
* —: Ste; Edit.: « igitur ».
* —: Ste; Vel, Ant: « secundas »; Pa: « factas ».
* —: Ste; Edit.: «substantias sempiternas».
* —: Ste; Edit.: «substantiae creatae in tempore».
* ad n. 205: Ste; Edit.: « sunt factae ».
* —: Ste; Edit.: « sublimioribus ».
* ad n. 206: Ste; Edit.: « assimilantur ».
* —: Ste; cfr. n. 205; Edit.: « vel ».
* —: Ste; Edit.: « factae ».
* —: Ste; Edit.: « assimilantur ».
* —: Ste; Edit.: « modum vel motum ».
* —: Ste; Edit.: « assimilantur ».
* —: Ste; Edit.: « acquirere ».
* —: Ste; Edit. add. « sempiternae ».
* —: Ste; Edit.: « quae sunt ».
* —: Ste; Edit. add. « scilicet sub generatione et corruptione ».
* ad n. 207: Ste; Edit.: « aggregabunt ».
* —: Ste; Edit. om. « inter substantias sectas in tempore et ».
* —: Ste; Edit.: «et aggregabilitatem » — Et adgregab(unt per durab)ilitatem.
* —: Ste; Edit. add. « quae sunt ».
* —: Ste; Edit.: « aggregabunt ».
* —: Ste; Edit.: « cum ».
* ad n. 208: Ste; Edit. om. « ex hoc ».
* —: Ste; Edit.: « duarum durabilitatum ».
* —: Ste; Edit. om. « durabilitas ».
* —: Ste; Edit.: « aggregatur » add. « compositioni finali ».
* —: Ste; Edit. add. « sunt ».
* —: Ste; Edit. add. « et ».
* —: Edit., Ste leg. « unitas »; cfr. *Expos.* (450) « ...sive *totalitas* », unde in textu leg. « universalitas » (in prop. Proculi LV: ὁ'Ai/); consentit Bardenhewer (apud Ste pag. 185).
* —: Edit., Ste leg. « unitas » (cfr. supra).
* —: Ste; Edit.: « una ».
* ad n. 209: Ste; Edit. om. « quae ».
' —: Ste; Edit. add. « et ».
* —: Ste; Edit. add. « quae sunt ».
* —: Ste; Edit.: « sunt abscissae ».
* —: Ste; Edit. om. « ab ».
* —: Ste; Edit.: « in finem et ipsarum extremum ».

II. QUOAD DOCTRINAM:

Propositio citata (443) talis est (LV):

Παν το κατά χρόνον ύφεστώ η τον άεί χρόνον εστιν η ποτέ έν μέρει χρόνον την ύπόστασιν κεκτημένον.

Εί γάρ al πρόοδοι πάσαι δι'όμοιότητό είσι [prop. XXIX]., *καί πρό τών πάντη άνομοίων συνεχή τοΐ πρώτοι ύφίσταται τά όμοια πρό αυτά μάλλον όντα η ανόμοια* [prop. XXVIII], *τοΐ δέ αιωνίοι συνάπτειν τά έν μέρει χρόνον γινόμενα άδόνατον — καί γάρ ώ γινόμενα έκείνων όντων καί ώ ποτέ τών άεί ύφεστηκότων διέστηκε — μέσα δέ τούτων τε καί εκείνων έστί τα πη μέν όμοια έκείνοι, πη δέ ανόμοια, ονκοϋν τών ποτέ γινομένοαν καί τών άεί όντων μέσον ή τό άεί γινόμενον ή τό ποτέ όν — τοϋτο δέ έστιν ή τό ποτέ ούκ όντω ον ή τό ποτέ όντω όν.*

Αλλά τό ποτέ όντω όν άδύνατον είναι, τό δέ ποτέ ονκ όντω δν τώ γινομένω ταντόν ούκ άρα μέσον τό ποτέ όν.

Λείπεται άρα τό άεί γινόμενον είναι τό μέσον άμφοΐν, τώ μέν γίνεσθαι συνάπτον τοΐ χείροσι, τώ δέ άεί μιμούμενον την αιώνιον φύσιν.

"Εκ δη τούτων φανερόν ότι διττή ην η άΐδιότη [prop. XLVIII, XLIX], *αιώνιο μέν άλλη, κατά χρόνον δέ άλλη- η μέν έστιασα άΐδιύτη, ή δέ γινομένη· καί ή μέν ήΟροισμένον εχονσα τό είναι καί όμοϋ παν, ή δέ έκχνθεΐσα καί έ απλιαθεΐσα κατά την χρονικήν παράτασιν καί ή μέν ολη καθ'αύτήν, ή δέ έκ μερών, ών έκαστον χωρί έστι κατά τό πρότερον καί ύστερον.*

Omne quod secundum tempus subsistit aut semper tempore est aut aliquando in parte temporis hypostasim habens.

Etenim si omnes processus sunt per similitudinem et ante ea quae [sunt] totaliter dissimilia coniuncta primis subsistunt ea quae magis sunt ipsis similia quam dissimilia, impossibile [est] autem aeternis coaptari ea quae fiunt in parte temporis — etenim [hacc] distant [ab illis] ut quae fiunt dum illa sunt, et ut [quae] aliquando [sunt] dum [ilia] semper subsistunt — media autem inter haec et illa sunt quae nunc quidem similia [sunt] illis nunc vero dissimilia, ideo, inter ea quae aliquando fiunt et ea quae semper sunt, medium [est] vel quod semper fit vel quod aliquando est: hoc autem est vel quod aliquando non enter est vel aliquando enter est.

Sed impossibile [est] esse quod aliquando enter est; quod autem aliquando non enter est ci quod fit idem [est]; igitur quod aliquando est medium non [est].

Relinquitur igitur amborum medium esse quod semper fit: per hoc « quod fit » deterioribus coaptatum; per hoc quod « semper » imitans aeternam naturam.

Corollarium: Ex his autem manifestum [est] duplicem esse aeternitatem, unam quidem aeternam, alteram vero secundum tempus; illa est aeternitas stans, haec vero quae fit; et illa habens esse collectum et totum simul, haec autem effusa et expansa secundum temporalem extensionem; et illa tota est per se, haec vero ex partibus, quarum unaquaeque separatim est secundum prius et posterius.

PROPOSITIO XXXI. LECTIO XXXI.

Manifestatur ordo aeternorum ad invicem.

210 — *Inter rem cuius substantia et actio sunt in momento aeternitatis et inter rem cuius substantia et actio sunt in momento temporis, existons est medium: et est illud cuius substantia est ex momento aeternitatis et operatio ex momento temporis.*

211 — *Quod est:* quia res cuius substantia cadit sub tempore, scilicet quia tempus continet eam, est in omnibus dispositionibus suis cadens sub tempore, quare et eius actio * cadit sub tempore ;* quoniam quando substantia rei cadit sub tempore, proculdubio et eius actio cadit * sub tempore. Res autem cadens sub tempore in omnibus dispositionibus suis, seiuncta est a re cadente sub aeternitate in omnibus dispositionibus suis, continuatio autem * non est nisi in rebus similibus. Necesse est ergo ut sit res alia * tertia, media inter utrasque, cuius substantia cadat sub aeternitate et ipsius actio cadat sub tempore.

212 — Impossibile namque est ut sit res cuius substantia cadat sub tempore et actio eius * sub aeternitate, sic enim actio eius melior esset ipsius substantia; hoc autem est impossibile .*

213 — Manifestum igitur est quod inter res cadentes sub tempore cum suis substantiis et suis actionibus * et inter res quarum substantiae et actiones sunt cadentes sub momento aeternitatis, sunt res cadentes sub aeternitate per substantias suas et cadentes sub tempore per operationes suas, sicut ostendimus.

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

451. — In praecedenti propositione, manifestatus est ordo temporalium ad invicem; hic [210] manifestatur ordo aeternorum ad invicem. Et primo, ponitur inter aeterna, aliquid quod est omnino aeternum et aliquid quod est quodammodo aeternum et quodammodo temporale; secundo, manifestatur conditio eius quod est quodammodo aeternum et quodammodo temporale, XXXII propositione, ibi [214]: *Omnis substantia....*

452. — Circa primum, ponitur talis propositio [210]: *Inter rem cuius substantia et actio sunt in momento aeternitatis et inter rem cuius substantia et actio sunt in momento temporis, existons est medium: et est illud cuius substantia est ex momento aeternitatis et operatio ex momento temporis.*

Et videtur hic, « momentum aeternitatis » vel « temporis » sumi pro mensuratione ut, scilicet, illud dicatur esse *in momento aeternitatis,* quod aeternitate mensuratur et *in momento temporis,* quod tempore mensuratur.

453. — Haec etiam propositio ponitur CVI in libro Proculi, sub his verbis: *Omnis eius quod omniquaque aeternale est secundum substantiam et operationem et eius quod substantiam habet in tempore, medium est quod hac quidem aeternale est, hac autem tempore mensuratur.*

454. — Posset autem alicui videri quod hoc medium sit Corpus caeleste, quod quidem secundum substantiam suam incorruptibile est, sed motus eius tempore mensuratur. Sed hoc non bene dicitur: nam in praecedenti propositione id quod semper movetur positum est simpliciter inter temporalia [204]. Ut enim in IV *Physic.* x) Philosophus dicit: sicut tempus mensurat motum ita nunc temporis mensurat mobile; unde Corpus caeleste quod movetur non est *in momento aeternitatis,* sed *in momento temporis.*

455. — Et praeterea motus non est actio eius quod movetur, sed magis passio; est

b C. n, 219 b 22-23; *Expos.,* lect. 18, n. 4.

autem actio moventis ut dicitur in III *Physic.* x); principium autem motus est anima, ut in III propositione [30; 86] habitum est. Quia ergo Anima secundum se est immobilis, actio autem cius est motus, consequens est ut Anima secundum suam substantiam sit in momento aeternitatis, eius vero actio sit in tempore; Corporis vero quod movetur, et substantia et operatio est in tempore; Intelligentiae vero et substantia et actio, in momento aeternitatis.

456. — Huius autem propositionis probatio [211] est similis probationi praemissae propositionis: supra [204] enim dictum est quod gradus entium continuantur sibi invicem secundum quamdam similitudinem, unde ea quae sunt totaliter dissimilia consequuntur se invicem in ordine rerum per aliquod medium quod habet similitudinem cum utroque extremorum. Res autem illa cuius substantia et actio est in tempore, totaliter dissimilis est ei cuius substantia et actio est in aeternitate. Ergo necesse est ut inter eas sit tertia res media vel ita quod substantia eius cadat sub aeternitate et actio sub tempore vel e contrario.

457. — Sed hoc esse non potest [212] quod alicuius rei substantia sit in tempore et actio in aeternitate: quia sic actio esset altior et melior quam substantia et effectus quam causa; quod est impossibile. Ergo relinquitur quod illa res media sit secundum substantiam, scilicet, in momento aeternitatis et secundum operationem in tempore. Et hoc est quod probare intendimus [213].

x) C. 3, 202 a 26-27; *Expos.,* lect. 5, n. 3.

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM:

* ad n. 211: Ste; Edit.: «operatio».
* —: Ste; Edit. add. « quoniam eius essentia est in tempore ».
* —: Ste; Edit.: « sub tempore cadit ».
* —: Ste; Edit.: « enim ».
* —: Ste; Edit.: « res aliqua quae sit res ».
* ad n. 212: Ste; Edit.: « eius actio ».
*—: Ste; Edit.: «impossibile est».
* ad n. 213: Ste; Edit.: « cum suis actionibus et substantiis ».

II. QUOAD DOCTRINAM:

Propositio cifcjta (453) talis est (CVI):

Παντό τοϋ πάντγ) αιωvίου κατά τε ουσίαν και ενέργειαν και τοϋ τήν ουσίαν εχοντο έν χρόνω μέσον εστι το πή μεν αlώνιον, πή δέ χρόνο) μετρονμενον.

Το γάρ τήν ουσίαν έχον υπό χρόνου περιεχρμένην κατά πάντα έστιν εγχρονον — πολλώ γάρ πρότερον τοϋτο καί τήν ενέργειαν εγχρονον ελαχεν — το δέ κατά πάντα εγχρονον τφ κατά πάντα αίωνίιρ πάντγ] άνόμοιον αί δέ πρόοδοι πάσαι διά τών όμοιων [prop. XXIX]' *εστιν άρα τι μεταξύ τούτων.*

ούν τή ουσία αιώνιον, τή ενεργεί, δέ εγχρονον τό μέσον, ή άνάπαλιν. 'Αλλά τοϋτο αδύνατον έσται γάρ τή ουσία ή ενέργεια κρείττων.

Λείπεται δή Οάτερον είναι τό μέσον.

Omnis eius quod omniquaque aeternale [est] *secundum substantiam et actum et eius quod substantiam habet in tempore, medium est quod hac quidem aeternale* [est] *hac autem tempore mensuratur.*

Etenim quod substantiam habet a tempore circumplexam, totaliter temporale est, quia multo prius, hoc et temporalem actum est sortitum; quod autem per omnia [est] temporale, totaliter dissimile [est] ei quod per omnia [est] aeternum; omnes autem processus [fiunt] per similia: igitur est aliquid inter haec.

Vel igitur [id quod] substantia [est] aeternum actu vero temporale [est] medium vel e converso. Sed hoc [est] impossibile: erit enim actus melior quam substantia.

Relinquitur igitur alterum esse medium.

III. QUOAD USUM DOCTRINALEM:

n. 210: *de Verit.* XXVIII, 9> 3 s. c. « in lib. *de Causis* dicitur quod substantiae spiritualis cuiusmodi est Anima, et substantia et actio est in momento aeternitatis et non in tempore ».
— *Quodlib.* V, 4 (7) c.

PROPOSITIO XXXII. LECTIO XXXII.

De conditione substantiae quae est media inter aeternitatem et tempus.

214 — *Omnis substantia cadens in quibusdam dispositionibus suis sub aeternitate et in quibusdam dispositionibus suis sub tempore est ens et generatio simul.*

215 — Omnis enim * res cadens sub aeternitate est ens vere et omnis res cadens sub tempore est generatio vere. Si ergo hoc * ita est, tunc * si * res una est * cadens sub aeternitate et tempore est ens et generatio, non per modum unum, sed per modum et modum.

216 — *Iam ergo manifestum est* ex eo * quod diximus, quod omne generatum cadens per substantiam suam sub tempore est habens substantiam pendentem per ens purum * quod est causa durabilitatis et causa rerum sempiternarum omnium et * destructibilium.

217 — Necessarium est * Unum faciens adipisci unitates et Ipsum non adipiscatur, sed reliquae unitates omnes sunt adquisitae *.

218 — *Et illius quidem significatio est* quod dico: si invenitur Unum faciens adquirere * non adquisitum et aliud adquirere faciens adquisitum, tunc quae differentia * inter ipsum et primum adquirere faciens? Non enim potest * esse quin aut sit simile ei in omnibus dispositionibus suis aut sit inter utraque differentia in alio superfluitas *. Si ergo est simile * ei in omnibus dispositionibus suis, tunc unum eorum non est primum et alterum secundum. Et si unum eorum non est simile alteri in omnibus dispositionibus suis, tunc proculdubio unum eorum est primum et alterum secundum. Illud ergo in quo est unitas fixa non dependens ex aliquo est Unum primum Verum, sicut ostendimus; et illud in quo est unitas inventa ex alio * est praeter Unum primum Verum. Si ergo est ex alio, est ex Uno primo * adquisita unitas. Provenit ergo inde, ut Uni puro * Vero * et reliquis unis sit unitas iterum * et non sit unitas nisi propter * Unum * Verum, quod est causa unitatis.

219 — *Iam ergo manifestum est et planum* quod omnis unitas post Unum-Verum est adquisita creata *, verumtamen Unum-Verum purum * est creans * unitates, faciens adquirere^non adquirens *, sicut ostendimus [218/.

In edit. Steele [pag. 187]: « Completus est igitur sermo de essentia pure bonitatis » (f.). « *Explicit liber de Causis ab Alpharabio expositus.* Completus est sermo de pura bonitate. Expliciunt canones Aristotelis de intelligentiis sive de esse sui et de essentia pure bonitatis » (D).

EXPOSITIO SANCTI THOMAE

458. — Quia in praecedenti propositione, probatum est esse aliquam rem cuius substantia est in aeternitate et actio in tempore, consequenter huius substantiae conditionem ostendit in hac ultima propositione, dicens [214]: *Omnis substantia cadens in quibusdam dispositionibus suis sub aeternitate et in quibusdam dispositionibus suis sub tempore est ens et generatio simul.*

459. — Et haec eadem propositio ponitur CVII libri Proculi, sub his verbis: *omne quod hac quidem aeternale, hac autem temporale, et ens est simul et generatio.*

460. — Ad huius autem manifestationem

propositionis tria facit: primo, praemittit probationem propositionis inductae, quae quidem tota dependet ex significatione nominum [215].

461. — Quia enim aeternitas est tota simul, carens successione praeteriti et futuri, ut supra [48] habitum est, id quod in aeternitate est, dicitur ens, quia semper est in actu. Tempus autem consistit in successione praeteriti et futuri, unde id quod est in tempore est quasi in fieri: quod significat nomen generationis. Quod ergo est totaliter in aeternitate, totaliter est ens; quod autem est totaliter in tempore, est totaliter generatio; quod vero est secundum aliquid in tempore et secundum aliquid in aeternitate, est simul ens et generatio.

462. — Secundo, ibi [216]: *Iam ergo manifestum est...* inducit quoddam corollarium. Est enim talis dispositio entium quod inferiora a superioribus dependent. Unde necesse est quod id quod est totaliter generatio, quasi substantiam et operationem habens in tempore, dependeat ab eo quod est simul ens et generatio, habens substantiam in aeternitate et operationem in tempore. Hoc autem necesse est quod dependeat ab eo quod est totaliter in aeternitate secundum substantiam et operationem; et hoc ulterius dependeat ab Ente primo quod est supra aeternitatem, quod est principium durationis rerum omnium et sempiternarum et corruptibilium.

463. — Tertio, ibi [217]: *Necessarium est Unum...* ostendit quod ab isto Uno primo, omnia dependeant.

464. — Et ad intellectum huius quod hic dicitur, sumenda est CXVI propositio Proculi quae talis est: *Omnis deus participabitis est, excepto Uno.* Quae quidem propositio ab eo inducitur ad ostendendum quomodo Platonici ponebant plures deos: non enim ponebant omnes ex aequo, sed unum ponebant Primum qui nihil participabat, sed est essentialiter Unum et Bonum. Alios vero deos ponebant inferiores participantes ipsum Unum et Bonum.

465. — Et huius probationem inducit quia, dicit[1]), de primo et supremo Deo manifestum est quod nihil participat, alioquin non esset Causa prima omnium; semper enim participans praesupponit aliquid prius, quod est per essentiam. Sed quod omnes alii dii sint participantes probat per hoc quia si primus Deus est unum essentialiter et non participative aut aliquis aliorum deorum est similiter unum et sic in nullo differt a Primo aut oportet quod sit unum participative. Si enim ipsum Unum est essentia Primi, oportet quod si aliquis ab Eo differat, quasi secundum post Ipsum existens, non sit tale quod essentia eius sit ipsum unum, sed sit participans unitatem.

466. — Et hoc est quod hic [217] proponitur quod necesse *est* ponere *Unum* primum *faciens adipisci unitates,* id est a quo participant unitatem quaecumque sunt unum; *et Ipsum non* adipiscitur, idest non participat unitatem ab aliquo alio. Et huius quidem probatio inducitur quae praemissa est **[465]**.

467. — Et sic terminatur liber *de Causis.*

468. — Et sint gratiae
Deo Omnipotenti
qui est
Prima omnium Causa.

[1]) Saffrey om.: «dicit»; *infra* (467): «...terminatur *totus* liber... ».

OBSERVATIONES

I. QUOAD TEXTUM.:

* ad n. 214: Edit.; Ste add. « cadens ».
* ad n. 215: Ste; Edit. leg. « Quod est: quia omnis res ».
* —: Ste; Edit. om. « hoc ».
* —: Pa, Ste; Vel, Ant: sunt ».
* —: Ste; Edit. om. « si ».
* —: Ste; Edit. om. « est ».
* ad n. 216: Ste; Edit.: « hoc ».
* —: Ste; Edit.: « dependentem per esse purum ›.
* —; Ste; Edit.: « et omnium destructibilium ».
* ad n. 217: Ste; Edit. add. «autem».
* —; Ste; Edit.: « acquisitae ».
* ad n. 218: Edit. add. « hoc ».
* —; Edit. leg. « acquirere »; ita et infra.
* —: Edit. add. « est ».
* —: Edit. add. « facere vel ».
* —: Ste; Edit. om. « in alio superfluitas ».
* —: Edit. leg. « similis ».
* —: Edit. add. « inventa », sed diversimode distinguunt: Vel, Ant leg. « in quo est unitas inventa,

ex alio inventa est praeter »; Pa: « inventa ex alio, inventa est praeter ».

* —: Ste; Edit. add. « vero ».

* —: Ste: Edit. leg. « primo ».

* —: Ste; Edit. add. « sit unitas ».

* —: Ste; Edit.: « et iterum reliquis unis ».

* —: Ste; Edit.: « per ».

* —: Ste; Edit. add. « primum ».

* ad n. 219: Ste; Edit.: «acquisita et causata ».

* —: Ste; Edit.: « primum ».

* —: Ste; Edit.: « causans ».

* —: Ste; Edit.: « non acquisitum ».

II. QUOAD DOCTRINAM :

Propositio citata (459) talis est (CVH):

Παν τό πη μέν αlώνιον, πη όε ε/χροϊΟ)', *ον τέ έστιν άμα καί γένεσι .*

Και γάρ τό αιώνιον παν ον έστι [prop. LXXXVII], *και το μετρούμενον υπό χρόνου γένεσι* [prop. L]' *(όστ'εϊ τό* αυτό *χρόνον μετέχει και αϊώνο , ού κατά τό* αυτό όέ, *καί τό αυτό εσται ον τε καί γένεσι , ού καθ'έν άμφιο.*

Έκ δη τούτων φανερόν οτι ή μέν γένεσι , καί την ουσίαν εγχρονον έχουσα, άνήρτηται ει τό πη μεν οντο , πη δέ γενέσεω κοινωνοϋν, αιώνο άμα καί χρόνου μετέχον τοϋτο δέ ει τό κατά πάντα αιώνιον τό δέ κατά πάντα αιώνιον ει τόν αιώνα [prop. LUI]' ό *δέ αιών ει τό ον τό προαιώνιον* [prop. LXXXVII].

Omne quod hac quidem aeternale [est], *hac autem temporale, et ens est simul et generatio.*

Etenim omne aeternum est ens et quod a tempore mensuratur [est] « quod fit »; unde si idem est particeps temporis et aeternitatis, non quidem secundum idem, et idem erit ens et « fieri » non secundum unum, ambo.

Corollarium: Ex his manifestum [est] .« quod fit » et habens temporalem substantiam pendere ex eo quod communicat hac quidem enti hac autem ei « quod fit », cum aeternitatis simul et temporis [sit] particeps; hoc autem [pendet] ex eo quod per omnia aeternum [est]; quod vero per omnia aeternum [est] ex aeternitate; aeternitas autem ex Ente praeeterno [pendet].

Propositio citata (464) invenitur et supra prop. Ill (66).

USUS LIBRI DE CAUSIS

in Quaest. disputatis, Quodlibetis, Summa contra Gentiles et Summa Theologiae.

LIBER DE CAUSIS	S. THOMAS				
	EXPOSITIO	QUAESTIONES DISPUT.	QUODLIBETA	SUM. C. GENTILES	SUMMA THEOLOGIAE
Prop. I					
1	10	De Ver. 24, 1, 4a De Pot. 3, 7c			I, 21, 4C I-II, 2, 6, 2a
2	11	De Ver. 5, 8, çsc De Pot. 5, 8c			
3	12	De Ver. 5, 9> 10a			
4	13	De Ver. 6, 6c » » 24, 14c De Pot. 3, 4c			
11	20				I-П, 67, 5, ia
17	28				III, 6, 4i 3a
Prop. II					
20	53-54				I, 10, 2, 2a
21	57	De Ver. 8, 14, 12a			
22	58, 61	De Pot. 3, 9, 27a » » 3, io, 8a		II, 68 (1453b); — 81 (16251); III, 61 (2362); IV, 55 (3936a).	I, 771 2C
25	57				I, 10, 2, 2m I, 571 3» 2a 1, 61, 2, 2a
Prop. III					
27	63, 64	De Ver. 5, *9,* 7a			
28	77	De Pot. 3, ic			
32	79-81	De Pot. 7, 2C De Ver. 22, 9c De Pot. 3, 4c, 10m		III, 66 (2414b).	I, 45, 5c I, 9°' 3
Prop. IV					
37	96-100	De Ver. 1, 1, 4sc » » 21, 2, 2a De Pot. 3, 5j 2a » » 3, 19a » » 6, I, 5a » » 7, 2C			I, 5> 2SC

S. THOMAS

LIBER DE CAUSIS	EXPOSITIO	QUAESTIONES DISPUT.	QUODLIBETA	SUM. C. GENTILES	SUMMA THEOLOGIAE
39	101	De Anima 9c			
40	103	De Pot. 7, 2, 5m			
48	128-129	De Pot. 3, 4, 10a			
Prop. VI 63	177	De Ver. 2, i, 11a De Pot. 7» 5> 5a			
Prop. VII 64	180-182	De Pot. 6, 6, 2sc De Sp. Cr. i, 7sc			
Prop. VIII 72	200-202	De Ver. 2, 3c » » 8, 3c » » 8, 7, 2a » » 13, 2C De Pot. 3, *4,* 11a De Anima 7, 8a » » 20, 18a		Π, 98 (1830b); ni, 41 (2180).	I, 56, 2, 2a
73	204	De Ver. 8, 14, 6m		» » »	L 58, i, 3a I, 89, 2C I-Π, 5, 5c I-II, 50, 6c
74	205	De Ver. 8, 7C			
76	206	De Ver. 85 7 » » 2, I			
Prop. IX 79	212	De Pot. *5,* 4sc			
90	230		II, 2, ISC		
91	233-235	De Ver. 21, 5c		I, 26 (247c).	
Prop. X 92a	240-244	De Ver. 8, 5, 3sc » » 8, 8, isc » » 8, 14, 9a » » 8, 15c » » 18, 4, 7a De Anima 3, 17m » » 7, im » » 18c		II, 98 (1839c)	L 84, 3, ia
92b	246-247	De Ver. 8, 10, 2sc De Anima 7, 5m	VII, i, 3C	II, 98 (1836).	L *55,* 3sc
95	251		III, 3, IC	III, 74 (2499)	H-Π, 45, *3,* im
96	251	De Ver. 8, 8, isc			
Prop. XI 100	257-258	De Ver. 8, *7,* isc			I, 56, 2SC
Prop. XII 103	273	De Ver. 24, 8, 6a De Pot. 3> 3, ia	IX, 4, IC	IL 73 (1518); — 74 (1534)·	II-II, 23, 6, Im

S. THOMAS

LIBER DE CAUSIS	EXPOSITIO	QUAESTIONES DISPUT.	QUODLIBETA	SUM. C. GENTILES	SUMMA THEOLOGIAE
Prop. XIΠ 112	291				L 94s 2, 3a I-II, 50, 6c
Prop. XIV 115	294-295	De Anima 19, 10a			
Prop. XV 124	301-310	De Ver. I, loc » » 2, 2, 2a » » » » 2m » » 8, 6, 5sc			I, 14, 2, ia
Prop. XVI 131	321-323	De Pot- 6, 3, 9a			I, 50, 2, 4m
Prop. XVII 138	330	De Ver. 3, 2, 3a » » 5s 2, 3a De Pot. 5, 10, 6a » » 6, 3, 10a » » 7, 8c De Anima 13, 9a		III, 20 (2014).	I, 77, 2, 2a II-II, 52, 2, 2a
141	333				II-II, 37, 2, 3m
»		De Pot. 6, 3, 10a			
Prop. XVIII 148	346-348	De Pot. 3, ic	HI, 3s i		
Prop. XX US	359-360	De Pot. 7, 2, 6a			I, 3, 8sc
158	364	De Ver. 21, 1, 7a			I, 5, I, 2a
Prop. XXII 166	376	De Ver. 2, i, 3a			
Prop. XXIV 176	391-392	De Ver. I, 4, 6sc » » 5s 2, 9a			
Prop. XXXI 210	452	De Ver. 28, 9, 3sc	V, 4 (7)c		

INDEX AUCTORITATUM

I — EX SACRA SCRIPTURA

II — EX SS. PATRIBUS ET SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS

III — EX PHILOSOPHIS

INDEX PERSONARUM

in Expositione libri de Causis.

INDEX ELEMENTORUM

quae in Expositione libri de Causis continentur.

* Praeter communes difficultates quae — ut peritiores norunt — in huiusmodi tabulis redigendis occurrunt, sive technice sive methodice considerentur, omnium maxima me tenuit ex ipsa libri expositione orta, ubi multa quidem ex Platonicorum doctrina referuntur, alia autem mentem auctoris respiciunt, alia vero sententiam Angelici Doctoris continent.

Quaedam maioris momenti notantur, caetera diligentiori cura distinguuntur in communi, prudenti lectori relinquendo studium notiones et varia elementa iudicandi secundum triplicem illam distinctionem quam dixi.

A

B

F

G

H

I

R

INDEX GENERALIS

LIBER (pseudo)ARISTOTELIS
DE EXPOSITIONE BONITATIS PURAE seu LIBER DE CAUSIS

Printed in Italy

Stampato con i tipi dello Stabilimento Grafico Marietti
Torino - 1955